30.025

9(495.02)
B99

GEORGIUS

CODINUS CUROPALATA,

DE

OFFICIIS ET OFFICIALIBUS

CURIÆ ET ECCLESIÆ

CONSTANTINOPOLITANÆ.

30.025

GEORGIUS CODINUS CUROPALATA,

DE OFFICIIS MAGNÆ ECCLESIÆ,

ET AULÆ CONSTANTINOPOLITANÆ.

Ex verſione P. JACOBI GRETSERI Soc. JESU, cum ejuſdem in Codinum Commentarior. libris tribus, & de Imaginibus non manufactis Opere.

In hac Editione præter comparatum cum Regiis MMSS. Græcum textum, & reparatam Latinam verſionem, accedunt inediti ex Regia & Mazarina Bibliotheca Officialium Catalogi, & ad Codini mentem locupletes Notæ.

Adjunguntur recentiores Orientalium Epiſcopatuum Notitiæ, voces honorariæ, appellationes dignitatum indices, quibus poſtremis ſæculis Eccleſiaſtici vel Aulici Proceres ſalutabantur.

Cura & opera P. JACOBI GOAR *Pariſ. Ord. Prædic. Congreg. Reform. S. Ludovici.*

VENETIIS,
EX TYPOGRAPHIA BARTHOLOMÆI JAVARINA,
M. DCC XXIX.

EMINENTISSIMO
S. R. E. PRINCIPI
MICHAELI
MAZARINO,
AQUENSIUM
ARCHIEPISCOPO.

Quanto magis æmula Græcarum Gallia literarum, EMINENTISSIME CARDINALIS, *primæva non inferior pietate, Imperii dignitate nunc potior, tanto ſibi Græcia priſtinæ eruditionis, religionis, majeſtatis memor quærit ardentius Galliæ præſidium; & quo vehementius Galli Proceres ſapientiæ Athenum ambiunt, eo majori geſtit ubertate gaudiorum Codinus* Σοφωτάτε *nomen adeptus ſuum hoc de Officiis Eccleſiaſticis & Palatinis opus a Gallis æterna conſecratione dedicari. Extra patriam, licet non ignotus, errare videretur, ni patrios ſuos Eccleſiaſticos Proceres in Sacrarium Tuum receiperet, Aulicos in Palatium induceret, in quo avitæ Religioni, ſimul ac Regiæ majeſtati ſedem pararet. Albicantis ſub Tua Purpura veſtis candore perſpecto, intimum animi Tui candorem conjecit, nec imparem Eminentiæ nobilitatem; Patriarchamque ſuum cum Eccleſiæ magnæ optimatibus, modo, cum nec luget nec jejunat illa, candido colore fulgentem; modo, ſi luctum vel jejunium indixerit, purpureo coruſcum, in ſacris Tuis ædibus Te colere; Imperatorem vero Curiali ſuo comitatu ſtipatum, aureum quamvis & purpureum undequaque, ſi majeſtatem nullo mœrore obnubilatam proferat, candidis contra veſtibus amictum, ſi luctum teſtetur, Te venerari, & in Muſæi Tui ſecretiore penetrali Tuis pedibus advolvi exoptat, & nunc, amiſſo Imperio, ad felicitatis reparandæ omen, priuſquam iterato ſe proferat, in Tuo nomine apparere poſtulat. Id ſane Codini opus eſt, quod non crediderit merito quiſpiam tot dicandum hominibus, quot Officia percenſuit; ſed ei ſoli vovendum, quem plurima reſpiciunt Officia, & cujus in fronte præfixum nomen pars libri ſit potiſſima. Sic eſt profecto*, CARDINALIS EMINENTISSIME, *per te Codinus mirum in modum augetur, nempe qui non Officia ſolum enumerat Magnæ Eccleſiæ, & Aulæ Conſtantinopolitanæ; ſed etiam ampliores, quas in te colligis, utriuſque Palatii Regii & Vaticani dignitates videtur expreſſius repræſentare. Quapropter auctorem hunc Tuo nomine conſignaſſe ſincere & ſine fuco profiteor præcipue ex meis ad eum Notis. Ita non foret iſte meus, niſi Tuus. Utinam olim Codino datum tuo frui conſpectu: unus ei fuiſſes ſatis ad novam Officiorum bene longam ſeriem contexendam. Quam luculentas in illum nunc Commentationes ederem! Quam ingens implerent volumen, ubi circa ſingula, quibus perfunctus es, munera, quanta Te geſſiſſes in unoquoque prudentia, integritate, laude, curioſius annotaſſem! At quid vana mentis oblectatione deludor? Quaſi vero Notis indigeat, quod omnibus notum? Neminem hoc fugere po-*

tuit. Te quotusquisque facile suspiciendum habuit, quem decora virtutum ante PURPURAM *ubique statuerunt* EMINENTISSIMUM. *Te talem* PURPURÆ *fulgor invenit, non fecit. Nihil ad veritatem addo: Sic apud me supremum æterni Numinis in Te consilium, non desultoria cogitatione, sed accurato mentis examine, soleo pensitare. Te, fausto prorsus omine, decrevit adlectum in Prædicatorum familiam, in qua meritorum suffragio vere fores* PURPURÆ CANDIDATUS. *Te natum in salatem hujus Imperii voluit ad* DOCTORATUS *gradum promoveri, quæ* LAUREA *non obscure lauros alias adumbraret: & quod antiquitas fabulosum cecinit, veritatis prænuncium ac præconium posteritas comprobaret; Palladem e Jovis cerebro natam, laureatis armis instructam, Athenarum ac scientiarum omnium sibi comparasse præsidium, ac subinde ad oleam pacis argumentum Athenis plantandam, atque pacem ipsam in orbem universum propagandam animum convertisse. Quem cœlum designabat* PROREGEM, *Ordo* PROVINCIALEM *renunciavit:* SACRI PALATII MAGISTRUM *prius instituit Pontifex, quam Regum supremus* GALLICI MINISRTUM. *Virtuti protlive per descensum gradatim ascendere. Quod deinde bonum contigit Aquensibus, ardebant toti Prædicatorum Ordini in Comitiis Genuensibus Galli & Itali, quorum judicium vel ex eo sapiens comprobatum est, quod unum e multis Te Gallia censuerit universa dignum, qui* PRINCIPEM *referres, cui nescit orbis æqualem. Prudenter haud dubie tibi tum Roma* PURPURAM *obtulit, cum* REGEM *esses exhibiturus; sed quam probe te novit, tam verecunde in hoc ipso* PURPURÆ *dono, novum ac ampliorem fatetur accepisse splendorem. Illum, velut admirantis turbæ unus (cujus enim animum tantus fulgor non alliceret aut exhilararet?) deposito non amisso pudore, vicinior intueri sum ausus, quo meo labori & operi lucis plurimum affulgeat. Levidense offero Tibi munus, sed affectu grande; meritis impar, verum in quo cunctis ceu congestis in acervum dignitatibus, quantum illa sibi jure deposcerent, bono in lumine pono. Hoc igitur observantiæ in Te meæ monimentum velim excipias, & oculis quibus meum rapuisti pridem animum, benigne inspice. Vale, & vive: Ecclesiæ, ad utilitatem; Galliæ, ad omne genus felicitatis; Ordini nostro, ad ornamentum; Tibi, ad beatam gloriam. Ita vovet summissi animi*

EMINENTIÆ TUÆ

E Conventu tuo Parisiensi
S. Mariæ Annunciatæ.

Dedititsimus servus
F. JACOBUS GOAR Ord. Prædic.

Digitized by Google

P. JACOBI GRETSERI

PROOEMIUM.

ANte viginti, & quod excurrit, annos, libenter & diligenter legebam libellum Georgii Codini de *Officiis, & Officialibus Magnæ Eccleſiæ, & Aulæ Conſtantinopolitanæ;* teſtimonio eſſe poſſunt Notæ ad ſecundum Tomum de S. Cruce, & Notæ ad Codinum cum Ethicis Mureti publicatæ, & *Facula Codino accenſa*; evulgata cum ejuſdem Mureti in Tacitum Commentariis, conſultis & cum editione Juniana collatis tribus calamo exaratis exemplaribus; duobus nimirum Boicæ Bibliothecæ, tertio Lautherianæ.

Sepæ a me petierunt viri docti, ut Codinum de integro interpretarer: paruiſſem jam dudum, ſi per alias occupationes, qua publicas in Scholis, qua privatas domi licuiſſet. Nunc cum perpetuus capitis, totiuſque corporis languor ſat luculentum otium mihi pepererit; Codinum, ne plane otioſus eſſem, in manus ſumpſi, verti, Commentaria adjeci; errores graviſſimos Junii detexi: utique id aut non facturus, aut parce facturus (quamvis innumeros ejus errores diſſimulaverim) niſi Junius homo arrogantiſſimi ſupercilii, & Catholicæ fidei immaniſſimus hoſtis fuiſſet; qui cum a ſuis haberetur, & venditaretur *omniſcius*, perſpicue oſtendit, edito Codino, ſibi hac opinione & fama fieri injuriam, ſi tamen volenti fieri poteſt injuria: quia Junius hanc de ſe opinionem & famam volebat & fovebat, qui Curopalatam primo edidit anno Redemptoris LXXXVIII. ex bibliotheca Julii Pacii, ſuppreſſo ſuo nomine, vel potius in Judaicum commutato: *Nadabus* enim *Agmonius* Senatui Francofortenſi Codinum dedicabat: & ne non ſatis dedicatus eſſet, eumdem Pacius dedicavit Hippolyto a Collibus, ſuo in prætorio Hiedelbergenſi collegæ.

Poſtea nactus Junius a Maquardo Frehero integriora exemplaria, adjectis priori editioni aliquot pagellis, quibus lacunas nonnullas explevit, nomen ſuum profeſſus eſt, Codinumque Frehero inſcripſit; ita ut Curopalata jam tribus patronis ſtipatus in publicum venerit. Merito tamen culpandus eſt Junius, quod novam editionem non adornarit, & a ſe pleno ſacco ſparſos errores non correxerit, adjutus codicibus bibliothecæ Palatinæ, & Raphaelis Seileri exemplari; quod erat apographum optimi Codicis Au-

Digitized by Google

guſtani : nam Codinum olim fuiſſe in bibliotheca inclytæ reipublicæ Auguſtanæ, teſtis eſt Wolphius præfatione ad Nicetam, & ipſe Seilerus, qui inde Græce deſcripſit, & Latine vertit; tametſi verſionem ſuam in vulgus exire nunquam permiſit. Dico, *olim fuiſſe*; jam enim non eſt; ut ante aliquot annos ex Ampliſſimo Domino *Marco Velſero II.* Viro Auguſtano intellexi: neſcitur cujus negligentia vel fraude perierit. Tot ergo ſubſidiis inſtructus Junius, præſertim translatione Seileriana, debebat Codinum a capite ad calcem recognoſcere, plurima & graviſſima menda emendare, librumque ab erroribus liberum lectori proponere. Verum nihil horum præſtitit, niſi quod, ut antea dictum, pauculas pagellas primæ ac mendoſiſſimæ ſuæ editioni aſſuit, mutato titulo, addito novo patrono, appoſitoque ſuo nomine. Quo ipſo fucum lectoribus fecit, quaſi novam editionem promeret, anno M. D. XCVI. cum non fuerit nova; ſed prima, illa nimirum ipſa, quæ anno M. D. LXXXVIII. prodierat.

De mea editione, & Commentariis non habeo quod dicam. Æquos lectores laboris mei arbitros eſſe volo: æquos inquam; nam iniquos non moror. Si quid mutatum ſit, cujus ratio in Commentariis non redditur; noveris id aut ex duobus Boiels, & Lauteriano Codicibus, aut ex perſpicua ratione petitum. Vale feliciter mi Lector. Ingolſtadii anno ſalutis M. DC. XX.

Digitized by Google

P. JACOBUS GOAR

LECTORI.

QUod usu solet evenire illis, qui inter expurganda diruторum ædificiorum rudera veteres offendunt & effodiunt nummos, illud idem hactenus Codiniani operis Interpretibus contigisse, neminem, qui legerit, inficias iturum puto. Illi siquidem ubi præter omnem spem in aliquod numisma incidere, se locupletes existimant; unde facto impetu irruunt, & quasi foret reconditi thesauri argumentum, majori conamine terram hinc inde eruunt, gaudent, mirantur, sperant, & quodnam sit metalli genus, aut monetæ species unusquisque, prout menti occurrit, interpretatur. Mo Hercule, si non felices omnino, si non divites illi, beata numismata quæ in illorum devenere manus, quarum opera contractam amittunt rubiginem, & quicquid squallidum adhæserat, deponunt; itaut si non pristinum valorem, restitutum saltem ex aliqua parte recipiunt splendorem: fossores vero, nec ditiores, nec feliciores appello, si pretium nullum sit, si cujus Principis inscriptionem numisma ferat, aut imaginem repræsentet, ignorent, exesos rubigine characteres perlustrant; ac nisi vaticinari noverint, aut aliunde acceperint, quid literæ vel figuræ significent, non explanabunt. Verumtamen quod ad Codini opus attinet, etiamsi præ vetustate non sit rancidum, præ novitate tamen, quæ majorem lucem ut plurimum deberet promittere, invenitur obscurum. De nupera namque solum Græcia Codinus agit, non vocibus tantum novis, sed, quod mirum est, jam obsoletis. Usus quippe, qui recentiores ritus, mores, officia, vestes, integrum denique Græciæ statum invexit, Orientis eversо Imperio, funditus interiit; & sub ipsius Constantinopolis ruinis, quæ ante ducentos tantum annos in ea vigebant consuetudines, quia ferme novo & ignoto loquendi genere expressæ, jacent misere consepultæ. Paucos ea de causa reperire est, qui aspectu primo non demirentur; quamvis rari sint, qui propius inspicientes, literas Auctoris ac ejus scribendi characterem vel evolverint, vel penetrarint. Quam infeliciter Junius in elucidanda verborum, quibus usus est Codinus, obscuritate desudaverit, Meursii pluribus in locis demonstrat emendatio; & instituta per Gretserum versio, ac in amplis disertisque Commentariis ejusdem Codini illustratio: sed cum ea, qua Gretserus ærate vertebat, voces illæ neotericæ Græciæ nondum in Occiduas partes essent allatæ, propterea venia dignus est vir sane de re literaria bene meritus, cujus scripta multam doctrinam continent, doctrina pietatem sapit, & ad sanctitatem accedit pietas, si aliorum mentem sequutus, in eorum menda prolapsus impegerit. Non enim ille solus est, qui ad scopulos, quos Meursii Glossarium ex potiori parte ἀλοβάρβαρον exponit, allidat: Is enim cum germanam Græcarum, ac vulgarium vocum mentem non sit assecutus, sequacibus foveam fecit, in quam ipse prior lapsus, nisi a recentioris Græcanicæ linguæ bene perito corrigatur, illustretur, ac infinitis propemodum, quæ possunt addi dictionibus, augeatur, fa-

Digitized by Google

cilem adhuc ſequuturis præbebit lapſus occaſionem. Fateor Gretſerum eruta metalla examinaſſe, a pleriſque ſitum & ſqualloremdeterſiſſe, in exponendis Emblematibus Oedipi geſſiſſe perſonam, & characterum, qui vix dignoſcebantur, reconditam ſignificationem inveſtigaſſe: ſed cum omnino ſit impoſſibile, vel nihil ignorare, vel omnium votis ſatisfacere, complures & egregii quidem viri aliquid præter ejus laborem, quo labor ipſemet amplificatus excreſceret, expectabant. Illa me deſideria moverunt ut multa illuſtrarem, explanarem alia, de meo nonnulla conferrem: utinam homine Gallo monſtrante viam, nemo in poſterum etiam aliunde natus, in Græcia peregrinus aberret. In alienam meſſem, non adeo falcem quam uberiores ſegetes immitto. Gretſero ſua ſarta tecta reliqui, & velut data ex Tripode reſponſa ſum veneratus: Supereſt ut quæ mea ſunt, & juris publici facienda, paucis proponam.

Accuratam ſcilicet Codiniani textus cum alterutro, vel ſimul cum duobus Regiæ Bibliothecæ exemplaribus collationem: Textum ipſum non ad abundantioris doctrinæ oſtentationem, ſed ad utilitatem reſpiciens emendavi: Emendationem, vel lectionum varietatem in marginem rejeci: ubi cum utroque Regio minus convenire comperi, locos hoc indice *utr. Reg.* deſignavi: ubi vero unum illorum a textus lectione diſcrepat, primum numeralis character Arabicus 1. indigitat, ac 2. alterum: & ſi quando defectu alicujus notæ laboraveris, Lector, ad præcedentem, quæ vices ejus ſupplebit, recurre.

Et ne quis putet me data opera Gretſeri Cenſorem agere, ipſum inter & me, quemlibet ſtatuamus arbitrum, qui de feliciori textus expoſitione dijudicet: Et quamvis in Gretſeri favorem feratur ſententia, non debui perceptum a me novum ſenſum prætermittere, quem qui Codinianum textum legerit emendatum, non longius requiret, cum oculis ſubſit in verſionis margine.

Parum ſane licet nonnihil ſplendoris Codino contuliſſem, ſi in ſolo textu, vel ejus verſione reſtituenda tempus impendiſſem: debui quod operæ pretium erat, & operis erit utilitas & oblectamentum, ut ignotos recentiorum Græcorum mores, ita Codinianæ dictionis abſtruſos & reconditos ſenſus elucidare, Catalogos de Eccleſiæ vel Palatii Officialibus, ex Regiæ vel illuſtris Mazarinæ Bibliothecæ Codicibus MMSS. alios ac omnino diverſos proferre, ritus iſtos velut regulas factis & exemplis confirmare, de meo referre pauca vel ferme nihil, a me relata cuncta, vel Græcis ſcriptoribus, vel iis qui viva voce docuerunt, adſcribere. Quod ſi mihi fidem non faciat, quæ fide laborare Græcia præſumitur, ſi meum teſtimonium in ſuſpicionem veniat, qui fieri poteſt ut tam multi auctores in Notis ad ſingula capita adjectis catervatim prolati fide vacent, aut quis eorum ſuffragia voluerit in dubium vocare?

Quantum ad Icones nonnullis hujus voluminis capitibus affixas, illæ Græcos ad Florentinam Synodum convenientes, Imp. Deſpotam, Aulicos eorum proceres, Patriarcham cum Clero, veſtes, ornatum, eorum inſignia repræſentat, ad quas, habito de rebus memoratis ſermone, ut apertum & facile tibi ſubſit exemplum, nonnumquam te, Lector, patieris remittendum.

Unum reſtat quod moneam: Primum caput de Officialibus ma-

Digitized by Google

gnæ Eccleſiæ non mihi videri Codini: cujus ſententiæ rationem ſubjungo; nimirum Catalogum in quo Officialium nomina recenſetur, a reliquis Codini capitibus ſæpius in ſua recto ordine capita videre eſt diſtributum; quod & ipſi quibus uſus eſt Gretſerus comprobant Codices; cum tamen in Codinum ſcriptorem plerique referant, quin Codinum agnoſcat parentem, non invideo: alios ipſo ampliores inter Notas adjungo, ipſas etiam Notas utriſque ac toti Codini operi volui connexas, ut Auctoris arridente textu, ejus expoſitio nullam tibi relinquat animo dubietatem. Codinum igitur plenius ac integre magis explanatum ſuſcipe, & integerrime Vale.

Digitized by Google

INDEX CAPITUM HUJUS LIBRI.

CAP. I. *Catalogus Officiorum, & Officialium Magnæ Eccleſiæ.* Pag. 1.

CAP. II. *Nomina Officialium Palatii.* 15

CAP. III. *De tegumentis capitis, ſeu pileis, & indumentis Officialium, ac primum de ipſo pileo Deſpotæ.* 40

CAP. IV. *De geſtaminibus Magni Domeſtici, & reliquorum Principum.* 45

CAP. V. *Miniſteria uniuſcujuſque Officialium.* 53

CAP. VI. *Feriæ, quæ in Palatio feriari ſolent; & primum de feſto Nativitatis Domini.* 67

CAP. VII. *De menſa Imperatoris.* 77

CAP. VIII. *Feſtum Epiphaniæ.* 83

CAP. IX. *Feſtum Adorationis S. Crucis.* ibid.

CAP. X. *Feſtum Palmarum.* 85

CAP. XI. *De modo agendi, ſi Imperator verſetur in luctu.* 87

CAP. XII. *Officium magnæ hebdomadæ.* 88

CAP. XIII. *Horæ Magnæ Paraſcevæs, & Officium Magni Sabbati.* 90

CAP. XIV. *Matutinum Magnæ Dominicæ Paſchalis.* 91

CAP. XV. *De aliis diverſis Feſtis, quibus Imperator procedere ſolet, ſi Conſtantinopoli moretur.* 97

CAP. XVI. *De Magni Domeſtici, Magni Drungarii vigiliarum, Præfecti exercitus, & magni Adnumiaſtæ Officiis in Foſſato.* 101

CAP. XVII. *De Coronatione Imperatoris.* 103

CAP. XVIII. *De Creatione Deſpotæ.* 117

CAP. XIX. *De creatione Sebaſtocratoris & Cæſaris.* 118

CAP. XX. *De electione & inauguratione Patriarchæ.* 119

CAP. XXI. *De lugubribus Imperatoris geſtaminibus.* 123

CAP. XXII. *De futura ſponſa & Imperatrice.* 124

Digitized by Google

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ

ΚΟΥΡΟΠΑΛΑΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΟΦΦΙΚΙΑΛΙΩΝ

ΤΟΥ ΠΑΛΑΤΙΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

καὶ τῶν ὀφφικίων τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας.

Καὶ πρῶτον περὶ τῶν ὀφικίων τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας.

SAPIENTISSIMI

CUROPALATÆ

DE OFFICIALIBUS

PALATII CONSTANTINOPOLITANI,

ET DE OFFICIIS MAGNÆ ECCLESIÆ.

Et primum de Officiis magnæ Ecclesiæ.

ΚΕΦΑΛ. α'.

Ὁ Μέγας Οἰκονόμος.
Ὁ Μέγας Σακελλάριος.
Ὁ Μέγας Σκευοφύλαξ.
† Ὁ Χαρτοφύλαξ.
Ὁ Σακελλίου.
Ὁ Πρωτέκδικος.
Ὁ Πρωτονοτάριος.
Ὁ Λογοθέτης.
Ὁ * Κανστρήσιος.
Ὁ * Ῥαιφερενδάριος.
Ὁ Ὑπομνηματογράφος.
Ὁ Ἱερομνήμων.
Ὁ Ὑπομιμνήσκων.
Ὁ Διδάσκαλος τῶ Εὐαγγελίου.
Ὁ Διδάσκαλος τῶ Ἀποστόλου.
Ὁ Διδάσκαλος τῶ Ψαλτηρίου.

* Allatia. MMSS. Καντρήσιος. Καντρίσιος. * Allati. Ῥεφερενδάριος.

A CAPUT I.

MAgnus Oeconomus.
Magnus ſacellarius.
Magnus vaſorum cuſtos.
† Chartophylax.
* Minor Sacellarius.
Protecdicus, ſeu primus Defenſor.
Protonotarius.
Logotheta.
* Canſtriſius.
Referendarius.
B * A commentariis.
Hieromnemon.
Monitor, ſeu Suggeſtor.
Doctor Evangelii.
Doctor Apoſtoli.
Doctor Pſalterii.

* Præfectus Sacelli.

* Canſtrenſius.

* Memorialium ſcriba.

pag. 2.

Digitized by Google

	Miniſter a genibus,	Ο ἐπὶ τῶν γονάτων.
	Præfectus judiciis.	Ο ἐπὶ τῶν κρίσεων.
	Magiſter ſupplicum libellorum,	Ο ἐπὶ τῶν δεήσεων.
	Magiſter ceremoniarum.	Ο ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως.
* Silentiarius,	* Secretarius,	Ο ἐπὶ τῶν Σακρέτων.
	Præfectus Monaſteriis.	Ο Ἀρχων τῶν Μοναστηρίων.
	Præfectus Eccleſiis.	Ο Ἀρχων τῶν Ἐκκλησιῶν.
	Præfectus Antimenſiis,	Ο Ἀρχων τοῦ Ἀντιμησίου.
	Præfectus luminibus,	Ο Ἀρχων τῶν φώτων.
	Rhetor,	Ο Ῥήτωρ.
	Primus Oſtiarius,	Ο πρῶτος Ὀστιάριος.
* Numodotes,	* Nomicus,	Ο Νομοδότης.
	Primicerius Lectorum,	Β Ο Πριμμικήριος τῶν ἀναγνωστῶν.
	Notarius,	Ο Νοτάριος.
	Protopapa,	Ο Πρωτοπαπᾶς.
	Secundarius Diaconorum,	Ο δευτερεύων τῶν Διακόνων.

ECCLESIASTICA OFFICIA ſic habent,

ΤΑ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΑ ΟΦΦΙΚΙΑ ἔχουσιν οὕτως.

Primus Quinarius.

Ἡ πρώτη πεντάς.

Num. II. Magnus Oeconomus, qui ſua in poteſtate omnes Eccleſiæ facultates, omneſque in illis reditus tenet; & tam Patriarchæ, quam Eccleſiæ hac in re diſpenſator eſt.

Ν. 2. Ο μέγας Οἰκονόμος, κρατῶν πάντα τὰ κτήματα τῆς ἐκκλησίας, καὶ πᾶν τὸ * εἰσοδιαζόμενον ἐξ αὐτῶν. καὶ οἰκονομεῖ τῷ Ἀρχιερεῖ, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. C

* Allati. εἰσοδιαζόμενον & ἐξοδιαζόμενον.

III. Magnus Sacellarius habet ſua in poteſtate virorum & mulierum Monaſteria & ad hoc miniſtro ſeu adjutore utitur Præfecto monaſteriorum.

3. Ο μέγας Σακελλάριος, κρατῶν τὰ ἀνδρῶα, καὶ γυναικεῖα Μοναστήρια. ἔχων ὑπηργὸν εἰς τοῦτο, ὁ Ἀρχοντα τῶν μοναστηρίων.

IV. Magnus Scevophylax, ſeu * vaſis cuſtos ſua in poteſtate habet Eccleſiæ vaſa, ſeu ſupellectilem.

* vaſorum.

4. Ο μέγας Σκευοφύλαξ, κρατῶν τὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας.

V. Chartophylax, tabulas habet chartaceas ad jura Eccleſiaſtica pertinentes; (hoc eſt, literas, quibus privilegia & alia jura Eccleſiæ continentur) & eſt Judex omnium cauſarum Eccleſiaſticarum, & controverſiis matrimonialibus cognoſcendis ac dirimendis præſidet. Quin & in cæteris Clericorum litibus Judex eſt, tanquam dextera Patriarchæ manus.

5. Ο Χαρτοφύλαξ, κρατῶν τὰ ἐκκλησιαστικὰ χαρτῶα δικαιώματα, κριτὴς τῶν ὅλων ὑποθέσεων τῶν ἐκκλησιαστικῶν, ἔχων τὰς γαμικὰς ὑποθέσεις. ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν κληρικῶν ὑποθέσεσιν ἔκδικος, ὡς δεξιὰ τῆ Ἀρχιέρεως χεὶρ. D

VI. Præfectus ſacelli ſua in poteſtate habet Catholicas Eccleſias & ſacellum.

6. Ο Σακελλίου, κρατῶν τὰς καθολικὰς ἐκκλησίας, καὶ τὸ σακέλιν.

VII. Protecdici munus ad curam captivorum extenditur, & eſt ſimul Judex omnium querimoniarum, quæ ad forum deferuntur.

7. Ο Πρωτέκδικος, εἰς τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τὰς αἰχμαλώτους, καὶ κριτὴς τῶν ἐγκλημάτικῶν ὑποθέσεων.

Ἱſti ſedent in ſacra * Synodo cum Patriarcha.

Οὗτοι κάθηνται ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ συνόδῳ μετὰ τῆ Ἀρχιερέως.

* Concione

Secundus Quinarius.

Ἡ δευτέρα πεντάς.

VIII. Protonotarius oſtium eſt & aditus ad Exocatacolos, præſtique pittaciis conficiendis.

8. Ο Πρωτονοτάριος, θύρα τῶν ἐξωκαταικοίλων, καὶ εἰς τὰ πιττάκια.

Edit. Pariſ. pag. 3.

IX. Logotheta præeſt diſcutiendis & conſcribendis rationibus, tam quas reddunt qui ex plebe, quam qui ex ordine Eccleſiaſtico principali.

9. Ο Λογοθέτης, εἰς τὸ λογογραφεῖν, καὶ εἰς τὰς δημοσιακὰς καὶ ἀρχοντικὰς ὑποθέσεις λογογραφεῖν. E

X. * Canſtriſius, * caniſtro præfectus eſt, & Patriarchę, dum veſtes * mutat, ſervit.

10. Ο * Καντρίσιος, εἰς τὸ καντρίον, καὶ εἰς τὸ ἀλλάσειν τὸν Ἀρχιερέα.

All. Καστρίνσιος. Καντρήνσιος.

* Caſtrenſius. * Canſtrio. * ſacris induitur. * Memorialibus. * memorialibus.

XI. Referendarii munus eſt, ut mittatur ad Imperatorem, & ad magnum Principem.

11. Ο * Ραιφερενδάριος, εἰς τὸ ἀποστέλλεσθαι εἰς τὴν Βασιλέα, καὶ εἰς μέγαν ἄρχοντα.

* Allat. Ρεφερ.

XII. A * Commentariis, ſcribendis * commentariis vacat.

12. Ο Ὑπομνηματογράφων, εἰς τὸ γράφειν τὰ ὑπομνήματα.

Tertius Quinarius.

Ἡ τρίτη πεντάς.

XIII. Hieromnemonis munus eſt pone Patriarcham preces inſpicere, habetque ſua in poteſtate Enthroniaſimum, & Contacium ſeu librum Ordinationis.

13. Ο ἱερομνήμων, εἰς τὸ βλέπειν τὰς εὐχὰς ὄπισθεν τῆ Ἀρχιερέως, κρατῶν τὸ ἐνθρονιασμὸν, καὶ τὸ Κοντάκιον τῆς χειροτονίας.

Digitized by Google

14. Ὁ ἐπὶ τῶν γονάτων, * χρεμῶν τὸ ἐπιγονάτιον τῷ Ἀρχιερέως.
15. Ὁ ἐπὶ τῶν δεήσεων, ἀπέρχεται εἰς τὴν Βασιλέα ὑπὲρ τῶν ἀδικημένων.
16. Ὁ ἐπὶ τῶν Σεκρέτων, εἰς τὸ παύειν τὸν λαὸν ἐπὶ τὸ κρίνειν.
17. Ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, εἰς τὸ ποιεῖν διάταξιν ἐντὸς τοῦ βήματος.

* l. κρατῶν

A xiv. Minister a genibus sua in potestate habet * Supergenuale Patriarchæ.
xv. Præfectus supplicum precibus, pro illis, qui injuria afficiuntur, ad Imperatorem accedit.
xvi. Ejus, qui Secreto præest, munus est, ut dum judicia habentur, pouplum in officio contineat.
xvii. Præfectus * sacræ stationis curat, ut intra * tabernaculum, seu intra altare, debitus & conveniens ordo observetur.

* appendit
* moderandis moribus
* sacrum tribunal

Η τετάρτη πεντάς.

Quartus Quinarius.

18. Ὁ Ὑπομνήσκων εἰς τὸ ἐνθυμίζειν τὴν Ἀρχιερέα μυστικῶς.
19. Ὁ διδάσκαλος τοῦ εὐαγγελίου, ἑρμηνεύων αὐτό.
20. Ὁ Διδάσκαλος τῶν Ἀποστόλων, ἑρμηνεύων αὐτόν.
21. Ὁ Διδάσκαλος τοῦ Ψαλτηρίου, εἰς τὸ ἑρμηνεύειν αὐτό.
22. Ὁ Ῥήτωρ εἰς τὸ ἑρμηνεύειν τὰς γραφάς.

B xviii. Monitor seu Suggestor ad hoc constitutus est, ut Patriarchæ tacite suggerat, & in memoriam revocet.
xix. Doctor Evangelii, qui interpretatur illud.
xx. Doctor Apostoli, qui illius interpres est.
xxi. Doctor Psalterii, Psalterio explanando destinatus.
xxii. Rhetoris munus est scripturas interpretari.

Η πέμπτη πεντάς.

Quintus Quinarius.

23. Ὁ Ἀρχων τῶν μοναστηρίων ἔχων μετὰ τοῦ μεγάλου Σακελλαρίου τὴν τῶν μοναστηρίων ἐνοχήν.
24. Ὁ Ἀρχων τῶν ἐκκλησιῶν, * μετὰ τοῦ Σακελλίου.
25. Ὁ ἀρχων τοῦ εὐαγγελίου, εἰς τὸ κρατεῖν τὸ εἰς τὰς λιτάς.
26. Ὁ Ἀρχων τῶν φώτων, ἔχων τὴν ἐνοχὴν τῶν νεοφωτίστων.
27. Ὁ Ἀρχων τῶν Ἀντιμησίων, εἰσάγων τοὺς εἰσερχομένους εἰς τὴν ἁγίαν μετάληψιν.

C xxiii. Præfectus monasteriis gerit cum Magno Sacellario monasteriorum curam.
xxiv. Præfectus Ecclesiis Ecclesiarum curam gerit cum curatore Sacelli.
xxv. Præfectus Evangelio tenet illud ad processiones ac litanias.
xxvi. Præfectus luminibus curam habet eorum, qui nuper illuminati, hoc est, baptizati sunt.
xxvii. Præfectus Antimensiis, eos, qui sanctam communionem percipere volunt, introducit.

* Reg. ἔχων τὴν ἐνοχὴν τῶν ἐκκλησιῶν.

Η ἕκτη πεντάς.

Sextus Quinarius.

28. Ὁ πρῶτος Ὀστιάριος, κρατῶν τὰς θύρας εἰς τὰς χειροτονίας.
29. Ὁ δεύτερος Ὀστιάριος, κρατῶν * τὸ μοναμπουλον.
30. Ὁ Πρωτοπαπᾶς, ἔνδικος καὶ πρῶτος τοῦ βήματος, καὶ φέρων τὰ δευτερεῖα τοῦ Ἀρχιερέως.
31. Ὁ δευτερεύων τῶν Ἱερέων, εἰσοδεύων τοὺς Ἱερεῖς, καὶ φέρων τὰ δευτερεῖα τοῦ πρωτοπαπᾶ.
32. Ὁ δευτερεύων τῶν Διακόνων πρῶτος τῶν κοινῶν Διακόνων, καὶ εἰσοδεύων τοὺς Διακόνους.

D xxviii. Primus Ostiarius fores custodit, dum ordinationes peraguntur.
xxix. Secundus Ostiarius tenet monampulum.
xxx. Protopapas defensor & primus in tabernaculo, seu in loco altaris: secundas a Patriarcha obtinens.
xxxi. Secundus sacerdotum introducit (ad altare, seu sacram mensam) sacerdotes, & secundas a Protopapa tenet.
xxxii. Secundarius ex Diaconis primus est inter communes Diaconos, & introducit (ad altare) Diaconos.

* Reg. MS. τὸ μοναβάμβουλον.

Edit. Paris. pag. 4.

Λ ἑβδόμη πεντάς.

Septimus Quinarius.

33. Ὁ Πρωτοψάλτης.
34. Οἱ δύο Δομέστικοι, τοῦ πρώτου καὶ τοῦ δευτέρου χοροῦ.
35. Ὁ Λαοσυνάκτης.
36. Ὁ Πριμμικήριος τῶν * Ταβουλαρίων.
37. Ὁ Ἀρχων τῶν Κονταικίων.

xxxiii. Protopsaltes.
xxxiv. Duo domestici, primi & secundi chori.
E xxxv. Qui populum convocat.
xxxvi. Primicerius Tabulariorum.
xxxvii. Præfectus Contaciis.

* Reg. Νοταρίων.

Η ὀγδόη πεντάς.

Octavus Quinarius.

38. Ὁ Πριμμικήριος τῶν ἀναγνωστῶν.
39. Ὁ Νομικός.
40. Ὁ Πρωτοκανόναρχος.
41. Ὁ Ἔξαρχος.
42. Ὁ Ἐκκλησιάρχης.

xxxviii. Primicerius lectorum.
xxxix. Nomicus.
xl. Protocanonarcha.
xli. Exarchus.
xlii. Ecclesiarcha.

Digitized by Google

Nonus Quinarius. A Ἡ ἐννάτη πεντάς.

xLIII. Domeſticus oſtiorum.	43. * Ὁ Δομέστικος τῶν θυρῶν.	* οἱ Δομέστικοι.
xLIV. Chartularius.	44. Ὁ Χαρτουλάριος.	
xLV. Deputatus.	45. Ὁ * Δεπουτάτος.	* All. δεπουτάτος
* Caudatarius. xLVI. * Præfectus pavimenti.	46. Ὁ ἐπὶ τῆς ποδέας.	
Et hæc ſunt Officia Eccleſiaſtica.	Καὶ ταῦτα τὰ ὀφφίκια τὰ Ἐκκλησιαστικά.	

IN CAPUT I.
NOTÆ ET OBSERVATIONES
P. JACOBI GOAR ORD. PRÆDICAT.

1. Τῶν ὀφφικίων.) Deo Opt. Max. Patriarchæ, templo, populo Chriſtiano præſtanda in Eccleſia CP. cum honoris ſplendore obſequia, conſtituunt ejus Officia. Miniſteriis inſudant θεωροὶ, Λεπουτάτοι, καὶ Καμισάτοι: hithus, carbones, aquam, & alia præparant; cereos præferunt Evangelio Deputati; Vigiles vaſa, ſuppelleſtilemque ſacram cuſtodiunt; Officiorum tamen appellationem ſibi vindicare vetat uſus Eccleſiæ: quid cauſæ eſt? οὐκ εἰσὶν ὀφφικία, ἀλλὰ διακονίαι τοῦ βήματος ἄλλοις ἁμιλλώμεναι: *non ſunt Officia, verum miniſteria tantum ſacro Tribunali, id eſt aliari, ab his nec non ab aliis quibuſpiam impendenda*, ait Eccleſiaſticus ordo in Euchologio: ideo vero maxime, quia Patriarchis non placit illa Officiis connumerari, quod utiliora forent hæc obſequia, & auxilia ſuperioribus honoris elationem adeptis accedentia. Verumenimvero cum dignitatis decus Officio conjunctum aſſevero, ne precor, ſuperiorum & infimorum ordine ſervato, cuncta deinceps Officia unius, quod ajunt, claſſis & rationis cenſenda, facile crediderís. Extant ex iis ſuprema, ἀρχοντίκια μεγάλα, *nobilia præcipuaque*, nobili præcipuoque reddendo Patriarchæ miniſterio deputata, juriſque populo Chriſtiano dicundi præfecturam obtinentia: τὰ γὰρ ἀρχοντίκια καὶ ὀφφίκια τῆς μεγάλης ἐκκλησίας εἰς ὑπουργίαν τοῦ ἀρχιερέως γεγόνασι, καὶ εἰς κρίσιν τοῦ ἐν βίῳ φροντιζομένου: *dignitates enim & Officia magnæ Eccleſiæ, ad Pontificis obſequium ſunt adiventa, & ad dijudicanda vitæ hujus varia negotia*: Alia ſunt minus nobilia, ἀρχοντίκια μικρὰ, *magiſtratus minores*, ſuntque tam Protopapas, quam qui ſequuntur inferiores Officiales, ſiniſtri Chori aſſeſſores; majores ſiquidem dexterum cum Patriarcha obtinent, & præcipuis ubique coluntur privilegiis: Tertii tandem generis Officia λιτὰ nuncupantur, ita nimirum ut pullum habeant dignitatis annexum decus, nec lites cum Patriarcha dijudicent: ſunt etenim privati Patriarchæ miniſtri; Archidiaconus, ac ſecundus ab eo Diaconus. ἐξώθεν, inquit typus Allatianus in Euchologio, τῶν δεκαπέντε ὀφφικίων καὶ κληρικάτων τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, δώρισαν οἱ ἁγιώτατοι Πατριάρχαι ἀρχοντίκια μικρὰ εἰς ὑπουργίαν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας. ὁ μέγας Ἀρχιδιάκονος καὶ ὁ δεύτερος τῶν διακόνων. αὐτά εἰσιν ὀφφίκια. & alibi ὁ μέγας Ἀρχιδιάκων, ὁ δεύτερος τῶν διακόνων, ἅτινα ὅσοντοι μετὰ τῶν ἀρχοντικίων τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, οὐκ ὀφφίκιά εἰσι, καὶ μόνα. *Præter quindecim Officia, & ſanctæ Eccleſiæ clericata*) quæ ἀρχοντίκια μεγάλα, primarum trium pentedum Diaconos exornantia) *inſtituerunt ſanctiſſimi Patriarchæ minores præfecturas, ad ſanctæ Eccleſiæ ſubſidium. Magnus Archidiaconus, & ſecundus Diaconorum, cum præfecturis ſanctæ Eccleſiæ non recenſentur: ſunt enim ſolummodo Officia.*

Edit. Pariſ. pag 5.

2. Τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.) Ædificii amplitudine, teroni præcellentia, miniſtrorum numero, redituum ubertate, cultus obſervantia.

3. Πρῶτον περὶ τῶν ὀφφικίων τῆς μεγάλης ἐκκλησίας.) Officiorum magnæ Eccleſiæ catalogum plura licet oſtentent exemplaria MM. SS. pauca, quæ ordinem ac numerum eumdem obſervant, reperias. Hæc rerum humanarum conditio, ut mutationem in Eccleſiam, quia mortalium cœtus eſt, etiam inducat: hæc rerum novandarum in Patriarchis libido, ut prioribus recentia vellent addita, antiquis nova ſuccedere, cuncta nonnumquam detruncarent; ac, ut reor, ex eorum placito fluxit, ut exemplarium in iis recenſendis diverſitas, eo quod diverſis ætatibus, pro diverſo Eccleſiæ Officiorumque ſtatu exſcriberentur, emerſerit. Integriores, uberioreſque percupis? (brevis enim eſt, truncus, ac imperfectus a Codino exaratus) hos tibi variis ex MM. SS. & noſtris Euchologicis depromptos, graviores multo futuros, percurrendos accipe.

EX REGIIS MMSS.

Magnus Oeconomus omnem rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem curat.	B Ὁ μέγας Οἰκονόμος κρατῶν τὴν οἰκονομίαν πᾶσαν τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων.
Magnus Sacellarius virorum & mulierum Monaſteriorum præfecturam obtinet.	Ὁ μέγας Σακελλάριος ἐπεχόμενος εἰς τὰ ἀνδρῶα, καὶ γυναικεῖα μοναστήρια.
Magnus Scevophylax Eccleſiæ vaſa cuſtodit.	Ὁ μέγας Σκευοφύλαξ φυλάττων τὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας.
Magnus Chartophylax cauſarum omnium Judex eſt, & Patriarchæ manus dextra.	Ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ κριτὴς τῶν ὅλων ὑποθέσεων, καὶ δεξιὰ χεὶρ τοῦ Πατριάρχου.
Sacello Præpoſitus Catholicarum Eccleſiarum curam ſibi commiſſam habet.	Ὁ Σακελλίου τὸν ἐποχὸν ἔχων τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν.
Protecdicus ſuſcipit transfugas, & Eccleſiaſticas quæſtiones dijudicat.	Ὁ Πρωτέκδικος τοὺς φυγόστρατας ἀναδεχόμενος, καὶ κρίνων τὰς ἐκκλησιαστικὰς ὑποθέσεις.
Hi ſunt Exocataceli.	Οὗτοι οἱ ἐξωκατάκηλοι. al. ἐξοκατάκοιλοι.

Digitized by Google

Πρώτη πεντάς. A *Primus Quinarius.*

ἐξωκατάκοι-λοι. Ο Πρωτονοτάριος θύρα τῶ ἐξωκατακύλων, καὶ πρῶτος τῶ Πατριαρχικῶν Νοταρίων. — Protonotarius Exocatacelorum eſt janua, & Patriarchæ Notariorum ſupremus.

Ο Λογοθέτης ποιῶν λόγους κατηχητικοὺς πρὸς τὸν λαὸν. Δίκαιος τῦ Πατριάρχυ. — Logotheta habet inſtruendo populo ſermones, & Patriarchæ vices gerens, *id eſt Vicarius generalis.*

Ο Καντζέισιος κρατῶν τὸ καντζέιον τῶν θυμιαμάτων ἐν ταῖς λειτυργίαις. — Canſtriſius in miſſis aromatum arculam tenet.

al. Ρηφερ. Ο Ραιφερενδάριος ἀναφορεὺς τῶν πρὸς Βασιλέα μνημάτων. — Referendarius ad Imperatorem mandata refert.

Ο Ὑπομνηματογράφος γράφων τὰ Πατριαρχικὰ ὑπομνήματα. — Memorialium Scriba Patriarchæ memorialia ſcribit.

Δευτέρα πεντάς. B *Secundus Quinarius.*

Ο Ἱερομνήμων κρατῶν τὸ Κοντάκιον τὸ Πατριαρχικὸν ἐν ταῖς λειτυργίαις, δεχόμενος καὶ τὰς ἐγγραφὰς τῶν Αρχιερέων. — Hieromnemon, in miſſis, Patriarchę librum miſſalem tenet, reliquorum Pontificum ſubſcriptiones ſervat: *id eſt fidei profeſſionem in eorum ordinationibus emiſſam.*

Ο ἐπὶ τῶν δεήσεων ἀναφέρων τῶ Πατριάρχῃ τὰς τῶν δεομένων ἀναφορὰς, πεμπόμενος πρὸς τὸν Βασιλέα μετὰ τῦ * Ραιφερενδαρίυ. — Præpoſitus ſupplicibus libellis ſupplices libellos offert Patriarchæ, & ad Imperatorem Referendario comes mittitur.

Ο ἐπὶ τῶν Σεκρέτων καθιζῶν τὸ Πατριαρχικὸν Σέκρετον ἀθόρυβον καὶ ἀπάραχον, εἰσάγων τὰς κρινομένους. — Secretis Præpoſitus Patriachæ tribunal abſque murmure & ſtrepitu componit, litiganteſque ad judicium introducit.

Ο ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως λέγων, λειτυργοῦντος τῦ Πατριάρχυ, τὸ, Σπῶμεν καλῶς, — Ordini ſacro Præpoſitus, Patriarcha miſſam celebrante, elata voce clamat: *Stemus recte.* *Edit. Pariſ. pag. 6.*

Ο ἐπὶ τῶν γονάτων τῶ Πατριάρχῃ τὸ ἐπιγονάτιον. — A genibus Subgenuali Patriarcham induit. C

Τρίτη πεντάς. *Tertius Quinarius.*

Ο Ὑπομνήσκων ἀσχολούμενος τῶ Πατριάρχῃ ἐν τῇ λειτυργίᾳ τὰς εὐχὰς καθ' ἑκάστην ὑπομιμνήσκων. — Monitor circa commonſtrandas in miſſa Patriarchæ ſingulas orationes, eumque de ſingulis commonendum, occupatur.

Ο Ρήτωρ γράφων λόγους διδασκαλικοὺς ἀπὸ προσώπου τῦ Αρχιερέως. — Rhetor nomine Patriarchæ ſermones doctrina & eruditione plenos componit.

Ο Διδάσκαλος τῦ Εὐαγγελίου. — Doctor Evangelii,
Ο Διδάσκαλος τῦ Ἀποστόλου. — Doctor Apoſtoli.
Ο Διδάσκαλος τῦ Ψαλτῆρος. — Doctor Pſalterii.

Τετάρτη πεντὰς τῶν ἱερῶν Αρχόντων. D *Sacrorum magiſtratuum quartus Quinarius.*

Ο Αρχων τῶν μοναστηρίων ἔχων τιμὴν ἐποχὴν τῶν μοναστηρίων μετὰ προτροπῆς τῦ μεγάλου Σακελλαρίου. — Præpoſitus Monaſteriis magni Sacellarii monitis & aſſenſu Monaſteriorum curam ſuſcipit.

Ο Αρχων τῶν ἐκκλησιῶν ἔχων τὴν ἐποχὴν τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν μετὰ προτροπῆς τῦ Σακελλίου. — Præpoſitus Eccleſiis a Sacello monitis & impulſu Catholicas regit Eccleſias.

Ο Αρχων τῦ εὐαγγελίου κρατῶν ἐν ταῖς λιταῖς τὸ Εὐαγγέλιον. — Præpoſitus Evangelio tenet in proceſſionibus Evangelium.

Ο Αρχων τῶν φώτων ἀναδεχόμενος τοὺς εἰς τὸ βάπτισμα εὐτρεπιζομένους, διδοὺς καὶ τὰ κηρία τοῖς κληρικοῖς ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς. — Præpoſitus luminibus ad Baptiſma diſpoſitos ſuſcipit, & in Chriſti Domini feſtis cereos Clericis diſtribuit. E

Ο Αρχων τῶν Αντιμινσίων διδοὺς τὰ Αντιμίνσια ἐν ὧν καθιεροῦνται οἱ θεῖοι ναοί. — Præpoſitus Antimenſiis, Antimenſia quibus ſanctæ conſecrantur ædes diſtribuit.

Πέμπτη πεντὰς. *Quintus Quinarius.*

Ο Ὀστιάριος κρατῶν τὴν λαμπάδα τῦ Πατριάρχυ, καὶ ἐν ταῖς ψήφοις τὰς θύρας. — Oſtiarius Patriarchæ facem præfert, & in ſuffragiis ferendis fores obſervat.

Digitized by Google

Nummodotes Clericis & egenis nummos distribuit.
Archipresbyter.
Secundus Sacerdotum, &
Secundus Diaconorum.
Primicerius Notariorum, &
Notarii.
Domesticus.
Populi Collector.
Primicerius Lectorum.
Præpositus Breviculis cantandis.
Sacræ compositioni Præpositus.
Domesticus Tribunalis, &
Chartophylacis scribæ.
Custodum Patriarchalis domus Primicerius.

A Ο Νουμοδότης διδοὺς τὰ νόμια τοῖς κληρικοῖς καὶ τοῖς πένησι.
Θ Πρωτοπαπᾶς.
Ο Δευτερεύων τῶν ἱερέων, καὶ
Ο Δευτερεύων τῶν διακόνων.
Ο Πριμικήριος τῶν Νοταρείων, καὶ
Οἱ Νοτάριοι.
Ο Δομέστικος.
Ο Λαοσυνάκτης.
Ο Πριμικήριος τῶν ἀναγνωστῶν.
Ο Ἀρχων τῶν Κοντακίων.
Ο ἐπὶ τῆς τάξεως.
B Ο Δομέστικος τῶ Σεκρέτω, καὶ
Οἱ Ἐπισκοπειανοί.
Ο Πριμικήριος τῶν Ἐξκουβίτων.

EX IISDEM REGIIS MSS.

Edit. Paris. pag. 7.

Ordo Officiorum Ecclesiæ.

Τάξις τῶν ὀφφικίων τῆς ἐκκλησίας.

Magnus Oeconomus tenet Ecclesiæ possessiones.
Magnus Sacellarius muliebria monasteria.
Magnus vasorum Custos vasa, & Ecclesiæ sacra cuncta.
Magnus Chartophylax ut in scrinia referat, & publicas tabulas curet.
A Sacello tenet custodiam.
Vindicum Princeps ut captivos protegat.
Protonotarius Exocatacœlorum est janua.
Logotheta ut festa describat.
Canstrinsius arcam curat, & Pontificem induit.
Referendarius ut ad Imperatorem propter negotia mittatur.
Memorialium scriba, ut memorialibus subscribat.
Sacer suggestor, ut retro (Pontificem) prævideat orationes dicendas, tenet quoque Missale, & Ordinationum codicem.
A genibus appendit subgenuale Pontifici.
Doctor Evangelii, si vir literatus est, sermones habet ad populum, & Evangelium interpretatur.
A memoria monet & componit secreto Pontificem.
A supplicibus libellis convenit Imp. ut pro oppressis deprecetur.
Præfectus Monasteriis & Ecclesiis virilia Monasteria curat.
A secretis silentium indicit populo in judiciis.
A sacro ordine, cuncta rite componit.
Rhetor orat.
Ostiarius in ordinationibus fores observat.
Doctores Psalterii duo.

Ο μέγας Οἰκονόμων κρατεῖ τῆς ἐκκλησίας τὰ κτήματα.
Ο μέγας Σακελλάριος τὰ γυναικεῖα μοναστήρια.
Ο μέγας Σκευοφύλαξ τὰ σκεύη καὶ τὰ ἱερὰ πάντα τῆς ἐκκλησίας.
C Ο μέγας Χαρτοφύλαξ εἰς τὸ μετάζειν, & εἰς τὰς σημειώσεις.
Ο Σακελλίου κρατεῖ τὴν σακέλλιν.
Ο Πρωτέκδικος εἰς τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν εἰχμαλώτων.
Ο Πρωτονοτάριος θύρα τῶν Ἐξωκαπαικοίλων.
Ο Λογοθέτης εἰς τὸ λογογραφεῖν τὰς ἑορτάς.
Ο Καγκρίνσιος εἰς τὸ Καγκεῖν, καὶ εἰς τὸ ἀλλάσσειν τὸν Ἀρχιερέα.
Ο Ραιφερενδάριος εἰς τὸ ἀποστέλλεσθαι εἰς τὰ βασιλέα δι' ὑποθέσεις.
D Ο Ὑπομνηματογράφος εἰς τὸ ὑπογράφειν τὰ ὑπομνήματα.
Ο Ἱερομνήμων εἰς τὸ βλέπειν τὰς εὐχὰς ὄπισθεν. κρατεῖ καὶ τὸ Κοντάκιον, καὶ τὸν κώδικα τῆς χειροτονιῶν.
Ο ἐπὶ τῶν γονάτων κρυμνᾷ τὸ ἐπιγονάτιον τῶ Ἀρχιερέως.
Ο Διδάσκαλος, τὸ εὐαγγέλιον, εἰ ἐπίσταται, ἑρμηνεύει δημηγορῶν.
Ο Ἐπιμεμνήσκων εἰς τὸ ῥυθμίζειν τῶν Ἀρχιερέα μυστικῶς.
Ο ἐπὶ δεήσεων ἀπέρχεται εἰς τὰ Βασιλέα ὑπὲρ τῶν ἀδικουμένων.
E Ο Ἀρχων τῶν μοναστηρίων καὶ τῶν ἐκκλησιῶν εἰς τὰ ἀνδρῶα μοναστήρια.
Ο ἐπὶ Σεκρέτων εἰς τὸ παύειν τὸν λαὸν εἰς τὸ κρίνειν.
Ο ἐπὶ ἱερᾶς καταστάσεων εἰς τὰ ποιεῖν εὐταξίαν.
Ο Ῥήτωρ εἰς τὸ ῥητορεύειν.
Ο Ὀστιάριος κρατεῖ εἰς τὰς χειροτονίας τὰς θύρας.
Οἱ Διδάσκαλοι τὸ Ψαλτῆρος δύο.

Digitized by Google

Ο Πρωτοπαπᾶς ἐκδικος τῶν κρίσεων.
Ο Δευτερεύων εἰσοδεύει τὰς ἱερεῖς, ἐὰν οὐκ ἔνι Πρωτοπαπᾶς, καὶ ἄρχει τῶν ἱερέων ἀπὸ τοῦ Πρωτοπαπᾶ.
Οἱ δύο Κατηχηταὶ εἰς τὸ κατηχεῖν τοὺς βαπτιζομένους.
Ο Ἀρχων τῶν φώτων εἰσάγει τοὺς νεοφωτίστους.
Ο Νομοδότης εἰσάγει τοὺς ἐρχομένους εἰς τὴν ἀχίαν μετάληψιν.
Ο Πριμικήριος τῶν Πατριαρχικῶν Νοταρίων.
Οἱ δύο Δομέστικοι τῆς πρώτης καὶ τῆς δευτέρας (adde) χοροστασίας.
Ο Λαοσυνάκτης.
Ο Πριμικήριος τῶν ἀναγνωστῶν.
Ο Δομέστικος τοῦ ἄμβωνος.

A Archipresbyter judiciorum vindex.
Secundus ducit Sacerdotes, absente Archipresbytero, & ab eo dux est Sacerdotum.

Duo Catechistæ baptizandos erudiunt.

Præfectus luminibus recens baptizatos inducit.
Nomodotes accedentes ad communionem inducit.
Edit. Paris. pag. 8.

Primicerius Patriarchalium Notariorum.
Duo Domestici, primi & secundi Chori.

Collector populi.
Primicerius Lectorum.
B Demesticus ambonis: (cui ambonis custodia commissa est.)

EX BIBLIOTHECA EMINENTISSIMI D.

CARDINALIS MAZARINI.

ΜΑΤΘΑΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ MATTHÆI MONACHI

Περὶ τῶν ὀφφικίων τοῦ παλατίου τῆς Κωνσταντινουπόλεως.

De officiis Palatii Constantinopoleos.

Ἰατροῦ Μοναχοῦ παντὶ Ματθαίου ὄντος.

Matthæi Jatri Monachi Sacerdotis C *Opusculum.*

Τῆς ἐκκλησίας τὰς τιμὰς, καὶ τὰς διακονίας,
Αἱ διαιροῦνται πνεύματι, κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον,
Ἀπαριθμοῖ πρὸς ὄνομα νῦν μοναχὸς Ματθαῖος.
Πεντάδος πρώτης πέφυκεν, ὁ μέγας Οἰκονόμος.
Ο μέγας Σακελλάριος, ὁ μέγας Σκευοφύλαξ.
Ο Χαρτοφύλαξ μετ' αὐτὸς, καὶ μέν τοι Σακελλίου,
Ἀλλά γε καὶ Πρωτέκδικος συναριθμεῖται τούτοις.
Οἷπερ Ἐξωκατακοίλοις πᾶσι προσωνυμία.
Ο δὲ Πρωτονοτάριος πεντάδος τῆς δευτέρας.
Ο Λογοθέτης μετ' αὐτὸν, σὺν γε τῷ Καστρινσίῳ,
Ο τε Ῥεφερενδάριος, Ὑπομνηματογράφος,
Ἱερομνήμων τρίτος τε, καὶ μὴν Ὑπομιμνήσκων,
Οἱ τρεῖς ἐθλῆς διδάσκαλοι, πρῶτος Εὐαγγελίου,
Τοῦ Ἀποστόλου μετ' αὐτὸν, τρίτος ὁ τοῦ Ψαλτῆρος.
Τῆς δὲ τετάρτης πέφυκεν, ὁ τῶν ἐπὶ γονάτων,
Ὅτε τὰς κρίσεις ἐφορᾷ, ὅτε δίκας φέρων,
Ὅτε τῆς καταστάσεως ἱερᾶς, καὶ ὁ Σεκρέτων.
Τῆς πέμπτης Ἀρχων τῶν μονῶν, Ἀρχων ἐκκλησιῶντε,
Ἀρχων Εὐαγγελίων τε, Ἀρχων Ἀντιμησίων,
Ἀρχων τῶν φώτων μετ' αὐτὸς, πλὴν τῶν πεντάδα πέμπτην.
Ὅρα τὸν λαμπρὸν Ῥήτορα, διπλοῦς, Ὀστιαρίους,
Τὸν Νομοδότην τε ὁμοῦ, Πριμικήριον Νοταρίων.

Ecclesiæ dignitates, & ministeria,
Spiritu distributa, juxta magnum Paulum,
Suis nominibus enumerat, in præsenti, Matthæus Monachus.
Quinarii primi caput est Oeconomus,
Magnus Sacellarius; magnus vasorum Custos,
Post eos Chartophylax, nec non a Sacello,
Sed & Protecdicus his annumeratur,
Singulisque Exocatacœlorum est cognomen.
Protonotarius in secundo quinario reponitur,
Deinde Logotheta, cum Castrinsio,
D Referendarius, & memorialium Scriba,
Sacer Suggestor tertius, deinde Monitor,
Tum tres salutis Doctores, primus Evnagelii,
Secundus Apostoli, tertius Psalterii.
Quartum quinarium tenet Genubus,
Judiciorum præses, quique supplices libellos defert.
Ordini, sacro Præpositus, & Secretorum Præfectus.
Ex quinto quinario est Præpositus Monasteriorum, & Ecclesiarum,
Præpositus Evangelio, Præpositus Antimensiis.
Præpositus luminibus retro eos quintum agmen claudit.
Respice nunc illustrem Rhetorem, geminos Ostiarios,
E Ac simul Nomodotem, ac denique Notariorum Primicerium.

Digitized by Google

EX ALLATIANIS.

Edit. Paris. pag. 9.

CHORUS DEXTER. ΧΟΡΟΣ ΔΕΞΙΟΣ.

EPISCOPUS. A Ο ΕΠΙΣΚΟΠΟΣ.

Quinarius Primus. Πεντὰς πρώτη.

1. Magnus Oeconomus. α'. Ο μέγας Οἰκονόμος.
2. Magnus Sacellarius. β'. Ο μέγας Σακελλάριος.
3. Magnus vasorum custos. γ'. Ο μέγας Σκευοφύλαξ.
4. Chartophylax. δ'. Ο Χαρτοφύλαξ.
5. A Sacello. ε'. Ο Σακελλίου.

Quinarius Secundus. Πεντὰς δευτέρα.

1. Protonotarius. B α'. Ο Πρωτονοτάριος.
2. Canstrensius. β'. Ο Κανστρησίσιος.
3. Referendarius. γ'. Ο Ρεφερενδάριος.
4. Logotheta. δ'. Ο Λογοθέτης.
5. Memorialium scribæ. ε'. Ο Ὑπομνηματογράφος.

Quinarius Tertius. Πεντὰς τρίτη.

1. Defensorum primus. α'. Ο Πρωτέκδικος.
2. Sacer Suggestor. β'. Ο Ἱερομνήμων.
3. A genubus. γ'. Ο ὑπὸ γονάτων.
4. A memoria. δ'. Ο Ὑπομνησκῶν.
5. Doctor. C ε'. Ο Διδάσκαλος.

CHORUS SINISTER. ΧΟΡΟΣ Ο ΕΤΩΝΥΜΟΣ.

Archipresbyter. Ο Πρωτοπαπᾶς.
Secundus Presbyterorum. Ο Δευτερεύων.
Præses Ecclesiarum. Ο Ἀρχῶν τῶν ἐκκλησιῶν.
Visitator. Ο Ἐξαρχος.
Catechista. Ο Κατηχητής.
Circumcursator. Ο Περιοδευτής.
Immersor. Ο Βυτιστής.
Duo Defensores. Οἱ δύο Ἔκδικοι.
Duo Domestici. D Οἱ δύο Δομέστικοι.
Duo populi Collectores. Οἱ δύο Λαοσυνάκται.
Duo Primicerii. Οἱ δύο Πριμμικήριοι.
Primus Cantor. Ο Πρωτοψάλτης.
Proximus. Ο Πρόξιμος.
Deputatus. Ο Δεπουτάτος.
Vigiles. Οἱ Θεώριοι.
Cerimoniarum magister. Ο ἐπὶ τῆς διαξίας.
Versor seu Annuntiator. Ο κατηχουμένης.
Cubicularius. Ο Κυβούκλης.
* Decanus. * Ο Δεκανός.
Lampadarii. E Οἱ Λαμπαδάριοι.
Introductus. Ο Περιστερχόμβος.
Bajulus. Ο Βασταγάριος.
Unguenti distributor. Ο Μυροδότης.

pag. 10. 4. Τὰ ἐκκλησιαστικὰ ὀφφίκια ἔχουσιν ὕτως.) Ecclesiasticorum Palatinorumve Officiorum catalogus in MM. SS. occurrit frequentius: at quam diverse, nonnihil perspicax oculus advertet. Nonnumquam sola nominum series apponitur: etiam quandoque nominum expositio, & Officiorum varia ministeria cernuntur exscripta. Quæ sequuntur in textu, proferunt hæc: solum catalogum jam superius percurristi. Porro cum expositio plura Officia quam catalogus exhibeat, hunc foris ascitum, & ab hac alienum merito quis poterit suspicari.

5. Ο μέγας Οἰκονόμος.) Oeconomi munia recensent uberius Allatiana. ὁ μέγας Οἰκονόμος φέρει κτημάτων ὀφείλοντα εἶναι ἱεροδιάκονος. ὅταν δὲ λειτουργεῖ ὁ Ἀρχιερεὺς φορεῖ τὸ σιγάριον αὐτοῦ καὶ τὸ ὠράριον, ἵσταται ἐν τῷ μεσίδι σὺν ἁγίᾳ πρατίζει βασιλικῶν καὶ ἐν ᾗ χερσὶν αὐτοῦ κρατεῖ τὸ ἅγιον ῥιπίδιον. φοροφέρει δὲ καὶ φέλωνα χειροτακτὸν λευκὸν τῷ

ἐπὶ ἀρχιερεῖ. ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ πᾶν κτῆμα τῆς ἐκκλησίας: ἐξετάζει εἰσόδους καὶ ἐξόδους καὶ λογαριασμοὺς ἀπὸ πᾶν πράγμα (vulgi idiotiſmus) τῆς ἐπισκοπῆς. κρατεῖ καὶ Χαρτυλάριον ἀναφέρει ταῦτα: καὶ τετράκις τ' χρόνου ἀναφέρει τῷ ἀρχιερεῖ ἐπισκοπείων καὶ τῶν χηρευομένων ἐκκλησίων, πάντα τὰ ἀγαθὰ αὐτῆς, μίχρι τῆς διαδόσεως τοῦ ἐπισκόπου. ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς χείρας ἐν τῇ δεξιᾷ τοῦ ἀρχιερέως. *Magnus poſſeſſionum adminiſtrator, debet eſſe Diaconus. Celebrante vero Pontifice, ornatus tunica, ſacrum Flabellum ſua manu tenet. Offert quoque Clericum ordinandum Pontifici. Omnem inſuper agrum poſſeſſionemque Eccleſiæ, cenſus, expenſas, ratiocinia, de omni re ad Epiſcopatum pertinente diſquirit, & cum ſubjecto ſibi Chartulario cuncta refert in ſcrinia. Ad hæc de omnibus quater in anno rationem reddit coram Pontifice: & viduatæ Pontifice Eccleſiæ, adminiſtratis uſque ad alterius adventum omnibus ejus bonis, curam ſuſcipit. Adeſt denique in judiciis ferendis, & a dextris Pontificis ſedet.* Addunt alia ἔστι δὲ ἐπὶ ψήφου τοῦ ἐπισκόπου πρῶτος, ἐξετάζων καὶ τὰ δικαιώματα τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, τὰ εἰσερχόμενα δίκαια τῆς ἐπισκοπῆς. *In electione Epiſcopi fert ſuffragium: & tandem debitas contributiones ex annuis Epiſcopatus bonis fratribus ſuis ex æquo dividit.* Uno verbo Regia ſcripſerunt ὁ μέγας Οἰκονόμος ἔχει ὑπὸ ἐκκλησιαστῶν κτημάτων ἐπιμέλειαν. *Magnus Oeconomus Eccleſiæ poſſeſſiones ſuæ fidei commiſſas tenet.* Oeconomum Diaconum tantum voluere poſteriores Græci: Joannem enim Tabenniſiotam Zenonis tempore ex presbytero & Oeconomo Patriarcham Alexandriæ factum memorat Theophanes; idem ſub Heracleona Paulum CP. pariter Patriarcham ex eodem Officio presbyteriique dignitate refert aſſumptum. Ab Imper. quondam inſtituebatur; ab Iſaacii Comneni tempore, a Patriarcha. Zonaras in Iſaacii Comneni vita. τὴν ὑπὲρ ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων οἰκονομίαν τῇ ἐκκλησίᾳ ἀπένειμε μέχρι τότε τοῦ μεγάλου Οἰκονόμου προχειριζομένου παρὰ τοῦ βασιλεύοντος. ἀλλὰ μὴν ὁ τοῦ Σκληρηνὸς ἐκεῖνος δὲ καὶ ἄμφω ὑπὸ τὴν τοῦ Πατριάρχου ἔθετο ἐξουσίαν. *Rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem Eccleſiæ reſtituit Iſaacius, Oeconomo & Scevophylace ad ejus uſque tempora ab Imp. inſtitutis, ille vero utrumque Patriarchæ juris eſſe fecit.* Vide Balſamonem in Canon. 9. Edicti Theophili.

6. Ὁ μέγας Σακελλάριος.) Hic ἀπὸ τοῦ σακελλίου dictus. σακέλλιον, βαλάντιον, μαρσύπιον. *crumena, marſupium*, ait Svidas: Loculorum itaque & pecuniarum cuſtos eſt Sacellarius. Hanc expoſitionem mihi ſuggerit Balſamon Medit. de Proteçdico παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις σάκκελον παρὰ τὸ διοικεῖν, καὶ φυλάττειν ἐστί. λέγεται οὖν Σακελλάριος ὁ τῶν μοναστηρίων διαχειρίστης. *Sacellum apud Latinos ab adminiſtratione ſive cuſtodia deducitur, dicitur itaque Sacellarius Monaſteriorum adminiſtrator.* Viri latinorum ignari dirige vel corrige linguam, mentem percipe, quaſi dicat: Sacellum adminiſtrationis cuſtodiæque rationem ſecum vehit: ubi ergo Sacellarii mentio, confeſtim Monaſteriorum adminiſtrator obverſetur oculis. Optime. Nam & Stephanum Perſam, quem Nicephorus Patriarcha ταμίαν τῶν βασιλικῶν χρημάτων, Theophanes Σακελλάριον vocat. Quod igitur Oeconomus magnæ Eccleſiæ, id Sacellarius Monaſteriis præſtat, ut nimirum eorum bonis cuſtodiendis invigilet. Perpende hæc ex Allatianis excerpta. ὁ μέγας Σακελλάριος ἐπισκοπείων καὶ ἱερῶν τὰ ἀνδρίκια μοναστήρια, ἐκ πάντων τῶν εἰσερχομένων δικαιωμάτων. ἐταίρει δὲ λογαριασμόν, εἰσόδους, καὶ ἐξόδους: βάνει δὲ καὶ πολιτείας τῶν μοναχῶν ἱερωμένων: καὶ δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀναφέρει αὐτὰ τῷ ἀρχιερεῖ. ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς χρίσεις, εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ Οἰκονόμου. *Magnus Sacellarius obſervat & perſcrutatur virorum Monaſteria, circa omnia quæ ad illa ſpectant, jura, rationes, eorum cenſus, & expenſas inveſtigat, & penes ſe tenet. Vitam, Monachorumque mores perquirit: & bis ſingulis annis de his refert ad Patriarcham. Sedet inſuper in judiciis a dextris Oeconomi.* Adjungunt alia: προσφέρει καὶ τὸν μέλλοντα χειροτονεῖσθαι εἰς ἱερέα, συνοδεύοντος πλησίον τοῦ μεγάλου Οἰκονόμου. *Deducit denique ordinandum in Sacerdotem, & ſtat ad magni Oeconomi latus.* Non omnium porro & ubique ſitorum Monaſteriorum Præfecturam ſibi vindicat Sacellarius, ſed, ut ajunt Regia num. 1039. ὑπὸ κατὰ τὴν πόλιν, ὑπὸ περατικῶν, *eorum quæ in Regia urbe, nec non & trans portum in Sycena, ſive Galatenſi regione ſunt condita.*

7. Ἔχων ὑπηρόν) Allatiana vocant Χαρτυλάριον: ex quo percipe Χαρτυλάριον ſcribam inferiorem denotare.

8. Ὁ μέγας Σκευοφύλαξ.) Allatiana ὁ μέγας Σκευοφύλαξ σημειοῦται ὅταν λειτουργεῖ ὁ Ἀρχιερεὺς ἐμπροσθεν τοῦ σκευοφυλακίου: καὶ εἴ τι δ' ἂν χρειασθοῦν ἐκ τοῦ σκευοφυλακίου, αὐτὸς ἐκτοδίδωσι, ἤτοι σκεῦος, βιβλίον ἱερὸν, κηρὸς, ἢ ἁλλαγὰς ὑποκρατῶν καὶ τὸ σκευοφυλάκιον τῆς ἐπισκοπῆς, ἢ πᾶν σκεῦος τῆς ἐκκλησίας. ἔχων δὲ καὶ τὰς χηρευομένας ἐκκλησίας εἰς τὴν αὐτὴν ἐπίσκεψιν, ἐ τὰ ἱερὰ αὐτῶν πάντα. ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς χρίσεις φυλάττων ἢ τὰ δίκαια τῶν εἰσερχομένων εἰς τὴν ἐκκλησίαν ὑπὸ τῶν κληρικῶν μέχρι τοῦ διατάξαι αὐτὸς ταῦτα. *Magnus vaſorum cuſtos Pontifice celebrante, ad fores Sacriſtiæ ſtat, quodcumque fuerit opus, ſive vas, ſive ſacrum librum, cereos, aut ornamenta ex ea depromturus. Commiſſa eſt etiam illi Epiſcopatus Sacriſtia, & omne vas Eccleſiæ. Habet inſuper viduatas Epiſcopo Eccleſias ſuæ ſollicitudini commendatas, ſicut & ſacra quæque ad eas ſpectantia. Aſſidet præterea in judiciis, & jura, quoslibet cenſus Eccleſiæ obvenientes in Clericorum utilitatem aſſervat, donec inter ſe illos diſtribuant.* His adjunge. δὶς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀναφέρει τῷ Ἀρχιερεῖ: καὶ ἔστιν εἰς τὰς χρίσεις. *Bis in anno de his rationem Epiſcopo reddit, & ſedem habet in judiciis.* Brevius Regia, ὑπὲρ ἱερῶν καμηλίων τῶν φόρους ἔχει. *ſacrorum vaſorum curâ habet.*

9. Ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ.) Regia ὁ δὲ μέγας Χαρτοφύλαξ, οὐκ ἔστιν, ὡς τινές φασι, φύλαξ τοῦ Σκρίνιου καὶ θυρωρός. τοῦτο γὰρ ὑπὸ Ὁστιαρίου ἐστὶν ἀρχαῖον ἐπάγγελμα: ἀλλ' ἔστιν ἐπισκοπικῶν δικαίων (Δίκαιον.) φροντιστὴς καὶ οἰκονόμος ὑπὸ ἀνικόντων τῷ Πατριάρχῃ. *Certe magnus Chartophylax non eſt, ut quidam aſſerunt, Secreti ſive tribunalis Patriarchici cuſtos & janitor, (Oſtiariorum ſiquidem hoc eſt avitum munus) verum Epiſcopalium jurium adminiſtrator eſt, ac quaſi Vicarii generalis onus ſuſtinet in iis quæ ad Patriarcham ſpectant.* Alia ejus munia in Allatianis occurrunt: ὁ μέγας Χαρτοφύλαξ ὅταν λειτουργεῖ Ἀρχιερεὺς, ἵσταται πλησίον τῶν ἁγίων μυστηρίων. λέγει ὁ αὐτὸς Ἀρχιδιάκονος. προσέλθετε τῷ βασιλεῖ καὶ Θεῷ. ἔστι δὲ καὶ εἰς τὰς χρίσεις τὰς εἰσερχομένας ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἐκ προσώπου τοῦ Ἀρχιερέως διδόναι παρ' αὐτοῦ τὰς ἀποφάσεις πάσας. ἔχων δὲ καὶ τὰς ἱερολογίας τῶν μυστηρίων, ἱερολογῶν αὐτὰς, ἐ ἄλλος λαὸς τῷ ἱερεῖ τοῦ λαοῦ, τοῦ δέους, ἀλλ' ὁ αὐτός: ἔστι δὲ καὶ ἐν ταῖς χειροτονίαις τῶν Ἀρχιερέων προσφέρειν τὸν χειροτονούμενον Ἀρχιερέα. ἔχων δὲ αὐτὸς Χαρτοφύλαξ ἀναγράφει τὰς ὑπὲρ ἐπισκόπων ἀποφάσεις καὶ αὐτὰς τῷ Ἀρχιερεῖ ἀναφέρει. *Magnus Chartophylax, celebrante Pontifice, ſtat juxta ſancta dona. Archidiaconi quoque provinciam agens, dicit:* Ad Regem, & Deum accedite: *Adeſt vero etiam litibus in ſancta Eccleſia ortis, nomine Pontificis ſententiam daturus. Sacra inſuper regiſtra matrimoniorum penes ſe habet, quæ poſtquam in tabulas recenſuerit, ad talis Eccleſiæ presbyterum mittit, ut illis benedicat. Adeſt inſuper in Epiſcoporum conſecrationibus, conſecrandum Pontificem præſentaturus. Habet ſub ſe Chartularium, & Epiſcoporum ſententias recenſet, eaſque ad Patriarcham refert.* Adde ἐν τῇ ἁγίᾳ μυσταγωγίᾳ αὐτὸς λέγει ἱερεῖς προσέλθετε. ἔστι δὲ καὶ ἐκ προσώπου Ἀρχιερέως εἰς πᾶσαν κρίσιν δοῦναι τὰς ἀποφάσεις. *Sanctæ communionis tempore dicit:* Sacerdotes, accedite. *Patriarchę perſonam in omnibus ſententiam laturus ſuſtinet.* Hinc ejus Tribunal, de quo Juris Græc. p. 258. Epiſcopatus nomine decoratum a Balſamone in 9. Can. Trul. ἔστι δὲ τὸ μεγαλεῖον τοῦ Πατριαρχικοῦ θρόνου διάφορα μέρη Σκρίνια ἔχει ὑφ' ἑαυτό, καὶ ἰδικῶς δὲ ὡρίσθησαν τῷ Σκρίνῳ τοῦ Χαρτοφυλακείου τὰ ἐπισκοπικὰ δίκαια. καὶ κατὰ καιρὸν Χαρτοφύλαξ ἐνεργεῖ δίκαια κατὰ καιροὺς ἀγνώστους Πατριάρχῃ πάντα τὰ τούτῳ ἀνήκοντα, ὡς ἐπισκόπῳ. ἀφορίζει γάρ, διορθοῦται ψυχικὰ σφάλματα, διδάσκει καὶ ἱερεῖς ἐπιτρέπει χειροτονεῖσθαι, τὰ τῶν ἱερολογιῶν πινάκια ἐκτίθησι, καὶ ἄλλα τοιαῦτά τινα, καλῶς Ἐπισκοπεῖον κληθησόμενον τὸ Χαρτοφυλακεῖον. *Quondam vero Patriarchalis throni magnificentia habet quidem ſub ſe diverſa Secreta: Chartophylacii autem Secreto ſeorſim Epiſcopalia jura ſunt deputata, Charthophylax pro tempore, ſanctiſſimi Patriarchæ jura, ad eum videlicet ceu Epiſcopum ſpectantia requirit, & exercet. Etenim excommunicat, animæ delicta corrigit, Diaconos, & Sacerdotes permittit ordinari, conſecrationum tabulas & indices profert; & quædam hujuſmodi exequitur. Chartophylacium itaque rectiſſime vocabitur Epiſcopatus.* Hinc ejus adminiſtri Ἐπισκοπειακοὶ dicti Juris Græcorum fol. 171. & 172. De aliis ejus muniis & privilegiis videndus Balſamon Meditato de eo compoſito Juris ejuſdem.

Edit. Pariſ. pag. 11.

Digitized by Google

Græcorum lib. 7. acta & ſubſignationes ejus fol. 235. & 270. quos ſibi titulos vendicat ipſe Chartophylax perorans in actis 6. Synodi P. Franciſci Combefis diligentia propediem complendis eloquitur. ἐμαρτωλὸς ἐγὼ, ἐ πάντων ἐλάχιστος Ἀγάθων ἀνάξιος διάκονος, καὶ Χαρτοφύλαξ τ ἐνταῦθα ἁγιωτάτης τ Θ μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ τ ἱερῶν Πατριαρχικ Σκρέτ Πρωτονοτάριος, ἡ Καγκελλάριος δεύτερος. *Peccator ego, ac omnium minimus Agatho, indignus Diaconus, ac ſanctiſſimæ hujus magnæ Dei Eccleſiæ ſcriniis præfectus, venerabiliſq; Patriarchalis Secreti Protonotarius, ac ſecundus Cancellarius.* Unde vero Μεγάλου appellatio eidem acceſſerit refert Cantacuzenus lib. 2. c. 1. τὸν Χαρτοφύλακα ἐπεὶ μὴ ἐβούλετο ἀπὸ τ τ Χαρτοφύλακος ἀξίας εἰς ἑτέραν μείζονα μετενεχθῆναι, οὕτω φανῆ ἑτοίμως ἐντιμοτέραν, μέγαν Χαρτοφύλακα προσαγορεύσας: καὶ ἐκ τ ἐκείνου μέχρι δεῦρο τ Χαρτοφύλακι σώζεται τ, Μέγας. *Chartophylaci quia majores honores capere nolebat, munus effecit ſplendidius (Andronicus) Magnumque Chartophylacem nominavit; quod Epitheton Chartophylaci uſquequaque manet.* Legant hæc qui Græcorum miſeriæ lubentius ac facilius inſultaturi, priſtinæ eorum dignitati obtrectant, & vanæ imputant ambitioni, ut officiis & dignitatibus non parce, τὸ, Μέγας præponant: & ſæpe duo officia cæteroquin paria, aliter non diſtinguant, quam vocis τ μεγάλου appoſitione. An injuriæ vero factum? An non ordo clarior, ubi unus alium quadam eminentiæ præcedit nota? Si Oeconomus in Eccleſia Blachernenſi, ſi alius in Χρυσοστόμῳ, cur Eccleſiæ magnæ Oeconomus, ut iis dignior, vel ab eis dignoſcendus, μεγάλου nomen recuſet? Videntur, inquies, inanium titulorum crepitacula. Verum ſi apud te Impp. decreta Eccleſiaſticas dignitates titulis iſtis augentia, ſi nihil ipſius Eccleſiæ ſplendor, ſi ratio jam prolata nil obtineant, vide ne Latinam Eccleſiam paribus probris objicias, ac non abſimili ratione, tibi ſit ei facili ad obloquendum ore convitiandum.

10. Ὁ Σακελλίου.) Regia de Sacello Præpoſito, ac ejus appellatione. ὁ Σακελλίου ἐπὶ καθολικῶν ἐκκλησιῶν, καὶ ἐ μοναστηρίων τ τῆ διοικήσει ἔχει, σάκελλ γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ διοικεῖν ἐστι, ἐ φυλάσσειν. ἀπὸ τούτου μετωνόμασαι σακέλλιον ἡ τὴν κακουργῆς φυλάττουσα, καὶ τὸ σακκέλλιον. *Sacello Præpoſitus Catholicarum Eccleſiarum & emphyteuſium adminiſtrationem gerit. σάκελ enim Latinis adminiſtrare eſt, & cuſtodire: unde & cuſtodia improbos coarctans, σακέλλα dicitur, & σακκέλλιον.* Allatiana de eodem ὁ Σακελλίου ὅταν λατρεύῃ ὁ Ἀρχιερεύς, ἑστηκὼς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι, εἰς ὑπηρεσίαν τῷ Ἀρχιερεῖ. ἔχει δὲ ἐπισκόπειν ἐ γυναικῶν μοναστηρίων, ἐφορᾷ ἡ ἀναδεικνῦται αὐτὰ κατὰ τ τῶν ἁγίων κανόνων εἰκείβειαν. κρατεῖ δὲ φυλακῆς ἐ ἐκκλησίας, καὶ τ ἐν φυλακῇ ἐπεσταλμένως παρὰ τ Ἀρχιερέως κρατεῖ αὐτούς. *Sacello Præpoſitus, celebrante Pontifice, ſtat & ipſe in ſancto Tribunali ad Pontificis obſequium. Cæterum invigilat ſuper mulierum Monaſteria, cunctaque ſcrutatur, & obſervat, ordinatque de illis juxta SS. Canonum rigorem. Commiſſum etiam ſervat Eccleſiæ carcerem, & a Pontifice in illum miſſos, ipſe cuſtodit.* Elucidant hæc Simeonis Theſſalonicenſis verba. ὁ Σακελλίου ἔ ἀνὴρ οἷον κατὰ τὴν πόλιν διερευνᾷ ἐ ἔ ἐν αὐτοῖς ἐπιμέλεται διατάξεως: καὶ μᾶλλον ἐν τῷ ἁγιάσματι, ἡ τῷ βήματι: μή ποτε ἡ παρὰ τὸ δέον εἴη γινόμενον, ἡ τὰ ἱερὰ ἀμελεῖται. *Sacello Præpoſitus ſacra loca, id eſt Monaſteria, quæ ſunt in urbe CP. perſcrutatur, & nefandi ordinis ſemper in illis obſervandi curam habet, maxime circa altare & Tribunal ſacrum: ne præter decorum quidpiam fiat, vel res ſacræ negligenter tractentur.* Ex his τ Σακελλίου nominis duas rationes collige: primam, quod ut Sacellarius muliebrium Monaſteriorum, ita hic virilium bona cuſtodiat; alteram, quod Patriarchalem carcerem σακκέλλιον, σακέλλιον, vel σακέλλιον dictum, ſub ſua diſpoſitione teneat. Balſamon Medita. de Chartoph. & Protecd. lib. 7. Jur. Græc. ταυτόν ἐστι μετὰ φύλακα, Σακελλάριον, ἡ τὸν Σακελλίου. παρὰ γὰρ Ῥωμαίοις τὸ σακέλλιον παρὰ τὸ διοικεῖν, καὶ ἡ τ κακουργοὺς φυλάττουσα Πατριαρχικὴ σακέλλα, ἐντεῦθεν, καὶ οὐκ ἀλλόθεν μετωνόμασται, ὥσπερ δὲ καὶ τὸ σακκέλλιον. λέγεται γοῦν Σακελλάριος, ὁ τ μοναστηρίων διοικητὴς, καὶ ὁ Σακελλίου ὑποκοριστικῶς, ὁ τ καθολικῶν ἐκκλησιῶν φροντιστής. *Eadem eſt cuſtodis, Sacellarii, & Sacelli Præfecti ſignificatio. Sacellium enim apud Romanos ab adminiſtratione & cuſtodia dicitur. Sed & Sacella Patriarchalis, qua malefici coarctantur, non aliunde appellata eſt, ſicus & Sacculum. Sacellarius quidem dicitur Monaſteriorum Adminiſtrator, & Præfectus Sacelli diminutive, communium Eccleſiarum curator.* Nuſquam itaque τὸν Σακελλίου minorem Sacellarium affirmaveris, qui majores regit Eccleſias, nec Sacellarii poteſtati ſubjectus dignoſcitur, cui licet loco cedat (Monaſtica quippe Sacellario commiſſa, & alia quævis ad Monachos ſpectantia ſummo cultu proſequitur Orientalis Eccleſia) non veretur auctoritatem, & ambo ex æquo Patriarcham ſuis obſequiis colunt, & ei in jure dicundo aſſident.

11. Κρατεῖ τὰς καθολικὰς ἐκκλησίας.) Virorum Monaſteria, & in eis conſtructæ Eccleſiæ, viris tantum; mulierum mulieribus ſunt apertæ. Ea vero Eccleſia quæ viris & mulieribus, quales ſunt parœciæ, patet, καθολικὴ eſt. Auctor vitæ Nili junioris βάλε αὐτὰ ἐν τῇ καθολικῇ ἡ κώμῃ, *depone illa in urbis communi parœcia:* interpres poſuit *Cathedralem.* Verum non Cathedrales modo, ſed & parœciæ maxime Monaſteriis opponunt: Catholicas autem Eccleſias Monaſteriis opponit Balſamon jam jam lectus, quod hæc, Sacellii Præfecto; illas, (etſi minus nobiles) ceu Præfectum ſuperiorem nactas, Sacellario ſubjectas aſſerat: ſunt itaque Catholicæ Eccleſiæ eædem quæ Parœciales, cum pleræque hujuſmodi reperiantur in urbe CP. Cathedralis unica, magna nimirum Eccleſia. Catholicis & Monaſticis Eccleſiis adjungit Jus Græcor. fol. 255. οἴκους ἐκτεῖνες: Eccleſias nimirum non dedicatas, & vel in agris, vel in urbibus cunctis pervias, at parœciæ jure privatas: καὶ μοναστήρια οἷοι, καὶ ἐκκλησίαι καθολικαί, καὶ ἐκτεῖνες οἶκοι: *ſive Monaſteria, ſive communes & parœciales Eccleſiæ, ſive etiam oratoria tantum fuerint.* Adverte demum Auctorem Balſamoni ſocium, tam virorum quam mulierum Monaſteria Sacellario, communes vero Eccleſias CP. repertas Sacelli Præfecto regendas tribuere: Allatiana vero Sacellario, virilia; alteri, fœminea deputare: quæ quidem diverſa licet, potuere tamen alio & alio modo variis temporibus diſponi.

12. Καὶ τὸ σακέλλιον.) Vel ut ſcribit Balſamon σακέλλιον, *Patriarchalem carcerem*, in quo nimirum Clericos ſibi ſubjectos, ſi ſontes fuerint, Patriarcha coarctat.

13. Ὁ Πρωτέκδικος.) Allatiana. ὁ Πρωτέκδικος κρίνῃ μετὰ δώδεκα ἐκδίκων μικρὰς ὑποθέσεις τὰς εἰσερχομένας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ (ἐρωτᾷ) ἀναφέρει δὲ περὶ τούτας τῷ Ἀρχιερεῖ. *Defenſorum princeps cum duodecim aſſeſſoribus minoris momenti negotia ad Eccleſiam delata diſcutit, & deinde ad Pontificem refert.* Ejus tribunal ad S. Sophiæ vestibulum. εἰς τὸ προσκύνιον τ νεώ, ὁ Πρωτεκδικεῖον καλεῖται. Nicetas.

Τοὺς αἰχμαλώτους.) Quos nimirum ipſi Chriſtiani ſibi volunt ſervos facere. Blaſtares c. 33. τ Ε αἰχμή. οἱ τ βοηθείας δεόμενοι, εἴτοι ἀρχόντων, οἱ τῇ ἐκκλησίᾳ προσφεύγοντες, ἐπηρείας δωλεσῶν ἐκτρεπόμενοι, ἡ φαῦλ τι πεπαίτικότες, ἢ ὡς δουλείαν ἐλκόμενοι, καὶ ζητοῦντες ἐπικουρίαν, δι' ὃ, ἐ οἱ Ἔκδικοι γίνονται. *Quis Eccleſiaſticæ indigentes ſunt illi, qui potentiorum vexationes declinantes, aut in delictum aliquod lapſi, aut injuria in ſervitutem tracti, ad Eccleſiam confugiunt & ſubſidium implorant, quorum gratia Defenſores ſunt inſtituti.* De his Alexii Novella 11. Juris Græcor. lib. 2. Regia vero aliquoties citata ὁ Πρωτέκδικος ἔχει τ οἰκονομίαν τ Ἐκδίκων, καὶ τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τ ζητουμένων τὴν ἐκκλησιαστικὴν βοήθειαν, χάριν ἐλαθρεσίας, καὶ τ λοιπῶν πραγμάτων, ὅτε ἀντιποιεῖται, καὶ ἐκδικεῖν αὐτὸ τ ἐπιτρέπουσιν αὐτῷ. *Defenſorum ſupremus reliquos Defenſores ſub ſua diſpoſitione tenet, Eccleſiæq; opem imploxantes curat protegere, transfugas etiam quoſcunq; ſuſcipit & a calumniatoribus vel oppreſſoribus vindicat.*

14. Συνόδου.) Non omnium, vel ex cunctis provinciis Epiſcoporum quorumdam ſimul coactorum concio συνόδος eſt; conflant eam, ex more, Pontifices in urbem advenæ: ab ea tamen primi ſex Diaconi nequeunt abeſſe, ἕτοι καθίστανται ἐν τῇ δηλ ἡ ἱερᾷ συνόδῳ. Similibus in Synodis quæcumque lib. 3. & 4. Juris Græcor. legis, ſunt definita.

15. Ἡ δὲ πέντε πεντάς.) Quid eſt, quod quinarium titulus ſuperior, ſicut & hic promiſit, at non ita velut hic, quinque Officiales expoſuit? Reſpondeo, Protecdico quondam quinarii tertii primam ſedem obti-

Digitized by Google

nente, prout Allatiani catalogi declarant in Euchologio, primum quinarium plures Officialibus quinque non continuisse: eo vero postmodum superioribus annumerato, ne se dejectos quinarii secundi Officiales conquererentur, primo visum est illum aggregandum ἀλλαγῆ, dixit in præcedentibus Matthæus Jatrus, ἓ Πρωτέκδικος συναριθμεῖται τούτοις; Senarium componeret, nisi quinarii nomen vellent esse retentum. Rationem profert Joannes Citrius Resp. 8. Juris Græc. lib. 5. τὸ δὲ τὸ Πρωτεκδίκου ὀφφίκιον ἐν τοῖς ὑποβοβηκόσιν ὂν ἐκάθητο, ὕστερον ἐν τοῖς ὑπερέχουσι συνετάγη παρὰ τῆς τῆς μακαρίας λήξεως Πατριάρχου ΚΠ. Γεωργίου τοῦ Ξιφιλίνου. *Protecdici Officium cum primis temporibus ex inferiorum numero foret, sequentibus deinde inter superiora locum reperit, jussu beati exitus Patriarchæ CP. Georgii Xiphilini.* Promotionis origo fuit lucrum ex hujusmodi ortum officio, quod nullus nisi invitus deserebat, ut, volente Patriarcha, superiorem locum teneret; vel ambitus honor suggessit evectionem, ne qui Officio diteſcebat, semper in humili sede jaceret. Vide Balsamonem in Can. 34. Carthagin.

16. Ὁ Πρωτονοτάριος.) Explicant ejus Officium Allatiana. ὁ Πρωτονοτάριος ἱστάμενος ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι εἰς ὑπηρεσίαν τοῦ Ἀρχιερέως, καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς ὑψώσεως δίδοται νίπτηρ τῷ Ἀρχιερεῖ, κρατῶν καὶ τὸ δικήριον. γράφει δὲ ὅτι ἂν βούληται ὁ ἀρχιερεὺς μυήματα εἰς πάντα ἄρχοντα, ἀναθεωρεῖ δὲ καὶ τὰς νομικὰς δίκας τοῦ ἐνιαυτοῦ; σκεπάσματος δὲ καὶ συνάφειας, φράσεως, καὶ δίκας, καὶ ἀληθείας. καὶ ἀναφέρει τὰς ὑστερουμένας ὑποθέσεις τῷ Ἀρχιερεῖ. *Protonotarius stat in sancto Tribunali ad Pontificis obsequium, & elevationis hostiæ tempore instante, dat Pontifici ut manus lavet, & cereum ejus bisulcum tenet. Scribit & idem ipse, singulis proceribus & principibus a Pontifice mandanda: Jureconsultos pariter visitat bis in anno: & quæcumque pacta, venditiones, testamenta, & servorum manumissiones inquirit: & difficultates inde subortas ad Pontificem refert.*

17. Θύρα τῶν Ἐξωκατακοίλων.) Eo quod Officium adeptus inter omnium supremos, & ἐξω τῶν κατακοίλων *extra numerum inferiorum* incipiat numerari. Protecdico vero nondum evecto superius, erat adhuc Protonotarius θύρα τῶν ἐξ κατακοίλων janua ad numerum sex illorum Patriarchæ inferiorum attingendum. At de Exocatacœlis uberius alibi loquemur. Est & Catalogus in Eucholo. Protecdicum, Exocatacœlorum Protonotario rejecto, recensens ultimum: verum orta inter eos lite, pacem, quam citius, pro libito, Patriarcha conciliabit.

18. Πιττάκια.) Moschopulus πιττύκια Dorice pronuntiat, & *membranas* sive pelliceam chartam, sive pergamenum significat: in eodem sensu audies vulgus Græcorum λιμπρωὸν dicere: nonnumquam tamen *diploma*, *tabulas*, *breve*, *codicillos* refert; tumque materiam ne contempleris, sed in scriptis lectisque tibi sistendum

19. Ὁ Λογοθέτης.) Hæc de illo Allatiana. ὁ Λογοθέτης ὑπαρχόντων τῶν βιβλίων τοῦ ἀρχιερέως, καὶ ἅ τι ἂν γράφει ὁ ἀρχιερεύς, σφραγίζεται παρ' αὐτοῦ. ὁμοίως καὶ εἰς πᾶσαν ἔκδοσιν τῆς ἐπισκοπῆς. ἔστι δὲ ἓ εἰς τὰς κρίσεις. *Pontificis sigillum servat Logotheta, & quod scripserit Pontifex, ab eo sigillo munitur. Omni pariter Pontificis censuum rationabili libro sigillum apponit: & sedet in judiciis.* Præterea κρατῶν καὶ τὸν δίσκον μετὰ τοῦ ἁγίου ἀντιδώρου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, διδομένου τοῦ κατακλεῖσον παρὰ τοῦ Ἀρχιερέως. *Tenet & discum cum pane benedicto in Ecclesia, quotiescumque ejus fragmenta a Pontifice distribuuntur.* Quale Patriarchæ sigillum, & qualis fuerit ejus subscriptio, hæc loca, ἐκ τῶν σημειώσεων ἓ σιγιλίων, *ex publicis instrumentis & brevibus sigillatis* demonstrant Juris Græcor. pag. 236. εἰς ἔδησιν, ἐχέ τό, Μηνὶ Ἰουνίῳ ἐπινεμήσεως πέμπτης, ἀπὸ τῆς Πατριαρχικῆς καὶ θείας χειρός, καὶ τῷ συνήθει μολιβδίνῳ βούλλᾳ. *Patentes litteræ habebant. Mense Julio, Indictionis 8. per Patriarchalem sacramque manum, & solitam plumbeam bullam* pag. 256. ἐν ὑπομνήμασιν ἐκτεθέντα, τῇ συνήθει δὲ μολιβδῇ σφραγίδι ἐβεβαιώθη, ἓ ἐτέθη, μηνὶ Ἰανουαρίῳ, ἐπινεμήσεως ια'. ἔτους ϛφλϛ'. *Monumentis illata, consueto sigillo plumbeo corroborata sunt, & data mense Januario. Ind. 11. anni* 6536. Annum porro non apponebat Patriarcha: hic ceu exemplo tantum adjungitur. Et pag. 259. τῇ δὲ μολιβδῇ σφραγίδι ἐπισφίγη καὶ ἐτέθη μηνὶ Νοεμβρίῳ ἐπινεμήσεως ια'. ἔτους ϛφλϛ'. *Sigillo plumbeo munita sunt & corroborata, dataque mense Nov. Ind. 11. an.* 6536. Est insuper alius Cantacuzeni de sua coronatione loquentis insignis locus. lib. 3. c. 36. Πατριάρχης δὲ ἐπεὶ τῷ ἀξίαν ἀμείβειν οὐκ ἐνῆν, εἰς σεμνόν τινα περιέστησε τὸ χῆμα. καὶ ἐν τοῖς ὑπογραφαῖς ὑπεραίῳ χρώματι ἐχρῆτο. *Patriarcha quia gradum permutare non poterat, habitu se augustiorem fecit: & in subscriptionibus colore inter cæruleum & viridem medio usus est:* Cæsarum videlicet more. Gradus enim hic est inter colores, ut primus sit purpureus, tum ruber sive flammeus, tertius violaceus, quartus cæruleus, deinde subviridis sive cæsius, sequitur viridis purus, qui pra- *Edit. Paris.* sinus, quem excipit citrinus, &c. de quibus cap. 3. *pag.* 13.

20. Ἀρχοντικὴς ὑποθέσεις.) Optime interpres τοὺς ἀρχοντικοὺς ad ordinem Ecclesiasticum pertinere æstimat: quo gradu vero non apposuit. Sunt igitur ἀρχοντικοὶ, qui habentes ὀφφίκια ἀρχοντικὰ Ecclesiæ CP. Clerici: quos Ius Græcor. pag. 215. & 269. vocat διατητικοὺς ἄρχοντας, eo quod Patriarchæ obsequio mancipati, (is enim διατότης est) procerum Ecclesiæ supremum attingant gradum. ὑπόθεσις porro, non rationem, sed *negotium* indicat. Simon Portius. ὑπόθεσις, ὕλη, ὑποκείμενον, *suppositio*, *materia*.

21. Ὁ Καυσησίων.) Καυσλησίου quoque, nec non Καυσίσιος & Καυσλισίου scriptum reperies, ac pro variis Græcis characteribus, Latinis quoque varie redditum. Sensus requiratur, ubi vix juvat character. Καυσίσιον ἀπὸ τοῦ καυσία dictum video: κάυσιον vero panis benedicti *lamem*; vel potius thuris *arculam*, vel denique *canistrum* recipiendis Patriarchæ vestibus idoneum interpretor: καυσία enim idem quod τινάκιον vasculum apud Nicetam, pro variis lectionibus. Allatiana de Canistrensio, ὁ Καυσλησίου ἀλλάσσων τῷ Ἀρχιερεῖ τὰ αὐτοῦ (αὐτῷ) σολλία, κρατεῖ δὲ ἓ θυμιατὴ ἐν τῇ λειτουργίᾳ, ἓ ἡ Αἵρα ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρί. ῥαντίζων καὶ τὸ ὕδωρ ἡ λαὸν ἐν τῇ τελετικῇ ὕμνῳ. κρατεῖ ἢ καὶ τὸ κιβώτιον ἓ ἀρωμάτων. καθεζόμενος καὶ εἰς τὰς κρίσεις. *Canistrensius Pontifici in sumendis ornamentis subservit: tenetque in missa thuribulum, & velum calicis & disci, dictum Aerem, manu sua dextra. Populum etiam aqua benedicta respergit in Hymno laudi sanctissimæ Trinitatis concinendæ composito. Præterea thuris & aromatum thecam gerit: & in judiciis exercendis sedem obtinet.*

22. Ὁ Ῥαφερενδάριος.) Svidas. Ῥεφερενδάριος Ῥωμαϊκόν ἐξώνυμόν ἐστιν, ἤγουν ἀναφορεύς. *Referendarius, Romanorum dignitas est, ejus nempe qui mandata, mandatisque responsa refert.* Nicetas in Alexio 2. ἓ Πατριάρχα στείλαντος εἰς τὸν δεσπότην ἓ ἑαυτὸ ὑπηρέτων, ὃς ἐκ ἓ προβάσεως εἰς τὰ ἀρχεῖα, καὶ ἀποροῦντα τοῖς βασιλεῦσι τὰ βουλητέα, καὶ τὰς ἀποκρίσεις, ἐκεῖθεν αὖθις μεταφέρειν Παλατῖνος ἀνόμασαν. *Patriarcha ministro ad Imperatricem misso, qui quod Palatium ingredi, & Imper. adire, & nuncios ultro citroque ferre solet, dictus Palatinus est.* Allatiana. ὁ Ῥεφερενδάριος ἀποστελλόμενος εἰς μεγάλας ἀνθρώπους, μηνύματα παρὰ τοῦ Ἀρχιερέως ἐγγράφως καὶ ἀγράφως φέρει. καθεζόμενος καὶ εἰς τὰς κρίσ-

ves. *Referendarius ad magnates sive scripto, sive viva voce, mandata latarus, a Pontifice mittitur, & inter judices Ec clesiasticos locum possidet.*

23. Ο Τπομνηματογράφων.) Eadem. ὁ Τπομνηματογράφος καθεζόμενος εἰς ἅπαντας ἐπισκόπους, καὶ γράφει, εἴ τι ἂν αὐτὸς ἐξίσωσιν ἀλλαχοῦ. *Memorialium scriba in Pontificum electionibus assidet: & quicquid eum jusserint, fideliter scribit.* Joannes Citri Episcopus in Respo. Juris Græcor. lib. 5. τοῦτος μὲν τοι ὁ Χαρτοφύλακος, ἢ ἀπόντος, αὐτ' ἐκείνου τῷ ὑπομνηματογράφῳ ἀνίτασθαι ἐκδοσις καὶ ἀναγνῶσις τῆς τοῦ Χαρτοφυλακικοῦ Σπηρίτου ὑπομνηματισμῶν. *Ægrotante vero Chartophylace, aut absente, promulgatio & lectio regestorum Secreti Chartophylacici Memorialium scribæ permissa est*: ex quo ejus munus Chartophylacis officio videtur conjunctum, & operas etiam habere connexas.

24. Ο Ιερομνήμων.) Allatiana rursus: ὁ Ιερομνήμων κρατῶν ἐν τῇ παραδόσει αὐτοῦ τὸ καθίκιον ἐκκλησίας βυλλωθὲν παρὰ τοῦ Κληρικῶν, καὶ τὸ Αρχιερέως ἐμβαλόντιον. καὶ εἰ μὲν ἐκ ἔστι ἐπίσκοπος μέλλων ἐγκαινίζειν ἐκκλησίαν νέαν. ὑφαρπάζει δὲ ἀναγνώσας. *Sacer Suggestor (quemcumque) librum Ecclesiæ Clericorum sigillo notatum, quæ curæ demandatum servat. Marsupium vel breve Pontificis tenet: & si desit Episcopus novam Ecclesiam dedicat: & crucis signo Lectores instituit.* Hunc Græci volunt esse Diaconum, cum subserviat Pontifici; cui Diaconi ex officio debent ministrare. Vide Citrium apte & erudite de hoc differentem loco superiori nota citato.

25. Εἰς τὸ βλέπειν τὰς δυνάμεις) Qua de causa τὸν καθίκιον τῆς ἐκκλησίας penes se tenet, Patriarchicum videlicet cerimoniale, vel Euchologium, orationum promptuarium, ut quæ sunt agenda dicendave suggerat.

26. Ενδρονισμόν.) Reliquiæ sub altari reconditæ in Ecclesiæ consecratione ἐνδρονίζονται, teste Euchologio in eodem officio. Ipse Episcopus consecratione peracta sedens cum Presbyteris ἐν ὀλωδρόνῳ *in throno ultare circumambiente*, rursus ἐνδρονίζεται, vel ἐνδρονιάζεται. Idem demum ad præsulatum primum evectus, concessamque sedem recenter occupans, verius ἐνδρονιάζεται: Unde Cedrenus in Constantio, τὸν μὲν, inquit, Παῦλον ἐκάθιζεν, τὸν δὲ Μακεδόνιον ἐνδρονιάζει. *Paulum quidem in vestibulum egit: Macedonium autem in sede locat.* Lego quam dilucide Juris Græcor. pag. 431 ἐνδρονισμὸν pro *Spertula*, quæ pendebatur ab Episcopo pauperioribus Clericis, quum in solium collocaretur: satius tamen asseram, vel literas Ecclesiæ consecratę, vel similes ipsius Episcopi consecrati testes, vel denique ipsum ordinandi Episcopi, ac in solium collocandi ritum esse ἐνδρονισμόν. Ea de causa observo Hieromnemonem adhuc tenere, prout subditur.

27. Τὸ κοντάκιον χειροτονίας) *Ordinationum omnium ordinem, ac earum rituales librum*, illum enim κοντάκιον hic manifestat: quamvis alibi *librum* Missalem vulgo indicet; vel etiam brevem modulum inter officia divina decantandum, de quo nos abunde in Euchologicis.

28. Ο ὑπὸ γονάτων) ὑπογόνατον ornamentum est Ecclesiasticum, plusquam palmare, & quadrum, ex angulo & fune serico zonæ appensum, ac genu sinistrum, unde illi nomen datum, obumbrans, ut Ecclesiæ sponsum gladio super femur accinctum & armatum adumbret: ejusque soli Pontifices, ac præcipua dignitate præclari, nacti sunt usum: & ab eo, qui Pontificum zonis affigit ministeri ὁ ὑπὸ vel ut alii ὑπὸ τὰ γονάτων appellationem hic accipit: de quo Allatiana. ὁ ὑπὸ γονάτων ὅταν ἀλλάσσωσι τὸν Αρχιερέα φορεῖ αὐτῷ τὸ ὑπογονάτιον. κρατῶν δὲ καὶ ἐν λειτουργίᾳ διδόμενον παρ' αὐτοῦ τῷ ἁγίῳ ἄρτῳ τῷ λαῷ *A genibus, Pontifice sacras vestes assumente, subgenuale ad ejus latus appendit. Discum etiam portat cum a Pontifice sanctus panis in missa populo distribuitur.*

29. Ενδυτάριον.) Alias ὑποδυτάριον.

30. Ο ἐπὶ τῆς δεήσεως.) Deest in Allatianis hoc Officium, ut & sequens, Accensi Ecclesiastici silentium, quietem, & ordinem, Secretis, hoc est Pontificiis tribunalibus, indicentis.

31. Ο ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως.) Si, ut consentit Allatius, idem qui ἐπὶ δεήσεως fuerit, de illo hæc ejus MM. SS. ὁ ἐπὶ δεήσεως ἵστατο, καὶ δείκνυσι τοὺς ἄρχοντας, καὶ τάσσει αὐτοὺς κατὰ τὴν τάξιν. μέλλων δὲ ἢ νὰ καθίσουν. (ἵνα καθίσωσι.) *Cærimoniarum Præfectus præsto est, ut præcipuos & insignes viros suscipiat, & juxta gradum meritumque collocet: maxime vero ut sedeant.* Addunt alia. νὰ ὁρίζουν, ἵνα φιλονεικοῦν, καὶ νὰ πλύνουσι τοὺς καν-δήλας (ἢ προστάττουν ἵνα φιλονεικῶσι, ἢ ἵνα πλύνωσι, &c.) *invigilat ut curam habeant scopis tersum esse templum, & lampades jugiter esse mundas.* Verum nominum omisso discrimine, dicendum manifesto, περὶ τοῦ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως: de quo non Allatiana MM. SS. sed Allatii ipsius manus, ubi de recentiorum Græcorum templis. Ne ministri, qui ut plurimum juvenes sunt, ad ludendum prompti, inepcias agant, & risum excitent, Præfectus illis ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, *Præfectus sacro consistorio*, in Jure Græcoromano, & Gretsero, *Præfectus sacræ stationi*, quam recte, ipsi viderint. Ego verterem, *moderandis moribus*, vel *dirigendis ritibus sacris ac constitutionibus*, ex recentioris linguæ Græcæ proprietate. In ea siquidem κατάστασις non est *statio*, sed ipsa hominis conditio, ritus, ordo, constitutio, & mores: hinc hominem dicunt ἀκατάστατον, non qui non stat, sed qui improbis, insulsisque moribus est. Sic cum vident aliquem nulla discretione præditum, quasi admiratione ducti, τί κατάστασιν, quod alii σύστασιν. Neque aliud nobis innuit quod apud Cyrillum Scythopolitanum in vita S. Sabæ legitur, ἔχων μετ' αὐτοῦ δευτερεύοντα τῆς τοποθετικῆς κατασάσεως φροντιδῶν. *Habebat secum Præfecti vices gerentem cui cœnobitici ordinis servandi cura commissa est.* Et infra ἀναγκάζεται δὲ ἡ ἀκαταστασία εἰπεῖν ὀρατικοὺς τοὺς ἐξώντας. *Sexaginta fratrum seditiosorum tumultum cogitur exponere.* Et rursum. τὸ βασιλέως Ανασασίου σφάλμα ἀγνοήσαντος, καὶ πᾶσαν ἢ καθ' Παλαιστίνην ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν ἀνατρέψαι, καὶ συγχέειν πανομίαν. *Imp. Anastasio gravius succensente, & omnem per Palæstinam Ecclesiasticum ordinem invertere, & confundere satagente.* Et τὰ ἢ ἔνσον καὶ εἰρηνικὸν τῶν ἐκκλησιῶν συγχέοντος, καὶ ταραχῆς, καὶ ἀκαταστασίας τὰ πάντα πανοικοῦντος. *Ea pacem & quietem Ecclesiarum pervertere molienti, & tumultu, seditionibusque cuncta implenti.* Et Hypotyposis Studii. ὑποτύπωσις σὺν Θεῷ καταστάσεως τῆς μονῆς ἢ Στουδίου. *Formatus ritus & ordinis, duce Deo, servandi in Studiorum Monasterio.* δ'ταξίαν porro non tantum bonus ordo est, sed mores compositi, rectæque constituti, quemadmodum oppositum ἀταξία, male morigeratos notat. Propterea ut juventutis impetus compescerent, & immoderatos juvenum mores frenarent, ac turbis rixisque modum ponerent, ἢ ἐπὶ ἢ ἱερᾶς καταστάσεως, in Bemate, (ad sacri altaris latus) constituerunt, qui juvenes frequieres, & faciles, sua authoritate sedatos, ab injuriis, & contentionibus, & indecoris actibus ad bonam frugem reduceret. Non placet? Sit ille *in rebus sacris dirigendis Præfectus*, id namque illi incumbebat, ut ex præscripto, & sanctorum Patrum sanctis res divina perageretur, caveretque, ne quis extra præscriptos limites pedem efferret. Hæc ille. Placet præ secunda prior expositio: ut enim prior ἐπὶ ἢ Σκρίτων in judiciis ordinem & quietem; ita hic in sacro Tribunali morum compositionem indicit: nec ἐπὶ ἢ Σκρίτων leges ponit, nec hic Patrum sancita, nisi ad modestiam spectent observanda proponit. Regia superius allata. ὁ ἐπὶ ἢ ἱερᾶς καταστάσεως εἰς τὸ τοιοῦτο δ'ταξίαν.

32. Ο Τπομνηματικὸς.) Allatiana ὁ Τπομνηματικὸς δεχόμενος τὰς ὑπομνήσεις παρὰ ὑπομνημάτων ἢ ἐρχομένων ἐν τῷ κριτηρίῳ, καὶ ἀναφέρει τῷ Αρχιερεῖ ἢ τοῖς κληρικοῖς. *A memoria suscipit commendationes memorialium ad justitiæ tribunal accedentium: & præsentat eas Pontifici & Clero.* ὑπομνήματα non possum *Commentaria* exponere, cum Regia scribant ὁ ὑπομνηματογράφος εἰς τὸ ὑπογράφειν τὰ ὑπομνήματα. Commentaria, relictis memorialibus, non sunt hic conjicienda.

33. Ο Διδάσκαλος τοῦ εὐαγγελίου.) Hujus & sequentium sacrorum oratorum munera, ad unius officium revocant Allatiana. ὁ Διδάσκαλος ἐρμηνεύει τὸ εὐαγγέλιον, ὅταν λειτουργεῖ ὁ Αρχιερεὺς ἢ εἰ δυνατὸν ἐστι, καὶ τὸ Ψαλτήριον. *Doctor sacra faciente Pontifice, Evangelium exponit: & si fieri potest etiam Psalterium.* Hinc perspicis cur SS. PP.

Digitized by Google

quædam homiliæ in Evangelia, aliæ in Psalmos, in Apostolum nonnullæ &c. Adverto τὸ Ἀποστόλου quandoque Διδασκαλικοὺς expositores plures simul repertos, quorum antesignanus Πρωτοαποστολαρίου nomen habuit.

34. Ὁ Ἀρχων τῆς μοναστηρίων.) Vide dicta numero 3. in textu, & nota 7.

35. Ὁ Ἀρχων τῆς ἐκκλησιῶν, (Καθολικῶν intellige, de quibus nota 11. Allatiana. γράφει τὰ Ἀντιμήνσια ἔτε Σταυροπήγια. *Altaria portatilia signat, & literas quibus cruce data à Diœcesanis exemptiones conferuntur Monasteriis.* De his Euchologium fusè. Idem ceu parœciis Præfectus. κρατεῖ ἐν τῇ φυλάξει αὐτὸ τὸ μῦρον. *Sacrum unguentum*, in confirmatione adhibendum a privatis Sacerdotibus, ceu consuetis apud Græcos ejus sacramenti ministris, *suæ custodiæ commissum tenet.*

36. Ὁ Ἀρχων τοῦ Ἀγγελικοῦ.) Consule si laborem meretur, Euchologium nostrum fol. 770. & 811. περὶ λιτῆς, & Evangelio in ea legendo.

37. Ὁ Ἀρχων τῶν φώτων.) Hoc Officium in quatuor videntur Allatiana dispertiri, hoc pacto. ὁ Κατηχητὴς κατηχίζει πάντας τοὺς εἰσερχομένους εἰς τὴν ἐκτὸς ὄντων εἰς τὴν ὀρθόδοξον πίστιν: (εἰς) ἵνα τὸ ἅγιον βάπτισμα δέξωνται. *Catechista erudit omnes ex alienis sectis ad bene sentientem de fide Ecclesiam accedentes, ut sanctum baptisma suscipiant.*

Ὁ Περιοδευτὴς περιοδεύει, καὶ παιδεύομένους τοὺς θέλοντας βαπτισθῆναι τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει. *Circumcursator circumambulat, & in orthodoxa fide baptizari cupientes instruit.*

Ὁ Βαπτιστὴς ἵσταται ἐν τῇ ἁγίᾳ κολυμβήθρᾳ: καὶ ὁ ἱερεὺς λέγει τὰς εὐχάς. ὁ δὲ Ἀρχιερεὺς σκιαγραφεῖ τὸ ὕδωρ: ὁ δὲ Βαπτιστὴς βαπτίζει τὸν μέλλοντα βαπτισθῆναι. *Immersor stat in sancta piscina: & Sacerdos dicit orationes: Pontifex autem aquam cruce signat: Immersor tandem baptizandum sacramento perficit.*

Ὁ Μυροδότης ἵνα ὑποχρεωθῇ τὸ ἅγιον μῦρον: καὶ ὅπου τὸ ὁρίζει ὁ Ἀρχιερεὺς τὸ δοῦναι μῦρον. *Unguenti distributor institutus est, ut sanctum unguentum asservet: & ubi præceperit Patriarcha, proferat.*

38. Ὁ Ἀρχων Ἀντιμισίων.) Chartophylax, ut supra visum est, ad Ecclesiasticam; hic ad Laicam communionem invitat.

39. Ἀντιμισίων.) Antimensia quasi *mensæ sacræ vice* assumpta, sunt Græcorum altaria portatilia: lintea nimirum sacris reliquiis ditata, unguento quoque sacro delibuta, ac Pontificis benedictione ad missam in iis celebrandam dedicata: ut eorum usus est in communione, qui hujus curam suscipit, illis præfici asseritur.

40. Ὁ πρῶτος Θυμέλικος.) Huic aliud munus adjungunt Allatiana. οἱ Ὀστάριοι βαστάζουσι (βαστάζει) τὸν ῥάβδον τοῦ Ἀρχιερέως. *Ostiarii baculum Pontifici præferunt.* Cubicularii onus esse asserunt alia. ὁ Κυβικλάριος ἵνα βαστάζῃ τὸ δικανίκιον τοῦ Ἀρχιερέως ὅταν περιπατῇ. *Cubicularius, ut baculum pastoralem Pontificis, cum procedit gestet.*

41. Τὸ μονάμπυλον.) Patriarchæ, sicut & Imperatori, præfertur ignis in Ecclesia, fax nimirum accensa hastæ quam ornatæ affixa. Vocatur illa μονάμπυλον, ἀπὸ τὸ μόνῳ ἄπτειν, *quod sola luceat*: aliud ejus nomen est λαμφὸν, *splendor*: Imperatori reservatur διβάμπυλον. De utroque fusius cap. 13. in Notis. Consule Balsamonis Meditatum de Patriarcharum privilegiis Juris Græcor. lib. 7. Porro secundum hunc Ostiarium proprio nomine vocant Allatiana Περιπερχόμενον: ὁ Περιπερχόμενος, inquiunt, ἵνα φέρῃ λαμπρὸν εἰς τὴν ἐκκλησίαν. *Introductus est ut ignem in Ecclesiam deferat.*

42. Ὁ Πρωτοπαπᾶς.) Clarius Allatiana. ὁ Πρωτοπαπᾶς ἵσταται ἐπάνω τῆς ὀφφικίων τῶν δ' ἀνώμων χορῶν, ὅταν λειτουργῇ ὁ ἀρχιερεὺς μετὰ δεξιῶν αὐτὸς τῶν ἁγίων μετάλημψιν τῷ Ἀρχιερεῖ, ὁμοίως καὶ Ἀρχιερεὺς τῷ Πρωτοπαπᾷ. ἔχων δὲ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ φωτεῖα πάντα. *Archipresbyter, in sinistri Chori Officiis, Pontifice celebrante, jus obtinet. Distribuit ipse Patriarchæ sanctam Communionem: & Patriarcha pariter Archipresbytero: & partes primas in Ecclesia assequitur.* Ut πάντας Sacerdotem indicet vide Euchologica.

43. Ὁ Δευτερεύων τῆς ἱερέων.) Eadem Allatiana. ὁ Δευτερεύων λειτουργεῖ καὶ αὐτὸς μετὰ τὸν Ἀρχιερέως. ὅταν λείπει ὁ Πρωτοπαπᾶς ἔχει ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰ φωτεῖα πάντα. *Sacerdotum secundus celebrat quoque cum Pontifice* (hoc est Patriarcha, cum quo alias soli Episcopi celebrant, ut cum Episcopis Sacerdotes) *& absente Archipresbytero, primum in omnibus locum adipiscitur.*

Ὁ Δευτερεύων τῆς διακόνων.) Quid hoc rei est, ut hic Diaconorum secundus scribatur, ac insimul πρῶτος τῆς κοινῶν διακόνων asseratur? Paucis hic plura evolvenda, quo proposita difficultas lucem accipiat. Temporibus ultimis Diaconi tantum ad ἀρχοντίκια ὀφφίκια, *nobiliora Officia* sunt admissi, qui prioribus Sacerdotes permixtim & Diaconi esse poterant, Oeconomus, Sacellarius, Scevophylax, & reliqui quindecim tribus primis Officiorum pentadibus comprehensi: hi, τῆς ἐκκλησίας, καὶ Πατριαρχικοὶ ἄρχοντες, δεσποτικοὶ ἄρχοντες., ἀρχοντίκια ὀφφίκια, ἀρχοντίκια μεγάλα, διακονικὰ ἀξιώματα, (κατ' ἐξοχὴν) κληρικάτα nuncupantur: Iidem vero ut Ecclesiæ altarisve proceres Patriarchæ assident in judiciis, eidemque celebranti assistunt, at laboriosas illas operas non præstant, quas Archidiacono voluere reservatas, ceu operoso altaris ministro. Qua de causa totus ministeriis intentus Archidiaconus ὀφφικιόν ἐστι μόνον ut præmisimus nota hujus capitis 1. nec est ἀρχοντίκιον, nec inter proceres Diaconos numeratur. Diaconorum tamen, quatenus ministerium aliquod implent, caput est & princeps, eisdem quantumvis proceribus, in Diaconicis ministeriis, præficitur. Hujus sententiæ auctor mihi est Joannes Citri Episcopus Juris Græcor. lib. 5. Postquam enim quæsivit, τὸ Ἀρχιδιακονικὸν ὀφφίκιον τοίας ἐστὶ τάξεως, ἢ ποίου βαθμοῦ, καὶ εἰ φορίσεται τῆς ὅλων διακόνων, ὡς Ἀρχιδιάκονος, ἢ ἐν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀρχόντων; καὶ εἰ φορτιμᾶται πάντων ἐν τῇ μεταλήψει τῶν θείων μυστηρίων; *Archidiaconicum Officium cujus est ordinis, & cujus gradus? Et an præest omnibus Diaconis, & Ecclesiasticis proceribus, ut Archidiaconi gerit Officium? Et an præficitur cunctis in divinorum mysteriorum sumptione.* Respondet Citrius τὸ Ἀρχιδιακονικὸν ὀφφίκιον, οὐκ ἔστιν ἀρχοντίκιον, οὐδὲ ἐκ φιλοτιμίας ἀρχιερατικῆς, ὥσπερ τὰ ἀρχοντίκια: περιφορᾶς δὲ πολλῶν ἡλίων συμπέρασμα, δηλονότι συμπέρασμα ὁ Ἀρχιδιάκονος ἔχει, καὶ ὑπεροχὴν ἐπὶ πάντων τῶν διακόνων ὄντων ἀρχοντικίων ἐπιτελουσῶν ταπείνωσιν, εἴτε ἐν μὴ ἐν τῷ βήματι, εἴτε ἐν τῇ μεταλήψει τῶν ἁγίων μυστηρίων. *Archidiaconicum Officium non est magistratus, nec ad Pontificalem sublimitatem indicandam, quod nobiliora præstant Officia & magistratus, adinventum: sed est circumvolutionis multorum solium terminus:* hoc est ministeriorum a Diaconis magistratibus obeundorum compendium.) *Ideoque, ut temporis & propter laboris præmium Archidiaconus habet inter omnes Diaconos prærogativam, sive illi sint magistratibus exornati, sive non, ut tam in templo & sancto altari, quam in sacrorum mysteriorum perceptione, cunctos præcedat.* Uno verbo, supergreditur Diaconos proceres, ex ministerio, non dignitate, aliamque classem solus componit; eumque sequitur vices ejus gerens ὁ δευτερεύων τῆς διακόνων, *ab Archidiacono secundus*, qui tertiæ classis communium Diaconorum primus, dux, & caput censetur; & ob allatas rationes, λέγεται δευτερεύων, ait Citrius idem superiore Responso, οὐχ ὅτι δευτερεύει ἐν τῇ τάξει τῆς διακόνων: *dicitur Secundarius, non quod in ordine Diaconorum sit secundus.* Instas nihilominus, & sollicitus rationem quæris, cur ex Officiis Archidiaconi nomen sit expunctum? Aptius illi reddent qui Palatinis Archidiaconum accensuerunt. Vide postremas notas cap. 2.

Edit. Paris. pag. 15.

45. Ὁ Πρωτοψάλτης.) Allatiana. ὁ Πρωτοψάλτης ἵσταται μέσον τῶν δύο χορῶν, δεξιᾶ τε, καὶ ἀριστερά· ἀρχεται δὲ καὶ τῆς ἀναρχίας τῆς ψαλμῳδίας μετὰ δὲ ταῦτα καὶ Ψάλται ὅλοι: addunt alia, οἱ Δομέστικοι καὶ οἱ Πρωτικήριοι φορεῖ δὲ καὶ σφικτούριον. *Primus Cantor inter duos Choros, dextrum & sinistrum stat medius. Exordium vero psalmodiæ ipse aggreditur: quem sequuntur Cantores cuncti, Domestici & Primicerii: defert autem unicam brevem & strictam.*

46. Οἱ δύο Δομέστικοι.) Domesticum dicemus aliquando Præpositum significare. De istis duobus utriusque Chori ducibus Allatiana. οἱ δύο Δομέστικοι ἵστανται ἐν τοῖς δύο χοροῖς μετὰ τοῦ Πρωτοψάλτου καὶ ψάλλουσι φωνοῦσι

Digitized by Google

ερικτώρια, οἱς Πρωτοψάλται. *Duo Domestici stant cum primo Cantore in utriusque Chori capite: & primi Cantoris more deferunt tunicas breves, & corpori astrictas.* Domesticis adjungunt δύο Πεμμικηρίους ἱσταμένους μετὰ τῶν Δομεστίκων. Ψάλλοντες καὶ αὐτοί: *Duos Primicerios stantes cum Domesticis, & cum eis cantantes.*

47. Ο Λαοσωάκτης.) Duos scribunt Allatiana, & Λαοσωάκται vocant. οἱ δύο Λαοσωάκται συνάγουσι τοὺς ψάλτας, καὶ ἀναγορεύουσιν ἵνα μὴ λείπῃ κανείς. συνάγουσι δὲ τοὺς ἄρχοντας καὶ τὸν λαὸν εἰς τὸν ἐκκλησίαν. *Duo populi Collectores Diaconos convocant, & ne quis eorum desit, admonent. Convocant etiam nobiliores & populum in Ecclesiã.*

48. Τῶν Ταβουλαρίων.) Regia superius producta, inter Officia recensent. Πεμμικήριον τῶν Πατριαρχικῶν Νοταρίων. Notarius vero & Tabularius sensu coincidunt.

49. Ο Ἀρχῶν τῶν κοντακίων.) Κοντάκιον hic, (alia namque præterea refert) *modulus* est brevior ἀπὸ τοῦ κοντοῦ *a brevitate* nomen sortitus: maximeque sanctorum, quorum non est officium, memoriis brevius faciendis deservit: *Breviculum* alibi vocavi: quique his cantandis præficitur & intendit, est Auctori Ἀρχων τῶν κοντακίων *Breviculis concinendis Præfectus*.

50. Ο Πεμμικήριος τῶν ἀναγνωστῶν.) Allatiana simul cum Citrio, cuncta Officia in ψαλτικὰ, ἱερατικὰ, καὶ τῶν ἀναγνωστῶν, volunt esse divisa. Quindecim prima Diaconis assignant, eosque ad Patriarchæ latus in dextro Choro, velut ejus Curiam, locant: sequentia plura quam apte Sacerdotibus conveniant æquus lector ex primo obtutu judicat, Protopsaltæ vel hujus inferiores non nisi Lectoribus conferri Citrius, Auctore ipsi consentiente, determinat.

51. Ο Νομικός.) Qui typis & Ecclesiasticis rubricis apprime eruditus, quod quoque die legendum officium, vel occurrat memoria facienda, sancit & publicat. Ita me docet Antonius Cralis CP. Alii eum esse volunt, qui legem Cantoribus ponit, & Choros regit. Solent nostrates Musici elevata depressaque manu cantus modum & ordinem præfigere Cantoribus, quod Græcis deesse nequit, quibus præterea illud est in usu, ut variis manus dextræ motibus diversisque digitorum & articulorum conformationibus varias vocum inflexiones in omnium conspectu, melius quam musicæ notulæ designent: atque ita non scriptis, sed manus nutibus, quam χειρονομίαν dicunt, cantus leges ob oculos ponant. Hos cum Theophilo χειρονομεῖν scriberet Cedrenus: Auctor Νομικὸς, nuncupat.

52. Ο Πρωτοκανόναρχος.) Κανὼν, Hymnus Ecclesiasticus est longior, & pluribus Tropariis constans. Qui vero Canonibus istiusmodi concinendis incumbit Κανοναρχὴς appellatione honestatur. Hoc autem pacto κανοναρχεῖ. Deficientibus libris, prout apud nos, uncialibus literis exaratis, & in Chori medio ad omnium obtutum expandendis, Canonarcha Troparii unius commata successim alta voce dextro Choro primum, tum alterius Troparii, vel Strophes cum data choro alteri, non interrupto cantu, suggerit; ac ita fungitur officio quod est κανοναρχεῖν *Canonum* videlicet decantandorum *singula verba & periodorum membra*, prudenter ob librorum defectum *suggerere*: & *quo tono sint cantanda monere*.

53. Ο Ἔξαρχος.) Eum hodie vocant, qui velut a latere Patriarchæ Legatus provincias ei subjectas obit, ac de Clericorum moribus, de causis Ecclesiasticis, de cultu divino si non obsolescat, de conjugiis & eorum divortiis, de plebis Pontificisque dissidiis, de Canonum Ecclesiasticorum observantia, de sacramentis, confessionis maxime, conferendis de Monachorum disciplina, de Ecclesiarum a Diœcesanis exemptarum legibus &c. inquirit; & his cunctis, ex æquo bonoque, dum, quod ajunt, visitationem peragit, consulit in posterum: præ omnibus vero census ex unaquaque Ecclesia Patriarchæ obvenientes, & cuncta ad eum
Edit. Paris. pag. 16. spectantia jura diligenter investigat, rigide colligit & nonnumquam exinde perample auctus, ad Patriarcham defert. hoc ejus munus Imperatoriis Exarchis in Italia quondam residentibus non absimile: illi siquidem belli pacisque tempore cuncta Imper. Jura sarta tecta servabant: hi pariter, ceu Patriarchæ Vicarii, ac ejus personam referentes, omnem eorum exercent potestatem, & omnem debitum censum, eorum nomine, exigunt. Allatiana. ὁ Ἔξαρχος ἵσταται πλησίον τοῦ Δισποτικοῦ ἐκκλησίᾳ· γυρδίαν δὲ ἐν τῷ σκάλῳ, καὶ ἀπαγὰς τοῦ πεζομαχῆς τοῦ ἐπισκοπῆς. ἀναθεωρεῖ δὲ καὶ τὰς κρίσεις τοῦ κλήρου ἐν ἐκκλησίαις, εἰ ἐκρίθησαν δικαίως· καὶ γράφει τὰ Αντιμήνσια. ἀναγυρδίαν δὲ καὶ τοῦ ἀνδρογυνίου τὰ καλύμματα. *Visitator juxta Presbyterorum secundum stat in Ecclesia. Vas etiam omne requirit, & casulas, sive quæcumque ornamenta ad Episcopatum, per totum ejus ambitum pertinentia. Recenset insuper Ecclesiæ lites, & an ex æquo & bono fuerint judicatæ denuo prospicit. Antimensiis diei annique, quo consecrata sunt, notas apponit: & matrimoniorum impedimenta examinat.* Observa τὸ, ἀπαγὰ, vestem sacram referre, τὰ, ἀπάσσω vero frequentius per totum hoc opus occurrens, *vestes sacras induere*.

54. Ο Ἐκκλησιάρχης.) Qui suæ curæ demandatam Ecclesiæ curam tenet, ad officium divinum dat signa, lumina disponit & accendit, sedilia componit, sacras imagines profert vel recondit, ac denique munditiem ubique splendere providet; uno verbo sub Scevophylace magno vasorum custode Sacristam agit. Ejus instituendi formam in Euchologicis protuli fol. 489. socium ex Græcorum relatu τῶν Διαβατῶν *lectorem sermonum & homiliarum*, & Καντηλαπτῶν *cereis lucernisque accendendis Præfectum* adjunxi. Huic sicut & τῷ Λαοσωάκτῃ signorum in Ecclesia faciendorum studium committi. Allatius de recentiorum Græcorum templis fol. 101. Proindeque, si non eorum munere fungitur, suæ saltem dispositioni tenet subjectos, qui sequuntur in Allatianis.

Ο Πρωΐσιμος ὁείζει, καὶ σημαίνουσιν ἐν τῷ καιρῷ τῶν Ψαλμῳδίας ἐν τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. *Proximus imperat, & signum dant in Catholica, id est majori Ecclesia, ut recitetur officium.*

Ο Καταγωμάρης (alias καπηγουμάρης) φιλοκαλῶν τῆς ἐκκλησίαν· ἅπτει δὲ καὶ τὰς καντήλας. φέρει δὲ καὶ λαμπρόν. *Versor Ecclesiam sordibus expurgat: lampades accendit, & ignem defert.* Addunt alia. ὑπομιμνήσκει τὰς ἑορτὰς τοῦ λαοῦ, ἵνα σχολάσῃ. *Solemniora festa a populo feriandi in memoriam revocat.* Οἱ Λαμπαδάριοι καθίζουσι τὰς λαμπάδας, ὅταν ἅπτωσιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. *Lampadarii cereos suis locis aptant, cum in Ecclesia succenduntur.* Alia. καθαρίζουσι (καθαρίζουσιν) τὰς λαμπάδας. *lucernasque emundant.*

Ο Βασταγάριος, ἵνα βαστᾷ τὰ τῆς ἐκκλησίας ἅγια εἰς λιτὰς καὶ ἑορτὰς ἐπισήμους. *Bajulus, ut imaginem sancti Ecclesiæ, in solemnioribus festis, & processionibus ferat.*

55. Ο Δομέστικος τῶν θυρῶν.) Sacri Tribunalis fores Subdiaconis commendatas testatur Maximus in Dionysii de Eccl. Hierar cap. 3. σημειώσαι, inquit, ὅτι οἱ ὑποδιάκονοι τότε τὰς θύρας εἶχον, νῦν δὲ οἱ ὑποδιάκονοι. *Diaconos quondam fores custodisse nota, quas nunc Subdiaconi tenent.* Suffragatur Thessalonicensis Præsul Simeon. φυλάσσει μὲν ὁ ὑποδιάκονος τὰς τοῦ λαὸς τὰς ἱερὰς, ἵνα μή τις τῶν ἀναξίων ἔνδον εἰσέλθῃ. *Custodit quidem Subdiaconus sacras fores, ne quis indignus in sanctum Tribunal ingrediatur.* Eam ob rem Soleam locum ad sacras altaris fores situm, de quo cum Auctore cap. 17. Subdiaconis Lectoribusque ceu propriam sedem Thessalonicensis idem assignat, ὑποδιακόνους καὶ ἀναγνώστας καθῆσθαι χρὴ, ἔξωθεν τοῦ βήματος περὶ τὸν σωλέαν, ὃς δὴ βῆμα καλεῖται ἀναγνωστῶν. *Subdiaconos & Lectores extra sacrum Tribunal sedere convenit circa Soleam, qui propterea Lectorum Tribunal vocatur.* Inter Subdiaconos autem vel Lectores antesignanus ille, cui, ceu potiori, earum commendatur custodia, jure merito mihi Δομέστικος τῶν θυρῶν, *sacris foribus præpositus*, nuncupetur.

56. Ο Χαρτουλάριος.) Registrorum, chartarum, codicillorum onus sibi impositum, vel solo nomine Chartularius indicat: quorum vero commentariorum curam susceperit hic privatim, ex generica communique voce non facile assignaveris. Sacellario, & Oeconomo pariter legimus in superioribus Chartularium adjunctum, laboris, ut ait Balsamon συμμετρίαν, hic vero Lectores inter & Cantores recensitus Commentariis

Digitized by Google

& memoriis non invigilat aliis, quam quæ Lectores & Cantores decent, Ecclesiasticis videlicet libris proferendis, quorum copia cum trigesimum superet numerum, custodem privatum non immerito sibi exposcit assignandum Hæc Antonius Cralis CP. Lector retulit; cui non displicet memoratum ab Allatianis Decanum cum Chartulario confundere. Ὁ Δεκανὸς, inquiunt illa, τάσσει τοὺς ἱερεῖς ἐν τοῖς ἐρχομένοις αὐτῷ δικαιώμασι: *Decanus componit Sacerdotes in contributionum jure ad eos quomodocumque spectante.* Rursum. ὁ Δεκανὸς ἵνα καλῇ τοὺς ἱερεῖς εἰς τὰ αὐτῷ δικαιώματα, καὶ προσῳρίσματα. *Decanus, ut Sacerdotes ad jura sua, & oblationum partem accipiendam advocet, est institutus*: quantis vero tabulis, chartis, codicillis, & scriptis ratiociniis, quibus attendere solet Chartularius, opus sit, etiam vir integerrimæ conscientiæ fidelissimæque memoriæ fatetur.

57. Ὁ Δεσποτάτος.) Allatiana. ὁ Δεσποτάτος πρεσβεύει ἐμπροσθεν τῆς Ἀρχιερέως, καθαρίζει τὸν λαὸν ἀπὸ τὴν τράπεζαν. *Deputatus Pontificem præcedens, populum emundat e via, vel potius viam populo mundam vacuamque reddit.* Alia. ὁ Δεσποτάτος νὰ καλῇ τοὺς ἄρχοντας εἰς τὸν ἀρχιερέα, καὶ νὰ καθαρίζῃ τὸν λαὸν ἀπὸ τὴν τράπεζαν. *Deputatus nobiles vocat ad Patriarcham, & plebeculam e via expurgat, id est semovet*:

58. Θεοῦ τὰ τοδία.) Ita Meursius interpretatur, *ministerium, utensilia*: nisi quæ sint illa proferas, ministerio tuo non utar, Meursi: prosunt amplius Græculæ mulieres, quæ τοδίον partem vestis inferiorem crura pedesque suos velantem vocitant; utilius adhuc me docuerunt viri, talaris cujuscumque tunicæ oram terram allambentem, quia pedes ambit, τοδίας nomen mereri: profuere præ cæteris illi Sacristæ Græci, qui anteris altaris ornamentum, sacrasque illas vestes sericas, vel auro textas, vel etiam ex auro solido vel argento confectas, ac imaginibus in Ecclesiis circumponendas τοδίας nuncupari asseruerunt. Fidem cunctis a me datam confirmat Nicetæ auctoritas in variis ejus lectionibus obviam facta, in Isaacio quidem Angelo lib. 1. οἰκήματα κατήρειλαν, τὸν ἔνδον πλοῦτον περιεβάλοντο, ἱερὰ ἀνηρέθησαν φορητὰ σήματα, τοδίαι, ἀφείλοντο ἅγια, cui ultimi commatis vice alia lectio reponit, ἐστολὰς ἀφείλοντο παναγῆ. *Diruerunt ædes, opes diripuerunt, Monasteria spoliarunt, affixum omne imaginibus ornamentum abstulerunt, id est earum vela sive vestes sacrosanctas.* Ejusdem Isaacii lib. 3. τὸ ἐν ἁπάντων περιώνυμον ναόν, ὃς νέα μονὴ καλήσκεται θείας πάσης τοδίας ἐξέλυσε: alia lectio, θείων πάντας ἐπέπλωσε. *Celebrem Aulæ Ecclesiam, novum Monasterium dictam, sacris omnibus aulæis & stragulis denudavit, hoc est omni sacra veste ornatu.* Ex his conficio τὸν ἐπὶ τοδίας esse, vel qui Ecclesiæ stragulas vestes, sive muris, sive altaribus ornandis, sub sua dispositione teneret, vel qui sanctas imagines fictis vestibus circumtegeret, vel denique, quod certius autumo limbos Pontificiarum vestium, honoris gratia, soleret e terra tollere; quod munus apud nos magnatibus a servis pueriisque honorariis præstatur, cui etiam exequendo, Officium *Caudatarii* nomine Pontifex summus & Cardinales voluerunt in Romana Curia institutum. Conjecturam approbavit Antonius Cralis memoratus, ab altari tamen & Ecclesia ministerium ejus semovit, & per vias tantum locaque gressibus difficilia monuit adhiberi consuetum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Τὰ τῶν ὀφφικιαλίων τοῦ παλατίου τῆς Κωνσταντινουπόλεως ὀνόματα.

1. ΔΕΣΠΟΤΗΣ. σημείωσαι, ὅτι οἱ τοῦ Βασιλέως υἱοὶ οἱ Δεσπόται, προέχουσι τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῶν γαμβρῶν τοῦ Βασιλέως, Δεσποτῆλ καὶ αὐτῷ ὄντων.

2. Σεβαστοκράτωρ. Ἰστέον ὅτι μέχρι τῆς Βασιλείας Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ τὸ τοῦ Σεβαστοκράτορος ἀξίωμα οὐκ ἦν, ἀλλ' ὀλίγῳ μετὰ τοῦ Βασιλέως πρῶτον πάντων ἦν τὸ τοῦ Καίσαρος. ἔτος δὲ ἐπεὶ τοῦ Μελισσηνοῦ Νικηφόρου τὸ τοῦ Καίσαρος ἀξίωμα πετίμηκεν. ἦν δὲ αὐτοῦ καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, καὶ πρῶτος χρόνον, ὁ Κομνηνὸς Ἰσαάκιος. ἐχρῆν δὲ τοῦτον μείζονι τιμηθῆναι ἀξιώματι· ἕτερον δὲ ἀξίωμα οὐκ ἦν (ὡς ἔφθημεν εἰπόντες) πλὴν τὸ τοῦ Καίσαρος. ὠνόμασποίησε δὲ νέον ἀξίωμα, συνθεὶς αὐτὸ ἀπὸ τοῦ Σεβαστοῦ καὶ τοῦ Αὐτοκράτορος, καὶ ἐφηρμόσατο τῷ ἀδελφῷ, τὸ τοῦ Σεβαστοκράτορος δηλαδὴ ὄνομα, δεύτερον οἱονεὶ Βασιλέα τοῦτον πεποιηκώς, καὶ ὑπεβίβασε τοῦτο τοῦ Καίσαρα, καὶ μετὰ τὴν Αὐτοκράτορος ἐφημίαν ἀναγορεύεσθαι, ἀπηξίωσε.

3. Καῖσαρ.

4. Μέγας Δομέστικος.

5. Ὁ Πανυπερσέβαστος. Καὶ τοῦτο ἦν τὸ ἀξίωμα οὐκ ἦν· ἀλλ' ὁ αὐτὸς Βασιλεὺς Ἀλέξιος πρῶτος ἐπινενόηκε. θέλων γὰρ ὡσαύτως τιμῆσαι καὶ τὸν ἐπ' ἀδελφῇ γαμβρὸν αὐτοῦ, Μιχαὴλ τὸν Ταρωνίτην, ἐποίησεν αὐτὸν ἰσοστάσιον καὶ σύνθρονον τοῦ Καίσαρος, μήτε ὑποβιβάσας αὐτὸν τοῦτο, μήτε ἀναβιβάσας. οὐ καὶ μέχρι τινὸς ἔτους ἐπεκράτησεν, ἕως τοῦ Βασιλείας τοῦ δευτέρου Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου. ἔτος δὲ ὁ Βασιλεὺς καὶ ὁ πάππος αὐτοῦ, τιμήσας τὸν Καντακουζηνὸν Ἰωάννην (ὃς ἐγεγόνει καὶ Βασιλεὺς ὕστερον) μέγαν Δομέστικον, πρῶτον μὲν ἰσοστάσιον τοῦ Πανυπερσεβάστου τοῦτον ἐποίησε· ὕστερον δὲ μετὰ θάνατον αὐτοῦ τοῦ πάππου ὑπεβίβασε τὸ ἀξίωμα τοῦ Πανυπερσεβάστου, καὶ ἐπέταξεν αὐτῷ εἶναι τοῦ μέγαν Δομέστικον, ἀναβιβάσας τὸ τοῦ

CAPUT II.

Edit. Paris. pag. 17.

Nomina Officialium Palatii Constantinopolitani.

I. DESPOTA. Observa hic, filios Imperatoris, si sint Despotæ, præcedere fratres & generos Imperatoris, licet ipsi quoque sint Despotæ.

II. Sebastocrator. Sciendum, Sebastocratoris dignitatem usque ad Imperium Alexii Comneni non fuisse; sed post Imperatorem, primas tenuisse Cæsarem. Iste Cæsaris dignitate Nicephorum Melissenum honoravit. Habebat autem fratrem se natu majorem Isaacium Comnenum. Oportebat vero istum ad altiorem dignitatem evehere; nec altior erat quam Cæsaris, ut jam diximus. Commentus igitur est novam dignitatem, composito vocabulo ex Sebasto & Autocratore, fratrique Sebastocratoris nomen imposuit, altero quodammodo Imperatore eo constituto, eique postposuit Cæsarem; hoc etiam decreto, ut ipse in faustis acclamationibus statim post Imperatorem nominaretur.

III. Cæsar.

IV. Magnus Domesticus.

V. Panhypersebastus Hæc itidem dignitas non erat, quam ille idem Imperator Alexius primus excogitavit. Cum enim vellet similiter honorare Michaelem Taronitem, * sibi ex sorore affinitate junctum, æqualem eum & statione & throno fecit Cæsari, cui eum neque postposuit, neque antepositi. Quod etiam aliquandiu valuit, nempe usque ad Imperium secundi Andronici Palæologi. Iste enim Imperator & avus ejus, Joannem Cantacuzenum, (qui post etiam Imperator fuit) Magni Domestici honoribus augens, primum æqualem fecit Panhypersebasto: deinde post mortem avi, dignitatem Panhypersebasti postposuit, statuitque, ut sub Magno Domestico esset, evecta Magni Do-

* sororis conjuge m.

Digitized by Google

meſtici dignitate. Sciendum & hoc; Alexium Comnenum Sebaſti dignitate abuſum eſſe, quando duo illa nomina in unum conflavit; nam ſuperioribus ſæculis Sebaſti nomen Imperatoris epithetum erat, eumque proprie deſignabat. At iſte nominis hujus honorem primus vulgatiorem & communiorem fecit. Sed nimirum Imperatoribus jus eſt abſque obſtaculo pro arbitrio & voces novandi, & quos volunt anteponendi & poſtponendi.

Edit. Pariſ. pag. 18. IV. Protoveſtiarius. Obſerva & hoc. Imperator Michael primus ex Palæologis, ablatis a Protoſebaſto, (quæ eſt XIII. dignitas) praſinis indumentis ea tranſtulit ad Michaelem Tarchaniotam ſororis ſuæ filium, creatum abs ſe Protoveſtiarium; quem etiam omnibus, Magno itidem Domeſtico, & Panhyperſebaſto, excepto tamen Cæſare, anteculit; quem rurſus ſubjecit Imperator Andronicus ex Palæologis hoc nomine ſecundus, quando Joannem Cantacuzenum, ut ſupra dictum, Magnum Domeſticum creavit. Extulit vero eum & ſupra avi Imperatoris ſororum filios, ſuoſque avunculos, & ſupra omnes alios, non Panhyperſebaſto, & Protoveſtiario exceptis. Hinc igitur iſte Officiorum ordo obtinuit, ut Magnus Domeſticus poſt Cæſarem primus eſſet: poſtea Panhyperſebaſtus, & ſic deinceps reliqui.

VII. Magnus Dux.
VIII. Protoſtrator.
IX. Magnus Stratopedarcha.
X. Magnus primicerius.
XI. Magnus Contoſtaulus, ſeu Comes ſtabuli.
XII. Magnus Logotheta.
XIII. Protoſebaſtus.
XIV. Pincerna.
XV. Curopalata.
XVI. Præfectus ſigilli, ſeu annuli ſignatorii.
XVII. Præfectus cubiculi, ſeu Cubicularius.
XVIII. Logotheta Ærarii generalis. Theodorum igitur Metochitam ærarii publici Logothetam, cum Imperator Andronicus ex Palæologis hoc nomine primus, honorare conſtituiſſet, Magnum Logothetam fecit, qui & priores Magno Stratopedarcha tenebat; ſed non Protoſtratore. Poſt Præfectum cubiculi ſequitur.
* Protoveſtiarites. XIX. * Protoveſtiarius.
XX. Domeſtius menſæ.
XXI. Præfectus menſæ.
XXII. Magnus Pappias.
XXIII. Eparchus.
XXIV. Magnus Drungarius Vigiliarum ſeu excubiarum.
XXV. Magnus Hetæriarcha.
XXVI. Magnus Chartularius.
XXVII. Logotheta publici curſus.
XXVIII. Primus Secretarius.
XXIX. Præfectus exercitus.
XXX. Myſticus.
XXXI. Domeſticus Scholarum.
XXXII. Magnus Drungarius claſſis.
XXXIII. Primicerius Aulæ.
XXXIV. Protoſpatharius.
pag. 19. XXXV. Magnus Princeps.
XXXVI. Tatas Aulæ.
XXXVII. Magnus Tzauſius.
XXXVIII. Prætor populi.

A μεγάλου Δομεστίκου. Ιστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι παρεχρήσατο τῇ τοῦ Σεβαστοῦ ἀξίᾳ ὁ Κομνηνὸς Ἀλέξιος τῇ συνδέσει τῶν ὀνομάτων τούτων. Σεβαστοὶ μὲν ἀνέκαθεν ἐπιθετικῶς οἱ Βασιλεῖς ἀνομάζοντο, καὶ ὧν ἐξιδιάζοντως εἰς Βασιλέα λεγόμενον τὸ τοῦ Σεβαστοῦ ὄνομα· αὐτὸς δὲ εἰς τὸ κοινότερον πρῶτος κατέβηκε καὶ τοιαύτην ἀξίαν. Ἐξεστι δὲ καὶ τοῖς Βασιλεῦσι καινοτομεῖν, καὶ πράγματα καὶ ὀνόματα ἀκωλύτως, καὶ ἀναβιβάζειν καὶ ὑποβιβάζειν, ὡς βούλοιντο.

6. Πρωτοβεστιαρείτης. Σημείωσαι δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι Βασιλεὺς Μιχαὴλ ὁ Παλαιολόγων ὁ πρῶτος, ἀπὸ τοῦ Πρωτοσεβαστοῦ τὰ πράσινα ἀφελὼν (ὅ ἐστιν ἀξίωμα ιγ'.) ἐφόρεσε ταῦτα εἰς ἀντίδοσιν αὐτῷ Μιχαὴλ τοῦ Ταρχανειώτου, τιμήσας Πρωτοβεστιαρείτην· ὃν καὶ ὑπερέχοντα πάντων, τοῦ τε μεγάλου Δομεστίκου καὶ τοῦ Πανυπερσεβάστου ἐποίησε μετὰ Καίσαρα. ὑπεβίβασε δὲ πάλιν τοῦτον ὁ Βασιλεὺς Ἀνδρόνικος ὁ Παλαιολόγων ὁ δεύτερος, ἅτε τοῦ Καντακυζηνὸν Ἰωάννην (ὡς ἀνωτέρω προλέλεκται) ἐτίμησε μέγαν Δομέστικον· ἀνεβίβασε δὲ αὐτὸν τοῦτο πάσης καὶ βασιλέως ἀνεψιῶν, ἑαυτῷ δὲ θείων, καὶ ἑτέρων πάντων, καὶ αὐτὸν δὴ τοῦ Πανυπερσεβάστου, καὶ τοῦ Πρωτοβεστιαρείτου. Ἐντεῦθεν ἤνοιξε τοῦ ὀφφικίων ταξεως ἐπεκράτησεν ἄνω, τὸ τοῦ μέγαν δηλαδὴ Δομέστικον μετὰ Καίσαρα εἶναι ἀρχαῖον, εἶτα τοῦ Πανυπερσέβαστον, καὶ καθεξῆς τοὺς λοιποὺς.

7. Ὁ μέγας Δούξ.
8. Ὁ Πρωτοστράτωρ.
9. Ὁ μέγας Στρατοπεδάρχης.
10. Ὁ μέγας Πριμμικήριος.
11. Ὁ μέγας * Κοντοσαύλος. * Regia Κοντοσαύλας
12. Ὁ μέγας Λογοθέτης.
13. Ὁ Πρωτοσέβαστος.
14. Ὁ Πιγκέρνης.
15. Ὁ Κυροπαλάτης.
16. Ὁ Παρακοιμώμενος τῆς σφενδόνης.
17. Ὁ Παρακοιμώμενος τῶν κοιτώνος.
18. Ὁ Λογοθέτης τοῦ γενικοῦ. * Τὸν ὁμοῦ Θεόδωρον Μετοχίτην, Λογοθέτην ὄντα τοῦ γενικοῦ, ὁ Βασιλεὺς Μετοχίτην Θεόδωρον. * Ἀνδρόνικος ὁ Παλαιολόγων ὁ πρῶτος τιμήσας μέγαν Λογοθέτην πεποίηκεν· ὃς καὶ ὧν ὑπερέχων τοῦ μεγάλου Στρατοπεδάρχου, ὑπὸ τοῦ Πρωτοστράτορα δέ. μετὰ δὲ τοὺς κοιτῶνος Παρακοιμώμενον. * Deeſt nonem in Regiis.
19. Ὁ Πρωτοβεστιαρείτης.
20. Ὁ Δομέστικος τῆς τραπέζης.
21. * Ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης. * Deeſt in 2. Regio.
22. Ὁ μέγας Παππίας.
23. Ὁ * Ἔπαρχος. * Secundum Ταρχος.
24. Ὁ μέγας Δρουγγάριος τῆς βίγλης.
25. Ὁ μέγας Ἑταιρειάρχης.
26. Ὁ μέγας Χαρτουλάριος.
27. Ὁ Λογοθέτης τοῦ δρόμου.
28. Ὁ Πρωτασηκρῆτις.
29. Ὁ ἐπὶ τοῦ Στρατοῦ.
30. * Ὁ Μυστικός. * Regia Μυστικός
31. Ὁ Μυστικὸς τῶν σχολῶν. xxxi. Δομέστικος τῶν σχολῶν,
32. Ὁ μέγας Δρουγγάριος τοῦ στόλου.
33. Ὁ Πριμμικήριος τῆς Αὐλῆς.
34. Ὁ Προτοσπαθάριος.
35. Ὁ μέγας Ἄρχων.
36. Ὁ * Ταπᾶς Αὐλῆς. * Τὰ τῆς αὐλῆς.
37. Ὁ μέγας Τζαούσιος.
38. Ὁ Πραίτωρ τοῦ δήμου.

39. Ὁ Λο-

Digitized by Google

39 Ο Λογοθέτης τῶν οἰκειακῶν.
40 Ο μέγας Λογαριαστής.
41 Ο Πρωτοκυνηγός.
42 Ο Σκυτέριος.
43 Ο Αμιράλιος.
44 Ο ἐπὶ τῶν δεήσεων.
45 * Ο Κοιαίστωρ.
46 Ο μέγας Αδνουμιαστής.
47 Ο Λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ.
48 Ο Πρωτοϊεράκαριος.
49 Ο Λογοθέτης τῶν ἀγελῶν.
50 Ο μέγας Διερμηνευτής.
51 Ο Ακόλουθος.
52 Ο Κεντὴς τοῦ * φοσάτου.
53 Ο Αρχων τοῦ * ἀλογίου.
54 Ο * Πρωταλογάτωρ.
55 Ο μέγας Διοικητής.
56 Ο Ορφανοτρόφος.
57 Ο Πρωτονοτάριος.
58 Ο ἐπὶ τῶν ἀναμνήσεων.
59 Ο Δομέστικος τῶν τειχέων.
60 Ο Πραιθήμυος τοῦ κοιτῶνος.
61 Ο Προκαθήμυος τῶν Βεστιαρίου.
62 * Ο Βεστιάριος.
63 Ο Εταιριάρχης.
64 Ο Λογαριαστὴς τῆς Αὐλῆς.
65 Ο * Στρατοπεδάρχης τῶν Μυρταϊτῶν.
66 Ο Στρατοπεδάρχης τῶν Τζακόνων.
67 Ο Στρατοπεδάρχης τῶν Μονοκαβάλλων.
68 Ο Στρατοπεδάρχης τῶν Τζαγγατόρων.
69 Ο Προκαθήμυος τῶν μεγάλων παλλατίων.
70 * Ο Προκαθήμυος τῶν Βλαχερνῶν παλλατίων.
71 * Ο Δομέστικος τῶν ἀνατολικῶν Θεμάτων.
72 Ο Δομέστικος τῶν δυτικῶν Θεμάτων.
73 Ο * μέγας Μυρταΐτης.
74 Ο Ορφανοκόμης.
75 Ο Ηαππίας.
76 Ο Δρουγγάριος.
77 Ο Σεβαστός.
78 Ο Μυρταΐτης.
79 Εἰσὶ δὲ προκαθήμυοι πόλεων κατ' ἀξίαν ἑκάστης αὐτῶν.
80 Επὶ τῆς Κανικλείου δὲ ὁ συμπέθερος τοῦ βασιλέως * ὀχέμυος· δὲ ὅτε εἰς παράστασιν ἐκάθητο, ὅτε εἰς ἀπασμὸν παρεγίνετο· διὸ δὲ οὗτος αὐτῷ ἀνεπίγνωστος. κατεῖχε δὲ δικανίκιον ξύλον λεῖον.
81 Ωσαύτως δὲ ὁ τῆς μεγάλης Βαΐλης τόπος ἀνεπίγνωστος οὗτος.

A xxxix. Logotheta rerum domesticarum familiarium.
xl. Magnus Logariastes.
xli. Primus Venatorum.
xlii. Scuterius, seu scutifer.
xliii. Amiralius.
xliv. Magister supplicum libellorum.
xlv. Quæstor.
xlvi. Magnus Adnumiasta.
xlvii. Logotheta castrensis.
xlviii. Primus Accipitrarius.
xlix. Logotheta rei pecuariæ.
l. Magnus interpres.
li. Acolythus.
B lii. Judex castrensis.
liii. Præfectus Alogii.
liv. Protalogator.
lv. Magnus Administrator.
lvi. Orphanotrophus, hoc est curator pupillorum.
lvii. Protonotarius.
lviii. A memoria
lix. Domesticus murorum.
lx. Præses cubiculi.
lxi. Præses Vestiarii.
lxii. Vestiarius.
lxiii. Hetæriarcha.
C lxiv. Logoriastes Aulæ.
lxv. Stratopedarcha seu præfectus Murtatorum.
lxvi. Stratopedarcha Tzaconum.
lxvii. Stratopedarcha seu præfectus Monocaballorum.
lxviii. Stratopedarcha, seu præfectus Tzangratorum.
lxix. Præses magnorum palatiorum.
lxx. Præses palatiorum in Blachernis.
lxxi. Domesticus orientalium Thematum.
lxxii. Domesticus occidentalium Thematum.
lxxiii. Magnus Myrtaites.
lxxiv. Protocomes.
D lxxv. Pappias.
lxxvi. Drungarius.
lxxvii. Sebastus.
lxxviii. Myrtaites.

lxxix. Sunt insuper præsides civitatum pro cujuslibet ipsarum dignitate.

lxxx. Ad Caniclei dignitatem evehebatur is, qui etiam Imperatoris consocer esse poterat; qui neque in comitatu apparuit unquam, neque in salutatione Imperatoris. Quare locus ejus ignotus est. * Sceptri vice habet lignum lævigatum.

lxxxi. Similiter Magni Bajuli locus incognitus est.

Edit. Paris. pag. 20.
* *evectus est Chumnus, Imperatoris consocer.*
* *baculus ejus insigne non aliud fuit quam lignum lævigatum.*

* Regia Κοιαίστωρ.
* Regia φωσάτου.
* Regg. ἀλογίου.
* Πρωταλογάτωρ
* 1. Reg. Βεστιαρίου supple ὁ ἐπὶ τοῦ. Deest in 2.
* Regg. Στρατοπεδάρχης τῶν Μονοκαβάλλων Στρατοπεδάρχης τῶν Τζαγγατόρων. Στρατοπεδάρχης τῶν Μυρταϊτῶν. Secundum, hunc ultimum omittit.
* Deest in 1. Reg.
* Primum præmittit. Δομέστικος τῶν Θεμάτων.
* Præpositus articulus ὁ deest ubique in Regiis.
* ὁ Χοῦμνος

IN CAPUT II.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.] Se monitum, ubi præfaremur, meminisse precor Lectorem, e duobus integerrimis exemplaribus Regiis quibuscum præsens opus contuli, neutrum, caput de Officiis Ecclesiæ CP. continere: atque ita tanquam a primo, ab hocce de nominibus Officialium Palatii utrumque ordiri. Advertet exinde, non eundem in editis a Gretsero, ac in Regiis esse capitum totius operis ordinem: quinimo in eo, qui numero 1149. inscribitur, quodque e duobus *Primum* ubique nuncupo, diversam omnino distribuendi libri dispositionem servatam, eidem quippe in duodecim tantum sectiones singulis suis titulis illustratas partito, cuncti simul in ipso limine collecti præponuntur hoc pacto.

Digitized by Google

1. De ordine Dignitatum & Officiorum.
11. De indumentis singularum Dignitatum, & Officiorum.
111. De singulorum Officiorum ministeriis.
1v. De Christi Domini festorum ordine, & ritibus in eisdem observandis: tum de magni Domestici ministerio, de Pincerna, de Domestico mensæ, & eidem mensæ Præposito.
v. De diversis aliis festis, ad quæ proficiscitur Imperator, si eum Constantinopoli reperiri contingat.
v1. De magni Domestici in exercitu ministerio: de magno vigiliarum Drungario: de exercitus Præfecto, & Magno Adnumiasta.
v11. De Imperatoris coronatione.
v111. De Despotæ promotione.
1x. De Sebastocratoris, & Cæsaris promotione.
x. De Patriarcharum, & Archiepiscoporum promotione.
x1. De luctuosis Imperatorum indumentis.
x11. Denique de futura sponsa Domina.

A α'. Περὶ τ τάξεως τ ἀξιωμάτων, καὶ τ ὀφφικίων.
β'. Περὶ τῶν φορεμάτων ἑκάστου τῆς τε ἀξιωμάτων καὶ ὀφφικίων.
γ'. Περὶ τῆς ὑπηρεσίας ἑκάστου τ ὀφφικίων.
δ'. Περὶ τῆς τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν τάξεως, καὶ τ κατ' αὐτὰς τελουμένων ἐθίμων, ἐν αἷς ἀναλαμβάνεται καὶ περὶ τ μεγάλου Δομεστίκου ὑπηρεσίας, τῆς τε Πικέρνη, τοῦ Δομεστίκου τῆς τραπέζης, καὶ τοῦ ἐπὶ τ τραπέζης.
ε'. Περὶ ἑτέρων ἀναφόρων ἑορτῶν, ἐν αἷς ἀπέρχεται ὁ βασιλεὺς, εἰ ἐθίμων τῇ Κωνσταντινουπόλει εὑρίσκεται.
ς'. Περὶ τῆς ἐν τῷ φωσάτῳ τοῦ μεγάλου Δομεστίκου B ὑπηρεσίας, τοῦ τε μεγάλου Δρουγγαρείου τῆς βίγλης, τοῦ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ, & τοῦ μεγάλου Ἀδνουμιαστοῦ.
ζ'. Περὶ στεφανώσεως βασιλέως.
η'. Περὶ προβλήσεως Δεσπότου.
θ'. Περὶ προβλήσεως Σεβαστοκράτορος, καὶ Καίσαρος.
ι'. Περὶ προβλήσεως Πατριαρχῶν, καὶ Ἀρχιεπισκόπων.
ια'. Περὶ πενθίμων βασιλικῶν φορεμάτων.
ιβ'. Καὶ περὶ μέλλοντος νύμφης Δεσποίνης.

1. Δεσπότης.) Imperii collega, ut & senior Imperator, dictus quondam Augustus; Imperii vero designatus successor, vel ab Imperatore primus, ad Alexiii Comneni, qui tyrannidem circa Christi annum 1117. invasit, nuncupabatur Cæsar. Alexius Nicephoro Melisseno nomen ac dignitatem Cæsaris jam adepto fratrem Isaacium præferre meditatus, Sebastocratoris nomen, quo supra Cæsarem proximus ab Imperatore cohonestaretur, adinvenit: Ac tandem Alexius alter Angelus Imperio potitus, ex Alexio Theodoroque generis altetum creata recentius Despotatus dignitate, Sebastocratori Cæsarique superiorem, sibi secundum, auctore Phranze lib. 1. cap. 1. effecit: Exin celebre Despotæ in Curia CP. nomen, urbeque a Latinis occupata, & nondum a Græcis recepta, Joannes Ducas Michaelem Thessalum, filiumque Nicephorum, τῷ δεσποτικῷ ἀξιώματι *Despotatus honore* legitur extulisse, apud Gregoram Hist. Rom. lib. 2. sect. 13. Sub Joanne Lascari memorati Joannis nepote, cum Imperii administrandi curam in se suscepisset Michael Palæologus, ac ad ipsum Imperii solium, quod solus hærede pulso teneret, omni arte, totisque viribus contenderet, ὀλίγαι παρῆλθον ἡμέραι, scribit præfatus Nicephorus lib. 3. sec. 10 καὶ δεύτερον συγκροτῆσαι βουλευτήριον οἱ αὐτὰ παιδεύσαι. ἀ δέον εἶναι φάσκοντες, τ τε βασιλικὰ καὶ κοινὰ διοικοῦντα πράγματα, & πρεσβείας πόλεων ἀναδεδειγμένων ἐθνῶν, μὴ καὶ τ βασιλείας ἐγγίσαι ἔχειν, καὶ τὸ ἀξίωμα ἕνεκα τοῦ τ Ῥωμαίων γένους. καὶ ἅμα βεβαιώσασθαι τῶν μεταξὺ γινομένων καταστάσεων. ταῦτ' ἄρα καὶ τὸ τοῦ Δεσπότου ἀξίωμα δέχεται παράτε τοῦ Πατριάρχου, καὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ βασιλέως: *Paucis diebus elapsis aliud concilium ejus studiosi indicunt: negantes oportere eum, qui negotia Imperii & Reipublicæ administraret, multarumque gentium legationes audiret, dignitate regiæ proxima carere, tum honoris causa populi Romani, tum etiam ad statum interregni firmandum. His de causis Despotæ titulo ornatur, tam a Patriarcha, quam a filio Imperatoris*, Joannis nimirum Theodoro nati. Eo tamen titulo jam Michael alius Theodori gener gaudebat, quo constet, ut in inveniendis subtiles, ita & in geminandis dignitatibus Græcos fuisse liberales: lubens tamen fateor Michaelem hunc, non eo nomine Despotam vocatum, ut Imperium hæres adipisceretur, sed ut Ætoliæ & Epiri *princeps* audiret, quo quidam alii dicti sunt Serviæ Despotæ, hoc est reguli: quo etiam sensu Chaganus Turcarum Dux, ὁ μέγας Δεσπότης ἑπτὰ γενῶν, & κύριος κλιμάτων τ οἰκουμένης ἑπτά, *magnus Despota septem gentium, & Dominus septem orbis terræ climatum* legitur apud Theophylactum Simocattam lib. 7. de rebus Mauricii: nec non Boesilas τῶν Μυθῶν Δεσπότης apud Cantacuzenum lib. 1. c. 55.

Edit. Paris. pag. 21.

2. Σεβαστοκράτωρ.) Dignitatis ejus instituendæ causam refert Anna Comnena institutoris filia Alexiados lib. 3. ἐπεὶ δὲ τ Μελισσηνὸν Νικηφόρον & τοῦ Καίσαρος καὶ τ ὑποχρεωτέον ἀξίας μετειληχέναι: καὶ τ Ἰσαάκ δὲ τὸν τ αὐδελφῶν καὶ χρόνον ὄντα, ἐλλιπῆ τιμηθῆναι ἀξιώματι: ἕτερον δὲ ἀξίωμα πλὴν τοῦ Καίσαρος οὐκ ἦν: νέον ὄνομα ποιήσας ὁ βασιλεὺς Ἀλέξιος ἀπό τε τοῦ Σεβαστοῦ & Αὐτοκράτορος σ' αὐδελφῷ μετὰ τ τοῦ αὐτοκράτορος ἐφημίαν. ἀ μὴν ἀλλὰ καὶ σέμνασιν ἐν ταῖς πανδήμοις ἡμέραις αὐτοὺς στεφανοῦσθαι προσέταττε, τόν τε Σεβαστοκράτορα, & τ Καίσαρα, καὶ πολὺ ὑστεροῦσαν τῇ πολυτελείᾳ τοῦ διαδήματος, ᾧ αὐτὸς ἐστέφαντο. *At quoniam Nicephorum Melissenum, juxta pollicita, Cæsaris dignitate provehi necessum erat; fratremque Isaacium natu majorem in honoris quoque consortium efferri; alia vero quam Cæsaris dignitas non exstabat; novum ex Sebasto & Autocratore, ut post Imperatorem communibus votis ei fieret acclamatio, fratri nomen commentus est, nec non & publici concursus diebus stemmatibus coronari voluit Sebastocratorem & Cæsarem, at non eo pretio vel ornatu quo proprium diadema insignitur.* Joannes Alexii filius concessos patruo honores servavit, ut in ejus vita narrat Nicetas τοῦτον γὰρ καθισαμένης ἔτι τ βασιλείας, καθέδρας τε & τραπέζης ἐξ ἴσου κοινωνὸν παρελάμβανε, καὶ μετεδίδου τ ἀναῤῥήσεως, ὁπόσα ἐπιφορητὸς τῷ τ Σεβαστοκράτορος ἀξιώματι, ᾧ φὸς τὸ πατρὸς Ἀλεξίῳ τετίμητο Ἰσαάκιος. *Statim inito Imperio pari sella eademque mensa, & ea proclamatione eum dignatus est, qualis Sebastocratoris dignitatem decebat, quam a patre Alexio Isaacius acceperat.* Joannes idem Manuelem quatuor filiorum ultimum Σεβαστοκρατορικαῖς ὑπέζευξεν τιμαῖς, *Sebastocratoricis honoribus auxit.* Joannis filius Manuel, patre mortuo, vocatus ad sceptrum, Isaacium patruum etiam Sebastocratorem vocatum, missis in urbem amicis, ne tum sanguinis jure, cum ob dignitatem Imperatoriæ proximam moliretur res novas, compescuit. Nicetas idem in Manuele lib. 1. μήπως περὶ τοῦ τ ὅλων αὐτὸς εἶναι κύριος ἀφεμιλλῶτο, ἅτε ἐκ γενέσεως ὢν τ διαδοχὴν τ βασιλείας καλούμενος. Ut potestate & insignibus ita (usque ad Despotam creatum) sanguine conjunctus fuit Imperatori Sebastocrator. Isaacius Angelus anno 1184. Imperium sortitus, fratrem Alexium regni successorem, ac patruum quoque Joannem Ducem Sebastocratores declaravit: Alexius hic Isaacium filiæ maritum prio-

Digitized by Google

rem, pari titulo insignivit. Plures insuper eo nomine simul ornatos refert memoratus Nicetas, ex quo hæc deprompta, qui & præfatis tertium addit Alexium, nempe alterum Manuelis nothum, Annalium Isaacii lib. 3.

3. Καῖσαρ.) Ab imperio potiundo, cujus spe pristinis sæculis fovebatur, Cæsarem longe ablegavit Alexius & Sebastocratori suppositit; longius amovit alter Alexius, Despotæ dignitate eidem anteposita. Tertius itaque ab Imperatore temporibus ultimis numerabatur Cæsar, ut Gregoras his l. 4. sect 1. verbis manifestat. *ὁ μὲν γὰρ Σεβαστοκράτωρ εἰς τὸ Δεσποτικὸν ἀνάγεται παρὰ τ βασιλέως ἀξίωμα: ὁ δὲ μέγας Δομέστικος εἰς τὸ τ Καίσαρος. ὁ δὲ Καῖσαρ ἅμα τῷ πενθερῷ τ Δεσπότ τι εἰς τὸ τῦ Σεβαστοκράτορος. ἐποίει δ' ἐπίσημον τιὼ ἐκ τῦ πενθερῦ ἐξαφορὰν, ἐν τοῖς χυαροῖς πεδίλοις, κ χρυσέοις αὐτῷ ἐνημιόζοντο αἱετοί. Nam Sebastocratori Despotica potestas ab Imperatore decernitur: magnus Domesticus, Cæsar: Cæsar vero cum Despotæ socero Sebastocrator appellatur. A socero vero Cæsari discrimen insigne fecit, quod Cæsaris calcei aureis aquilis intertexebantur*: contrarium sensum reposuit festinus interpres: *Soceri vero illustre discrimen in cæruleis calceis aureæ aquilæ intextæ constituebant.* Sebastocratoris præterea, publicis in acclamationibus, simul cum Imperatoris pronuntiatum nomen audiebatur, quod superior observatio ex Anna Comnena declarat; Cæsaris nusquam: id enim per unius tantum anni spatium Alexio fratri concessit Michael Palæologus, ac ut pariter Imperatoris pene more recuperata Constantinopoli triumphans incederet coronatus, de quo Gregoras laudati libri sect. 5. *ἀνταξίων ἀπέδωκε γάρις Ἀλεξίῳ τῷ Καίσαρι, ὅτι δι' αὐτῦ τοῖς Ῥωμαίοις τὴν τ πόλεων βασιλίδα σωσε ὁ Θεός ἐχαρίσατο. τὸ δὲ ἐπὶ τῷ θριάμβῳ συγχρονηθῆναι πολυανθρωπότατον κ περιφανέστατον κελεύσει τῦ Αὐτοκράτορος, κ ἐπὶ τούτῳ τ Καίσαρα ποιητῦσαι ἐπὶ πάσης τ πόλεως, ὑ μόνον τοῖς τῦ Καίσαρος παρασήμοις κοσμούμενον, ἀλλὰ φορ: τοῦτος καὶ στέφανῳ πολυτελεῖ, ἐ μικρῦ δέον λέγειν βασιλικῷ: ὁ δὴ κ γέγονε. προσετετάχει δ' ἐπὶ τούτοις ὁ βασιλεὺς μνήμης τὸ τ Καίσαρος ὄνομα ἄγεσθαι ὁ μὲν τοῖς τ βασιλέων ἐν τοῖς ὑμνητηρίοις καὶ δίφθοις ἅπασι, πανταχῆ τ τ Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἄρχων ἑνιαυτῦ. ἐ τὰ μὲν τῦ Καίσαρι δ' τυχήματα τοιαῦτα. Alexium Cæsarem pro dignitate remuneravit, cujus opera Deus Imperatricem urbem Romanis restituisset. Jubet igitur triumphum frequentissimum & splendidissimum indici: & Cæsarem cum maxima pompa per totam urbem incedere, non Cæsaris tantum insignibus ornatum, sed etiam pretiosa corona, eaque parum abest quin Imperatoria dicam redimitum. Præterea mandavit ut nomen Cæsaris per integrum annum, una cum Impp. in omnibus Romanis provinciis, in sacris officiis aliisque publicis acclamationibus celebriter memoraretur. Ac Cæsaris quidem felicitates hæc tum fuerunt.*

4. Μέγας Δομέστικος.) Non unus, sed plures Domestici, Ecclesiastici, Militares, Civiles. Hic unus qui μέγας, de cujus nomine & officio pauca, & hinc tantum loco congrua dicenda. Domesticus idem olim qui Procurator, ac numerosæ familiæ totiusque domus curam gerens. Simocatta l. 8. c. 13. *ἀναιρεῖται ὁ Πραισεντῖνος, ὁ τὰς τῦ Πέτρυ (στρατηγῦ) πεπιστευμένος φροντίδας, ὃν Δομέστικον εἰώθασι Ῥωμαῖοι ἀποκαλεῖν. Occiditur Præsentinus cui Petri (Ducis) rei familiaris cura demandata erat, quem Romani Domesticum nominare consueverunt*: hic in fidem suam communia familiæ bona recipit, ac etiamnum hodie in Monasteriis πιστικὸς audit. Artabasdum, Artabasdus alius Copronymi gener Domesticum (Procuratorem intellige) apud Theophanem efficit. Hinc cujuslibet rei vel ordinis Præfectus, ac Præpositus, vocatur Domesticus a Græcis, de quo Joannes Citri Episcopus, *ὁ τὰ Δομέστικα φροντιστήρια κατὰ Λατίνους τ ἐξάρχοντα, τ φροντιστήμενον, τ ἐπισκοπῶν δηλοῖ*. A re itaque familiari ad militiam translata vox, ducem exercitus supremum, & ut loquitur Comnena Alexiados v. *στρατηγὸν Αὐτοκράτορα*, vel ut alii Præfectum Prætorio, quod militares copias sub Imperatore duceret, communiumque rerum administrationem ab eo sibi commendatam teneret, significat. Eadem occurrit primum apud Cedrenum in Theophilo, sub quo Manuel Romanas legiones ducit, Theophobus Persicam: ille vero Domesticus mox declaratur. Legitur quoque primum apud Theophanem in Michaele Rancabe, *μέγας Δομέστικος* Theophilo antiquior. In Irene & Constantino cernitur Antonius quidam Domesticus, cum militaribus copiis ad bellum missus: *ὑ βασιλίσσης ἀπέστειλε τ Ἀντωνίου σὺν τοῖς τάγμασιν*. Antonius idem, *Πατρίκιος καὶ Δομέστικος τῆς σχολῶν*, scribitur in Copronymo: unde conjicio supremum exercitus Romani ducem circa Copronymi ætatem Domesticum, ac paulo post Magni honore adjuncto vocatum, qui prius *στρατηγὸς* ubique audiebat: fatear licet alia iterum vice Domesticum extare in Justiniano 2. at non exercitus, sed *στρατόρων Equisonum* celebrari. Ejus igitur est exercitum educere, & belli res curare: eapropter Michael Palæologus Joannis Angeli fratrem *μέγαν χαροτονήσας Δομέστικον, ἐ τὰ στρατεύματα παραδὺς αὐτῷ, εἰ δόσιν ἐπιτρέψει κατὰ τ αὐτοκράτ Μιχαήλ, magnum Domesticum designatum, traditis exercitibus in Occidentem adversus Michaelem rebellem misit. φροντιστὴς* etiam & *ἐπιμελητὴς δημοσίων πραγμάτων, publicæ rei curator & moderator* ab Auctore memoratur: cujus quidem ac amplioris etiam muneris descriptionem exhibuit Cantacuzenus, ipse magnus Domesticus, lib. 2. c. 5.

Edit. Paris. pag. 22.

5. Ὁ Πανυπερσέβαστος.) De cujus dignitate ab Alexio Comneno inventa præter Zonaram hæc Anna filia. *κατ' ἐκεῖνο δὲ καιρῦ τετίμηται καὶ ὁ Ταρωνίτης καὶ γαμβρὸς ἐτ' ἀδελφῆ τ βασιλέως, Πρωτοσέβαστός, τε καὶ Πρωτοβεστιάριος, μετ' ὀ πολὺ δὲ κ Πανυπερσέβαστος ἀναδείκνυται, καὶ σωτρόφος τ Καίσαρος γίνεται. τ τῶν δὴ ἀξιωμάτων τιὼ καινοτομίαν ὁ ἡμῶν πατὴρ προσεξεύρατο. ξωνδείς: τοῖς δὲ ἐ παραχρησάμενος. τὸ μὲν γὰρ Πανυπερσέβαστος, κ Σεβαστοκράτωρ, καὶ ὅσα τοιαῦτα σωτεθεικέναι παραχρησάμενος φαίνεται· Σεβαστοὶ γὰρ οἱ βασιλεῖς ἀνέκαθεν κοινῶς ὠνομάζοντο, καὶ ὑπὸ ἰδιάζοντος εἰς βασιλέα λεγόμενον τὸ τ Σεβαστῦ ὄνομα: αὐτὸς δὲ εἰς τὸ κοινότερον κατέβιβασε τιὼ τοιαύτιὼ ἀξίαν. Eo tempore Taronites Imperatoris ob sororem frater ad Protosebasti & Protovestiarii gradum provectus est: Modicoque spatio interjecto etiam Panhypersebastus renunciatur, & Cæsaris in honore Comes efficitur. Ejusmodi nominum novitatis pater extitit: eaque composuit: & vocibus abusus, Panhypersebastum & Sebastocratorem aliaque persimilia, facta connexione, adinvenit. Σεβαστοὶ enim communiter audiebant Imperatores, & proprie in Imperatorem cadebat Σεβαστῦ appellatio: ipse vero omnium primus in communiorem usum dignitatem ejusmodi dejecit.* Erat enim, non Cæsare modo, sed & Domestico, Panhypersebastus humilior, unde & Panhypersebastum, a quo sibi metuebat, promeriturus Senior Andronicus ad Cæsaris dignitatem evexit. Gregoras l. 8. sect. 20. *ὅθεν ὁ γηραιὸς βασιλεὺς ὑπὸ δέος μείζονων κακῶν ἀπέστειλε πρεσβείαν πρὸς αὐτὸν, (Πανυπερσέβαστον) ἅμα τῇ πρεσβείᾳ καὶ τὰ τῦ Καισαρείου ἀξιώματος σύμβολα. Quamobrem senior Imperator malorum metu, tum legatos ad eum cum Cæsaris insignibus misit.* Illustriorem tamen a prima sua institutione reddiderat idem Imperator, ut apud Gregoram ipsum reperies libri præcedentis sect. 28. & ut illustrem valde laudat Nicetas in Andronico l. 1.

6. Πρωτοβεστιάριος. Vestiarium adibit qui de Protovestiario sollicitus est. *Vestiarium* nonnumquam *vestitus* est, *res vestiaria, quantum satis est vestium*, sicut calciarium quantum calceamentorum necesse est. Vestiarium in postremis libris Codicis, & in Notitia Imperii accipe, in quo vestes principis conduntur & reponuntur. Moschopulus lib. cui titulus *συλλογὴ Ἀττικῶν ὀνομάτων. βεστιοφράκτης ὁ ῥάπτης. βεστία γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ ἱμάτια, ἐξ ὧ κ βεστιάριον κυρίως ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται. Vestes vendit, qui Sartor. Bestia enim apud Romanos Vestes sunt, a qua dictione proprie vestiarium dices, in quo Regius omnis ornatus asservatur.* Guillelmus Tyrius l. 2. de bell. sac. *Quo facto ex Imperialibus Vestiariis oblata sunt prædicto viro in auro, vestibus, vasis, & pretiosis lapidibus.* Vides in vestiario non *vestes* modo sed & aurum, vasa, lapides pretiosos reponi, unde nonnulli vestiarii, Thesaurique unam acceptionem contendunt? Vestiarius itaque qui hujuscemodi curat, profert, recondit, asservat. Is Βεστιάριος Græcis, ut Zonaræ in Eudocia, Joanni Damasceno Monacho, & aliis: Princeps omnium Πρωτοβεστιάριος de quo in præsenti, cujus nomen jam a Theophili temporibus agnitum apud Theophanẽ, a cæteris deinde Historicis usurpatum, a magnis viris ambitũ. Panhypersebasto nondũ institu-

Digitized by Google

eo, a Domestico dignitate secundus fuit, auctore Cedreno in Constantino Romani F. Νικόλαον γὰρ τὸν πρῶτον αὐτῷ θαλαμηπόλων, Δομεστικὸν ἐφυβάλοντο τῇ σχολῇ τῶν Παρακοιμωμένων. Νικηφόρον δὲ τὸν μετ' ἐκεῖνον τὰ δεύτερα φέροντα, Πρωτοβεστιαρίτην. *Etenim Nicolaum famulorum cubiculi principem, Scholarum Domesticum & Accubitorem creavit: Nicephorum vero secundas post eum tenentem. Protovestiarium.* Ut Domestico proximus, ac rem vestiariam tractans sacras Christi fascias, in Ecclesiastica processione, gestare manibus audet apud Cedrenum in Michaele Paphlagone. ἐγένετο δὲ γενομένης ὡς ἐπὶ μιᾶς ὅλης ἐξ οὗ καταῤῥιγιᾶσαι ὑετόν· λιτανείαν ἐποιήσαντο οἱ τοῦ βασιλέως ἀδελφοί: ὁ μὲν Ἰωάννης βαστάζων τὸν ἅγιον μανδύλιον, ὁ μέγας Δομέστικος τὸν πρὸς Αὔγαρον ἐπιστολὴν τὴν Κυρίου, καὶ ὁ Πρωτοβεστιάριος τὰ ἅγια σπάργανα. *Cum autem siccitas fuisset magna, & totis sex mensibus non pluisset, supplicatum est in humili processu a fratribus Imperatoris gestantibus Joannes sacrum mantile (sive linteum quo Christi facies impressa) magno Domestico epistolam Christi ad Augarum, Protovestiario Georgio sacras cunarum fascias.* Illi ad cubiculum Imperatoris, nec non in ipso sacro cubiculo dormire fas erat. Leo Grammaticus in Michaele Theophili F. ἐνδοθεν δὲ τοῦ κοιτῶνος ὁ Βασιλισπαθάριος τῇ βουλήσει τοῦ βασιλέως ὑπνώσας ἐν τῇ κλίνῃ τοῦ Ῥεντακίου πρὸς φυλακὴν αὐτοῦ. *Erat in cubiculo Basiliscianus, Imperatoris jussu, ad ejus custodiam, in Rentacii lecto accubans.* Erat Rentacius ille Protovestiarius, prius aliquo tempore a Michaele ad monendum de Basilio coronando Patriarcham missus, & vestes regiumque apparatum omnem prolaturus.

7. Ὁ μέγας Δούξ.) Ut officia numquam, ita nec officiorum appellationes temere confundendæ. Quamvis itaque in posteriorum Impp. constitutionibus nuncupentur Duces qui limitibus, militibus, provinciis, & foederatis præsunt: στρατιωτικὸς καταλόγους τῇδε ἱδρύσατο, οἷς δὴ ἄρχοντα εἶσαι ἐφιεῖναι διώρισεν, ὃν Ῥωμαῖοι Δοῦκα τῇ Λατίνων καλοῦσι φωνῇ, de Justiniano ait Procopius ubi de ejus ædificiis lib. 3. *Ibi militares numeros constituit, quibus rectorem, Ducis nomine Latinis vocatum, præsse decrevit.* Dux tamen magnus, de quo hic navale solum sub sua dispositione tenere potest, ac ita vires Imperii cum magno Domestico dividit; ut ipse maris, Domesticus terræ potestatem sortiatur, prout cum Auctore statim cap. 5. legemus. Eam ob rem ubi magni Domestici nomen terrestrium copiarum Duci inditum, de quo nuper conjecimus, tunc vel non multo serius, magni Ducis ut maris Præfectum speciatim indicaret, vulgatum suspicor. Penes Gregoram itaque lib. 7. sect. 6. fides est, ut Atticæ & Athenarum Princeps, cujus ditio Imperii CP. frustulum rescissum fuit, jam a Constantini ætate magni Ducis, ipse Romanis Ducibus allectus, dignitatem fuerit adeptus. Memorat Leo Grammaticus τὸν πλοίμων τὸν Δοῦκα, Magni nomen addidit Nicetas Manuelis Comneni lib. 2. non uno loco: lib. 5. ὁ Μανουὴλ στέλλει τὸν μέγαν Δοῦκα τὸν Κωνταστέφανον Ἀνδρόνικον περὶ τοὺς τεσσαράκοντα καὶ πεντήκοντα τριήρεις ἔχοντα, ὅτι μηδὲ τῷ Βενετικῶν ὁ στόλος ὢν ἐνδεέστερος. *Manuel magnum Ducem Contostephanum Andronicum, cum navibus centum circiter & quinquaginta misit: quibus nec Veneta classis minor erat.* in Alexio Manuelis hujus F. ὥρμησαν ὁ Πρωτοσέβαστος τοὺς πεντεκαίδεκα τοὺς ἐπισήμους τοιαρχίας, καὶ παραδοῦναι αὐτὸν τοὺς ἑκείνῳ χρῆναι γένος ἐγγίζουσι. τὸ δὲ μεγάλου Δουκὸς τὸ Κωνταστεφάνου ἀντιπαύσασθαι, καὶ ὁ στολαρχίας παντὶ τρόπῳ ἐξερχομένου, ὡς αὐτῷ, καὶ οὐχ ἑτέρῳ δύνασθαι φρονιμώτατα ἂν καθ' ὅλην τὴν βούλησιν μετασῆναι. *Cum autem Protosebastus fratres fidissimos triearchas deligere, & cognatos suos classi præficere in animo haberet, Contostephano magno Duce adversante, & præfecturam classis sibi quovis modo vindicante, coactus consilium mutat.* Subditur. καὶ δὴ ὁ μὲν Κωνταστέφανος Ἀνδρόνικος χώρας καθυστέρει τοῦ στόλου παντός. *Contostephanus igitur (ut magnus Dux) universæ classi præficitur.* Isaacii Angeli lib. 3. στέλλει Ἰσαάκιος τὸν ἴδιον ἐξάδελφον Κωνσταντῖνον, ὃν καὶ Δοῦκα τοῦ στόλου ἀπέδειξε. *Constantinum fratrem patruelem cum Imperio ablegat Isaacius, quem classis quoque Ducem creavit.* Anna Comnena, μέγαν Δοῦκα Ἰωάννην μὲν στόλου μεγάλου, *magnum Ducem Joannem cum classe copiosa* in Cyprum refert missum lib. 8. Constantinum Dalassenum facta ad nomen allusione θαλασσοκράτορα *maris principem* a patre Alexio novorum nominum & dignitatum auctore ἀρχαιρεσιῶν *instituto*, ac inferius Δοῦκα Κύπρου nominatum. Meminit etiam magni Ducis Latinus Tyrius l. 20. c. 11. *Misit cum classe Megalducas consanguineum suum*: & l. 22. c. 11. *Alexius Megalducas, qui classi erat præfectus.* Juncta corruptaque sunt hæc verba, ajunt quidam: a quo non edifferunt. Certe non nisi a Tyrio scriptore barbare Megalducas, μεγάλος Δοῦκας vice, pronuntiante connexa: vox μεγάλος trivialis licet, præ μέγας, minus anomala est: fateor Δοῦκας, vice, Δούξ, grammatico jure recentiore scribi.

Edit. Paris. pag. 23.

8. Ὁ Πρωτοστράτωρ.) Stratorum erat equum fræno tenere, & conscendenti magistratui opem ferre. Spartianus in Caracalla. *Cum illum in equum Strator ejus levaret.* Paulus Diaconus de gestis Langobard. *Equus quamvis hinc inde a Stratoribus verberibus cæsus, non poterat elevari.* ἱπποκόμους, eos dixere veteres Græci, διὰ τοῦ καλεσάμενος τοὺς ἱπποκόμους ἐκ τοῦ ἵππου ἐπιβὰς, πρὸς τὸν Κομνηνὸν ἐφέρετο τροπαίως ἤλατο: *Stratoribus vocatis, & equo conscenso, viam qua ad Comnenos iret, aggressus est:* Στράτωρας, recentiores. Theophanes. μετὰ σπαθαρίων καὶ Στρατώρων τινῶν, καὶ ἑτέρων βασιλικῶν ἀνδρῶν. *Cum Spathariis, & Stratoribus, & aliis Regiis Domesticis.* Eorum primus Πρωτοστράτωρ. Cedrenus in Theophilo. Μιχαὴλ ἱπποκόμων ὁ πρῶτος γενόμενος, Πρωτοστράτωρα τοῦτον φασί. Eadem fere Curopalata apud Meursium. Theophanes in Michaele Theophili Filio. τοῖς οἰκείοις ἱπποκόμοις Βασίλειον ἐπέστησε: Πρωτοστράτωρα τοῦτον οἶδεν ὀνομάζειν ἡ Ἑλλήνων κοινή. *Propriis Stratoribus Basilium præficit Michael: Protostratorem vocare usitatus dicendi mos consuevit*, eadem ad verbum ex Theophane Zonaras Ann. 3. Alio nomine ἱπποκόμων στρατάρχην vocavit Cedrenus in Michaele Rancabe, Κόμητα τῶν ἱπποκόμων in Isauro Leone: Δομέστικον quoque τῶν Στρατώρων, *Stratorum Domesticum* dixit in Justiniano 2. Theophanes: ibidemq; Πρωτοστράτωρα τῆς ὁλκάδος memorat, alium tamen a Regio, comitatus nempe ὁλκάδος vocati, Stratorum primum. Magnum quoque scripsit Phranzes: at ubi decrescebat Imperium. Acies Protostratorem sæpius legimus duxisse apud Cedrenum, Zonaram, Gregoram & alios. Senatoria dignitate claruisse discimus ex Cantacuzeni l. 1. c. 15. πρὸς θύραις ταῖς σαῖς ἑστήκασι τῆς συγκλήτου τινές: *ad fores conclavis quidam e Senatu astant:* illi, Domesticus & Protostrator erant.

9. Ὁ μέγας Στρατοπεδάρχης. Is non alius quam Tribunus, qui militum causas definit, crimina etiam leviter castigat, flagellisque cædi jubet, & absente exercitus præfecto, in milites animadvertit, vigiliarum & profectionis tesseram dat. *Si miles crimen aliquod admiserit*, ait Vegetius l. 22. c. 9. *auctoritate præfecti exercitus, a Tribuno deputatur ad pœnam. Arma militum, vestes, equi, annona, ad curam ejus pertinent. Disciplinæ jus, & severitas exercitus, non solum peditum, sed etiam equitum legionariorum præcepto ejus quotidie curatur: ipse autem custos & diligens & sobrius, legionem sibi creditam, assiduis operibus, ad omnem devotionem reformat & tudastriam, sciens ad præfecti laudem subjectorum redundare virtutem* Στρατοπεδάρχῃ vero Tribunum esse declarat Theophanes in Joviano, quem eumdem Τριβοῦνον, deinde, Στρατοπεδάρχῃ, mox Χιλίαρχον appellat: ultima quoque voce hoc officium ejus explicat Cedrenus, quem Domesticorum præfectum Marcellinus, eorumdem Primicerium scribit Hieronimus in Chronico. Στρατοπεδάρχῃ castrorum curam gessisse ex nomine scribunt alii, quibus assentior, id enim quoque muneris præstitit: auctoritatem, & alia ad caput quintum proferam. Eumathium ut Cyprum recuperatam tueretur Stratopedarcham ab Alexio creatum refert Anna filia l. 8. δεῖν ἐγνω Ἀλέξιος τὰ κατὰ Κύπρον ἐπαναλίσκεσθαι, καὶ τὸν Φιλοκαλέα Εὐμάθιον τὸν ταύτης ἀναδέξασθαι φρουρὸν Στρατοπεδάρχῃ προχειρίσατο, καὶ πολεμικὰς δεδωκὼς αὐτῷ καὶ ἱππότας, ἐφ' ᾧ τὰ κατὰ Κύπρον ἀμφί τε θαλάσσης ἐπ' ἠπείρου ἀσφαλίζεσθαι. *Cyprum communire congruum judicavit Alexius: unde & Eumathium Philocalem, commisso ei custodiæ cura Stratopedarcham instituit, & bellicas naves & equites concessit, quibus Cyprum terra marique protegeret.* Explicat Logotheta στρατοπεδάρχῃ voce Turcica jam Græcis satis familiari Πελάρχαν: Leunclav. Peclarpax ait esse Bleger-beg: quem exponit *Prætorem, præsidem*, & tandem *supremum castrorum principem*;

Digitized by Google

additque vocem Græcam στρατοπεδάρχλω. Magnum hunc Stratopedarcham quatuor minoribus præfuisse scribit Meursius, at non magnus semper qui aliis præest, sed qui officio præstat.

10. Ὁ μέγας Πεμμικήριος. Si Primicerius ex Svida, πρῶτος τάξεως τῆς τυχούσης, *in unoquoque ordine primus*, ex Heraclio in Novell. lib. 2. Juris Græc. ἐν ἑκάστῳ τάγματι πρῶτος, *series cujuscumque caput*, ut inter Cantores, de quibus superiori cap. inter advocatos, de quibus Jus Græc. pag. 225. prior est *Primicerius*: an ita hic magnus inter varios Imperii Primicerios, ut cunctis imperet? Affirmat, ut nuper de Stratopedarcha Meursius. At cum alius sit in aula Primicerius (Πεμμικήριος enim & κῶλις legitur frequentius in sequentibus) ideo *magnus* hic, quia illi cæteris quæ præeminet: & ea causa *Primicerius*, quod ut infra scribit Auctor, sit ὁ τὸ φοιδεράτων κεφαλὴ & βασιλικῆς συντάξεως, *in exercitu Imperatorii comitatus, seu ministerii, princeps*; qui vulgo Aulici ministerii cum potestate curator, *le grand maistre*. Favet voci data a Gregora interpretatio lib. 7. sect. 8. *Primicerium* enim quasi primum κῶλιον, & aptius μέγαν κῶλιον vertit ὃ μὲν δή ἐστιν ἔξ τούτων παραφθορέν τινα τῷ μακρῷ χρόνῳ ταυτότε ἀμυδρὰς τοῖς ὑστεροφυέσι τὰ πολλά. & γάρ τοι τὴς Βοιωτίας & Θηβῶν ἀρχηγὸν, ἀντὶ μεγάλου Πεμμικηρίου, μεγάλαν κῶλιν ὀνομάζουσι νῦν, εἰς τοῦτο παρηχθαίνα & φωτὶ συναβῶν. *Nomina enim quæpiam corruptionem temporis processu passa, veritatem obscure subindicant. Bœotiæ siquidem & Thebarum principem magni Primicerii vice, μέγαν κῶλιν, magnum Dominum nunc vocant, & eo quod prima syllaba (vocis κῶλις) immutata est, ad hujusmodi innovationem deflexerunt.* Quod vero præmittit Bœotiæ principem jam a Constantino Primicerii nomen adeptum nullam apud me fidem meretur.

11. Ὁ μέγας Κομεστάβλος.) Habuerunt Romani *Comites stabuli Imperatorii*, de quibus Paulus Diaconus lib. 17. & L. 29. C. Theodos. de Annona & Tributis lib. 11. Græci pariter etiam vocibus consoni, Baduarium Justini fratrem Κόμητα τῆς βασιλικῆς σκύλης, aliumque Anonymum, eadem appellatione insignitum apud Theophanem, & Leonem Grammaticum in Theophilo jactant. Ab iis vetusti Franci Regiorum stabulorum Comites *Connestables*, Græci recentiores suos Κονεστάβλους, Κονσταύλους, vel Κομεστάβλους deducunt: Hos tamen ab istis. Rem paucis aperio. Comites neoterici Κόντους (ne κόντους hoc est *breves* dixeris) appellant; ut Nicetas in Andronico lib. 1. ἐκοινῶ τοῖς στρατηγοῖς ὀπτατόμενος, ὃς Κόντας ἔστη τις ἐν Δατίνῃ ἡγεμὼν χρώμενος. *Præfectis quos Comites Latinæ linguæ vocat usus: Stabula*, σκῦλα vel σκῦλη: Moschopulus ἱππῶνας, ἱπποστάσια, σκῦλοι: ex utroque nullo negotio Κομεστάβλους creatur. Ex Gallico *Connestable* deduxisti, inquies. Dictum volo, Franci namque, ut Christianorum bono nati, ea qua gaudent in exteras regiones excurrendi licentia, frequentius a Græcis, fidem in Saracenos propugnaturi, stipendia promerebantur (ut Ruselius ille qui quadringentis Francis apud Curopalatem & Annam Comn. adjunctus, Græcorum exercitum ducebat) ducemque suum, non nisi appellatione apud suos colenda, dictum voluerunt. Qua vero *stabuli Comitis* vulgo *Constabulario* honoratior esse potuit, aut sibi decentior, τῷ *Connestable*? En ut ad hanc vocem, velut in fontem Græci referant suos Κομεστάβλους, inter quos Gregoras, & Chalcondyles, Κονεστάβλους pronunciant: dictionem tamen apud auctores Alexio Comneno superiores, nec dignitatem eo priorem reperias: At de Comite stabuli vel Contostaulo, ceu Francorum duce, testatur Auctor c. 5. *Edit. Paris. pag. 24.*

12. Ὁ μέγας Λογοθέτης.) Λογοθέτην a Cyrillo, & a Chrysostomo de Pœnit. ac primum a Cedreno in Anastasio memoratum, verum in alio, quam qui pertractatur sensu reperio: præsens enim est, non qui ærarii, sed qui publici regiminis *rationes ponit*. Magnus namque Logotheta cum Imp. communis boni rationem habet, res unde Reip. commodum & simul Principis thesaurus augescit, administrat, & denique cunctis provident. De illo Gregoras, ubi de Muzalone lib. 6 sect. 2. λῦ ὁ Μυζάλων (Λογοθέτην) τῷ βασιλεῖ παραδυναστεύοντα πότε, καὶ τοῖς βασιλικοῖς καὶ δημοσίοις μασταδίοις ἐπέχοντα, καὶ παρὰ τ βασιλέως μεγίστην καρπούμενον τιμὴν αἰδοῦς, ἧς τὰ σοφίσματα καὶ γνῶσις μακρὰν καὶ ποικίλην ἐμπειρίαν πραγμάτων μὴ φροντίσεως ἴσχων. *Erat Muzalo* (Logothetam prius dixit) *vetus Imperii particeps, atque in Imperatoriis & publicis negotiis versabatur, & maximo in honore, ab Andronico, ob senectutem & virtutem, & longum ac varium rerum usum cum prudentia conjunctum habebatur.* Nicetas ubi de Hagiotheodorite, in Manuele lib. 1. μᾶλλον δὲ μεσίτην τε καὶ τ αἰτίων ὑπὸ ῥητορικῆς ἐπιταγμάτων τ Ἁγιοθεοδωρίτην τίθησιν Ἰωάννης. καὶ δὴ τῷ προσώπῳ τ βασιλέως ἀεὶ ἐπόμενος, καὶ τὰ τούτου ἐντάλματα, ὅσα καὶ ἐφορίους ἐκ χρείττονος μοίρας δεχόμενος. *Facit Joannem Hagiotheodoritem curatorem, & conciliatorem atque administrum constitutionum Imperatoriarum. Et is quidem semper apparebat Principi, & in conspectu ejus agebat mandata ejus, & jussiones ex potiori parte ipse exequebatur.* Curopalates in Michaele Parapinacio. εἰς τὸν τ κοινῶν διοίκησιν καταστήσαμενος, Λογοθέτην αὐτὸν ἀναδείκνυσι: *Reipublicæ administrationi præfecit, Logothetam declarans.* Is non absimilis summo Regii publicique juris administro, quem supremum Cancellarium, Græco Niceta teste, vocamus. ὅπερ ὁ μὲν τὸν οἰκεῖον, εἰς ἣν Δατῖνοι βύλαται φωνὴν Καγκελλάριον, ita scribit ejusdem Manuelis lib. 7. εἰς δ' ἕτερος αὖτοις Λογοθέτην, (ὃν δὴ ἦτος ὁ Μαγόντιος ἐπίσκοπος) ἐπεμψεν. *Ille quidem proprium, ut vox Latina fert Cancellarium, ut vero Græci dicerent Logothetam (erat ille Moguntinus Episcopus) misit.* Fax alia, qua vox illustretur, mihi superflua est. Animadverte modo Logothetam prius fuisse, qui publici ærarii Quæstor vocatur, de quo sensu nos infra, ubi Logothetam τῆς γενικῆς, exponemus. μέγαν hunc Λογοθέτην ante Alexii tempora vix auditū scio: δουκικὴ vocem ejus munus apud antiquos significasse fateor: ac tandē eum ab Imperatore his verbis institutum: *Tu magnus Logotheta esto*; quæ sibi dicta Pharanzes asserit, quamvis clam ita creatus pro more officii Imperatorem venerari ac publice adorare vetitus fuerit. Cæterum an hic μέγας Λογοθέτης, idem sit qui τῆς Συκλήτου, & amplissimi Senatus caput, mihi pene indubium: ubi enim hujus mentio, de illo altum fit silentium, ac cum magnus ille personat alius secrete latitat: an non ideo quia binominem diversis temporibus se fecit hæc dignitas? Certe scrupulum omnem a tervenda sententiæ hujusmodi semita Nicetas amovet in librorum titulo quo se Λογοθέτην τῆς Συκλήτου καὶ τῶν κριτῶν, Secreti Logothetam & Judiciis præpositum & in Marzuphlo, ἐπὶ τ ἄκρου τῶν συγκλήτου βατῆρος, καὶ ἐν τοῖς Συκλήτοις Λογοθετῆσαι, in summo Senatus solio consedisse, & in Secretis judiciorum rationem supremam habuisse affirmat; At quid hoc aliud quam magnum Logothetam egisse? Logothetam insuper & Urbis præfectum jubet Anastasius referente Cedreno in ejus vita, conscenso ambone Acephalorum hæresim proclamare: Quid hoc aliud quam Senatus præsidem, populique rebus præpositum eidem voluisse favere, & auctoritate publica confirmare? Logothetam Secreti Annæ Comnenæ lib. 3. & apud Nicetam statim sub historiæ limine, & in Isaacii Angeli lib. 3. lego: magnum Logothetam apud Nicephorum Gregoram, & eo posteriores: Logothetam nude sumptum vel τῆ γενικῆ addito, apud omnes Niceta scriptore superiores.

13. Ὁ Πρωτοσέβαστος.) Inauditum ante Alexii Comneni tempus nomen: ac ubi eum Sebastocratoros & Panhypersebasti consortium Anna filia narrat lib. 3. ibi generum Taronitem Protosebasti & Protovestiarii dignitate auctum, Adrianum vero fratrem, Protosebastum Clarissimum, vocatum, refert: ὁ Ἀγχιάλου, ὁ εἰδοκὸς τῇ πρωτοσεβάστῳ Πρωτοσέβαστος ἐξαίτου τεθρυλλήτατος: mox absque medio subdit. τούτων δὲ ἦν ἐξ ὑμαίτων & καινοτομίας ἡμῖν πατὴρ προσεδέρατο: *dignitatum hujusmodi novitatis pater meus auctor extitit.* Alios Protosebastos Protovestiarii dignitate conjuncta, Nicetas, Gregoras, Cancacuzenus recensent. Ad Alexium & Annam redeo. Ipsa ubi Venetos bellorum socios, donis & honorum cumulis a patre compensatos narrat; ipsum Reip. Ducem Protosebastorum dignitate & stipendiis, Patriarcham vero Perveneranda appellatione collato non illiberali donativo, cohonestatum scribit. Verba ejus sunt, ὃς δὴ τοσοῦτον τότε ἐπεφλέμησε δωρεῶν & τιμῆς, ἡ εἰνὶ & Δόκα Βενετίας τῷ δὴ Πρωτοσεβάστῳ ἐξαίφνης μετὰ & ῥάγας ἐστέμματον. Τετάρτιον δὲ ἡ & C iij

Πατριάρχαι αὐτῷ ἤλειφον μετὰ τῆς ἀλογοῤῥόγας. Nuſquam tamen erat ἀλογοῤῥόγας, nec in rationem militabat: cum Venetos, ut ſui Patriarchæ ſuſtentarent inopiam, pauco retro tempore anno videlicet 1073. Gregorius ſeptimus Pontifex Romanus litteris fuiſſet hortatus, de quibus Baronius illo anno nu. 51. Protoſebaſti pileus erat viridis, ut c. 4. legemus, viridiſque liquor ei proprius, quo ſicut Imperator rubro, ſignandi poteſtatem nactus eſt. Nicetas de Alexio Protoſebaſto in Alexio Manuelis F. δόγμα ἐκ βασιλέως ἐξεμήνυτο. μὴ ἄλλως δὲ παράδοτα οἰέσθαι ὅσα ἡ βασιλικὴ χεὶρ ὑπεσημήνατο γράμματα, εἰ μὴ πρότερον ἐφθείη τῷ Ἀλεξίῳ, ἢ ἅπαν τὸ δεκτὸν τῷ βατραχείῳ ἰοειδὲς χρώματι τοῦ τοῦ ἐνυδρου ἐπισημασίαν βραβεύσειν. *De mandato Imperatoris tum lita edictum, quo ne rata forent, Imperatoris manus ſignata, niſi prius ab Alexio recognoſcerentur, ſanctum erat: ut ita intincta viridi colore ejus manus rubræ Imperatoris ſcripturæ omne robur adderet.*

14. Ὁ Πιγχέρνης.) *Pincerna*, Latinis dictio cognita, ex qua, ut rentur quidam, Græcobarbara Πιγχέρνης: at ſi mihi fidem non omnino dempſeris, ipſa Πιχέρνης Germane Græca eſt, quaſi ἐπὶ χέρνης. *poculis Præfectus*. Scis verbum χεράσμαι vini temperandi vel miſcendi ſignificantiam adeptum, cujus vice χέρνῳ profert vulgus, ab eo χέρνη *pocillatio*, & *præbendi calicis miniſterium*, ac ὁ ἐπὶ χέρνης, *pocillationi, ſive poculis Præpoſitus*: exinde duabus in unam contractis dictionibus fit per aphæreſim Πιχέρνης, ex affinitate ad Latinum Pincernam, etiam Πιγχέρνης vocatus, qui Cedreno in Theophilo οἰνοχοεύς, Niceteæ lib. 1. Alexii κυλικάρχης, lib. 1. Andronici ὁ ἐπὶ χερασμάτων (*vinum χρασὶ* ſive *χρασίαν* hodie dicunt) & Manaſſi denique ὁ ἐπὶ χέρνης ſcriptus. Ita me Deus amet, vates fuit Gretſerus, his enim madida adhuc charta vix exaratis characteribus, in eo primum legi: *paulo poſt exurget, qui diviſim legat*, ὁ ἐπὶ χέρνης.

15. Ὁ Κυροπαλάτης.) Vox in Græciam ſerius invecta, a Latinis primum inventa, *Cura Palatii*, qua is magiſtratus intelligitur, qui *Palatii curam* agit, & *Curator Palatii* nuncupatur in nonnullis editionibus Cod. Theod de Comit. & Trib. Scholar. lib. 6. eumdemque reor, quem Theophanes in Mauricio celebrat Κυράτωρα τῶν βασιλικῶν οἴκων. *Regiarum domorum curatorem*: ad cujus dignitatem, ut Imperatoriæ proximam, ſummos viros vel aſpiraſſe, vel evectos fuiſſe, memorant hiſtoriæ. Juſtiniani nepos Juſtinus Κυροπαλάτης, ita ſcribit Theophanes, *Ex Cura Palatii* (dictio Marcellino propria) conſcendit Imperium. Leo nuncupatus Iſaurus Artabaſdum data in conjugem filia, Curopalatem fecit, ex eodem Theophane, qui Mauricium quoque nepotem Domentiolum eo titulo refert auxiſſe. Hunc honorem Domentiolæ fratri contulit Phocas, ut Cedrenus in ejus vita, & pariter germano Theodoro Heraclius, ut Nicephorus in Breviario. Michael S. Ignatii pater ex Curopalate factus eſt Imperator. Bardas Ignatio infenſus ſummam ambiens poteſtatem, Curopalates primum, tum Cæſar eſt ſalutatus. De ejus inſignibus & miniſteriis ſuo loco: plura & diverſa reperies apud Meurſium, Gretſerum, Bulengerum, Fabrotum in Cedreni Gloſſario, Dempſterum de Antiq. Rom. lib. 1. c. 4. Savarum in Sidonii Apollinaris carmen 23.

Edit. Pariſ. pag. 25.

16. Ὁ Παρακοιμώμενος τῷ σφενδόνης.) Anulos ſignatorios ſive ſigilla in anulis adhuc poſtremis ſæculis Impp. geſtaſſe declarat Nicetas tum in Joanne Comneno ſtatim ſub hiſtoriæ ſuæ limine, quo ipſe, ὡσπερεὶ τὸν κοιτῶνα τὸν παστικὸν. καὶ προσιὼν ὡς δύσιν ἁρπάσων, ὑφαιρεῖται λίθον τῆς ἐκείνου χαρᾶς τὸν σφραγιστήριον δακτύλιον, *paternum* Alexii Comneni *cubiculum ingreſſus, & ta inquam morbum deplorare vellet, proſtratus, anulum de ejus manu ſurripuit*: tum in Alexio laudati Joannis nepote ad calcem, ubi eo crudeliter obtruncato auris abſciſſa ſubula perforatur, trajectoque filo, & appoſita cera, Andronici tyrannidem invadentis anulo ſignatur: τετρῆται ὀβελίσκῳ τὸ οὖς: καὶ κηρὸς ἐξαφθείσης χειρὸς περιπλασθείς, τῷ Ἀνδρονίκου σφραγιστηρίῳ ἐνσημαίνεται δακτυλίῳ. Anulus ille, & quodvis aliud ſigillum σφενδόνης nomen accepit. σφενδόνη, inquit Svidas, ἡ τῷ δακτυλίῳ περιφέρεια: ἢ ἡ εἰς λίθου ἐπιβολὴν ἐπιτήδεια χρῆσις: *orbis anuli, vel ad lapidis immiſſionem locus in anulo commodus*. Illius anuli, & cujuslibet alterius Regii ſigilli cuſtos, fores ejus, in quo reponitur, loci obſervat, ad illas ſedet, moratur, vigilat, & pro excubitorum more etiam ſomnum capit, παρακοιμώμενος & σφενδόνης, *Regiæ ſignaturæ antiſtes, ſacri erarii exarchus, Garde de ſeaux de l' empire*: ſequitur.

17. Παρακοιμώμενος τῷ κοιτῶνος.) Exponit Conſtantinus Manaſſes: παράκοιτον καὶ φύλακα τῆς βασιλικῆς κλίνης: *Accubitorem cuſtodemque Regii cubiculi*: ſub cujus diſpoſitione erant φύλακες καὶ φρουροὶ, de quibus Nicetas, *qui ante fores excubabant*, & Imperatorem cuſtodiebant. οἱ μὲν γὰρ σωματοφύλακες καὶ δορυφόροι ἔτοδέν που τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος νυκτὸς κατύπαζον. *nam ſatellites & qui haſtis armati incedebant procul ab ejus cubiculo cubabant*, ait ille in Andronico lib. 2. ergo iſti propius, ad fores nimirum principis, ac juxta cubiculum, qui hac de cauſa κοιτωνῖται, a Leone Grammatico; & φύλακες a Zonara dicuntur in Theophili vita; a Niceta in Joanne Comneno οἰκίδιοι καὶ φύλακες: a Theophane in Juſtiniano, κυβικλάριοι ἐ σπαθάριοι. Armati quippe Spathis ſacrum cubiculum obſervabant. Eam ob rem ſomnio quodinteritus fuit oraculum exterritus Mauricius apud Theophanem, δεσπότης ἐκάλεσε τὸν Παρακοιμώμενον αὐτοῦ, *vigilans Accubitorem præcipuum excitavit*, ut qui dormienti principi juxta nomen excubias agens accubaret.

18. Ὁ Λογοθέτης τοῦ γενικοῦ.) Lucem ſibi mutuam accendunt hæ voces. Γενικὸν, locus eſt Conſtantinopoli, quo jus tributorum ſubditi exolvunt, & negotiatores vectigalia penſant, quem Zonaras periphraſtice τὰ ἀρχεῖα τοῦ φορολόγου λογοθετοῦντα ſcripſit in Conſtantino Duca, de quo Cedrenus in Baſilio. ἐξ οὗ τὸ λεγόμενον Γενικὸν κατιὼν τὸν ἱσπραττομένων ἐπόπτευε παρὰ τοῦ δημοσίου, μήτι τι ἀδίκως εἰσπράττοιτο, καὶ οὕτω τοῖς ἀδικουμένοις ἐπήμυνε. *Et deſcendens ad Genicum, erarii ſedem, eos qui ab erarii miniſtris vectigalia exigerentur, ne quis quid injuſte perſolveret, ſpeculabatur, ac ita iniuriam paſſis opitulabatur*. Γενικὸς exinde portorii vectigaliumque *exactor* eſt, ut ajunt, *Generalis*. Svidas v. Γενικός. Ἀνασάσιος βασιλεὺς Ῥωμαίων αἴδομενος πολλὴν Σαρακηνῶν ἀρχεῖα καὶ τόλμαν, ἰσάνγλιον ἐφίστησιν ἡγεμόνα τοῦ πολέμου διώκοντα τὰς μεγάλας ἐκκλησίας, καὶ λογισμὸν καὶ φόρον, ὃν Γενικὸν καλοῦσιν. *Anaſtaſius Romanorum Imperator Saracenorum claſſem in urbem parari præſentiens Joannem Eccleſiæ magnæ Diaconum tributorum computatorem Genicum vocatum, belli Ducem inſtituit*. Cedrenus quoque Nicephorum Exgenicum ἐκ τοῦ Γενικοῦ, vel ut ſcribit Curopalates ἐκ τοῦ Γενικῶν, Imperatorem factum teſtatur in hiſtoriæ limine: hic ipſe audivit γενικὸς Λογοθέτης, qualem quoque Theodorum iniquiſſimum Monachum reperies apud Theophanem & Cedrenum in Juſtiniano poſteriore. Jam quo conſtet Logothetam hunc a Cancellario longe diverſum, nec ejus aut ſimilis alterius munere fuiſſe implicitum, ſed ſummam erarii præfecturam geſſiſſe: Obſervo λόγου *computum*, *ratiocinia*, *rationem fiſcum*, æque ac alia referre, qua de cauſa dixit Theophanes in Copronymo. τὰ δὲ λεγόμενα πατρωνικὰ ἦν ἐν Ῥώμῃ ναοῦ τῶν ἁγίων καὶ κορυφαίων Ἀποστόλων, τὰ ἐκπαλαι τελούμενα τάλαντα τρία ἥμισυ, τῷ δημοσίῳ λόγῳ τελεῖσθαι προσέταξεν. *Dicta vero patrimonia Eccleſiarum ſanctorum & Coryphæorum Apoſtolorum, talenta nimirum cum medio talenta, publico ærario pendi, in fiſcum referri, publicis rationibus accenſeri juſſit*. Λογοθέτην, ἐπὶ τοῦ λόγου, publicas rationes componit, quo pacto Cyrillus τελωνάρχας, & πρακτορικιαίους, λογοθέτας annumerat, & λογοθετῆσαι *rationem reddere, ratiocinia inſtituere* ex Photio reddidit Stephanus. Eam ob rem rapax, & iniquus Logotheta Theodotus ſcribitur a Theophane, ἀντὶ τοιούτων πλείστων τῆς πολιτείας ἄρχοντας, καὶ ἐμφρονεῖς ἄνδρας, εἰκῇ ἐκ τῆς δεκάπρωτ μόνον, ἀπὸ εἰκῇ τῆς δ τόλμης οἰκητόρων, εἰκῇ καὶ μέτρῳ ἀποφάσεσι ἐπιστήσας καὶ ἐκτάξεις καὶ δημεύσεις ποιούμενος: *A pluribus Reip. proceribus illuſtribuſque viris, non qui agros modo & rura, ſed & qui præcipuam Imperii civitatem incolerent, indicta cauſſa, nullo demerito, abſque rationis prætextu pecunias exigere, multas eis imperare, bona publicata rapere*. Apud eumdem Nicephorus Phocas avaritiæ rapacitatique deditus Imperator, ἐκέλευσε Νικήτᾳ Πετρωνᾷ καὶ γενικῷ Λογοθέτῃ τὰ δημόσια τέλη & ἐκκλησίας καὶ μοναστήρια ἀναβιβάσαι: *Nicephorum Patricium & Genera-*

Digitized by Google

lem Logothetam, ab Ecclesiis & monasteriis publica vectigalia exigenda, adaugere jussit. Alius Nicephorus ipse Logotheta, referente Curopalate ad historiæ calcem, inquisitur ab adversariis περὶ τῶν βασιλίδι ἀφορόντων χρημάτων, *de pecuniis ad Regiam urbem spectantibus.* Subdit: οὐ τοσοῦτον ἐμέλετο αὐτοῖς τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν: *non quod iis tantum curæ forent Regii thesauri,* quam ut Logothetam sibi infensum e medio tollerent: ad eum siquidem, ut hoc ex Theophane addamus tumuli gratia, pertinent τὰ τοῦ γενικοῦ λογοθεσίου πράγματα *generalium computorum negotia quævis,* & ut idem inferius habet δημόσιοι τῶν λογοθεσίων κώδικες, *publici computorum libri,* δημόσια χαρτοθήκια, *publica rationicinorum scrinia.* Illi ministri ascribebantur ἐκλήκτορες τῶν δημοσίων φόρων, *vectigalium receptores,* de quibus Theophanes in Justiniano posteriore; διοικηταί, *thesaurarii,* eidem & Paulo Diacono dicti in Leone Isauro, ἐξισωταὶ *pendendorum exæquatores,* quos memorat Cedrenus in Basilio, & alii. Ultimi inter generales Logothetas Theodori Metochitæ merita & honores, quem hic auctor memorat, reperies descripta Gregoræ lib. 7.

19. Ὁ Πρωτοβεστιαρίτης.) Errant, qui Protovestiarium & Protovestiaritem unum putant, quibus, sub non absimili penitus nomine, munus & ordo penitus diversa. Βεστιαρίτης *Cubicularius* est, cujus onus, ut vestibus sibi a Vestiario prolatis principem induat & exuat: Indicat id Βεστήτορες *Vestitoris* dictio Latina, prioris vice posita: ubi enim scribit Cedrenus Justiniani anno 22. ἀπώλεσαν οἱ Βεστιαρίται τὸ σίμμα τοῦ βασιλέως, Theophanes habet ἀπώλεσαν οἱ Βεστήτορες τὸ σίμμα τοῦ βασιλέως. Euchologium. ἐπαίρει τὸ χλαμύδιον ὁ Πατριάρχης, καὶ ἐπιδίδωσιν αὐτὸ τοῖς Βεστήτορσιν (ita scribit illud) καὶ τλῶ φίβλαν. *Tollit Clamydem Patriarcha & Cubicularius tradit, ac pariter Phiblam.* Πρωτοβεστιαρίτλω itaque *Regii cubiculi magistrum,* sive *Regiorum Cubicularium principem* interpretabere: eumque opus ἀδιάπτωτον jam referendum εἰς οἶκον βασιλέως φρίττειν, *in Imperatoris cubiculo ministrare,* describit.

20. Ὁ Δομέστικος τῆς τραπέζης.) Præfecturam ac primatum super ejusdem ordinis reliquos constat ex dictis superius Domesticum sortiri. Qua de causa Domesticus mensæ, & ut Gregoras l. 8. sect. 7. habet, ὁ τοῦ Δομεστίκου τῆς τραπέζης τῆς βασιλικῆς σιμνωόμενος ἐπιπλήσσει, censebitur is, quem Pancirollus in notitiam Imperii Occidentis cap. 44. Castrensem sacri Palatii vocat, qui mensam Principis & totum Palatium curat, quem nos *magnum hospitii Magistrum* Regiæ mensæ structoribus præpositum, ac in cæteros aulæ Regiæ ministros jus exercentem, conspicimus. *Edit. Paris. pag. 26.*

21. Ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης.) Qui τραπεζοποιός, *mensæ structorem,* ac dapiferum, τὸν τῆς πάσης περὶ συμπόσια παρασκευῆς ἐπιμελούμενον, ex Hesychio intelligimus, cujus officii titulo, jam a Constantini temporibus, Russiæ principem in Imperatoris Palatio gavisum auctor est Gregoras l. 7. At certe unus est testis ubi ait. ὁ δὲ Ῥωσικὸς ἡγεμὼν τλῶ τε σάσιν καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης παρὰ τοῦ μεγάλου κεκλήρωται Κωνσταντίνου.

22. Ὁ μέγας Παππίας.) Abblandientium & balbutientium puerorum, patres & seniores appellantium, vox est, παππίας. Eustathius in Iliados 5. καὶ βρέφος προσφωνοῦσι, καὶ καὶ ἀναδιπλασιασμὸν πάππας καὶ παππίας: *puerili loquela, & geminata syllaba dicimus* (nimirum vice (πάππας & παππίας Ille Monachus apud Palladium in Lausiacis blande, παππία δῶλες φάγωμεν ἄρτυ κλάσμα, *Patercule, vis fragmentum panis comedamus?* Et ille alius: τί μυτῆς καὶ ἀδημονεῖς παππία; *Quid tristaris & conturbaris Patercule?* A privatis domibus & familiis Aulæ CP. reddita familiaris vox, fidum & seniorem significat ministrum cujus custodiæ Palatium committeretur, & integritati claves noctu traderentur asservandæ. Ita me monet Georgius Coresius in rescriptis: nec temere, aut ignare: Constantini namque Manassis auctoritate fulcitur.

Πρὸς ἧς οἴκων φύλακα ἧς ἐν τοῖς ἀνακτόροις,
Παππίαν λέγομεν αὐτὸν καὶ Ῥωμαίων γλώσσαν.

Ad ædium custodem in Regia suarum, Pappiam eam dicimus, juxta Græcorum (alii dicerent Latinorum) *dialectum.* Addit Coresius idem Aulæ Clericis Palatinisque Ecclesiis fuisse præpositum ac Protopapæ (Archipresbyterum intellige) nonnumquam munere donatum. Egregie. Nam & pro hujusmodi sententia hæ militant auctoritates. Prima, Irenes devotæ Imperatricis in lecto duas imagines reperit impius conjux Leo Copronymi F. ait Cedrenus, quas inquisitione facta, θρὶν ὅτι ὁ Παππίας τοῦ παλατίου εἰσεκόμισεν αὐτάς, *a Pappia Palatino deprehendit allatas;* a Clerico utique fidem & cultum imaginibus servante. Altera: Leoni Armenio necem illaturi Michaelis Balbi socii, Sacerdotum ornatibus assumptis, simulataque religionis specie, simul cum Palatinis Clericis matutinas laudes in Palatio decantaturis admissi sunt: τῇ νυκτὶ ὁπλισάμενοι, ἐνδοθεν τὰ ξίφη φοροῦντες, τοῦ Παππίου ἀνοίξαντος εἰς οἱ ἱερεῖς, μετὰ φελωνίων εἰσῆλθον: *noctu* inquam, *armati,* gladioque *sub vestibus ferentes, Papia januam aperiente, ut alii sacri viri, sacris quoque vestibus ornati in Palatium ingressi sunt.* Papias itaque, ceu eos admittere solitus, ex eorum numero fuit unus. At cum Papiæ dignitate promoti (quod nefas Ecclesiasticis, ut optime differit Anna Comnena) acies eduxerint in hostes, & frequenter cum eis manus conseruerint, frustra Clero conjiciuntur allecti; quin a Clero quoque alieni sacras imagines inferre, & Palatii portas Clericis, non segnius quam ipsi, reserare potuerunt. Clericus itaque sive fuerit, seu etiam Ecclesiastici ordinis exors nonnumquam, claves Palatii, teste Leone Grammatico, suæ fidei commendatas tenuit: hoc ejus verba declarant in Basilio Macedone ὁ Ἀρταβασδος εἰς δρόμων φορὸς τὸν Παππίαν, καὶ ἆρας ἀπ' αὐτοῦ τὰς κλεῖς βιαίως ἤνοιξε τῷ Βασιλεῖ· ἐγενόμενος ἐνδοθεν Βασιλικὸς, ἦρε τὰς κλεῖς τοῦ Παλατίου ἐπὶ χεῖρας, ἐξ τῆ ἔωθεν Γρηγόριον τὸν ἐπιλεγόμενον τοῦ Φιλήμονος ἐποίησε Παππίαν. *Artabasdus cursu sublato Pappiam adit, & ablatis ei clavibus portam Basilio aperit. Ingressus ille, Palatii claves manibus tulit, & cum illuxisset Gregorium Philemonis vocatum Pappiam instituit.* Eum in Palatio habitasse, & facilem Imperatori ad ejus sedem accessum fuisse narrat Cedrenus in Leone Armenio. Cæterum Pappiam vel Papiam scribere, ne morarer in re nullius momenti, mihi semper pro variis auctoribus, aut exemplaribus perinde fuit, ceu negotium in discrimen haud vocandum.

23. Ὁ Ἔπαρχος.) *Præfectus Urbis.* Nicetas in Alexio 3. lib. 3. εἰς δ' Ἔπαρχον τῆς βασιλίδος χειροτίζεται πόλεως. *Præfectum Urbis Regiæ simulat.* Cedrenus in Theophilo. ὁ Ἔπαρχος ἐκ Θεοῦ καὶ τῆς βασιλείας γαλήνιότητος τὸ κρίνειν λαβών, καὶ τοῖς πολιτικοῖς χρήσασθαι νόμοις. *Præfectus a Deo & a Regia serenitate judicandi potestatem accipit,* (ex quo ἐπαρχικὸν βῆμα apud Leonem Grammaticum) *& civilibus ad jus reddendum utitur legibus*: hoc ejus munus latius alio loco prosequendum. Circa nomen ejus ἀπὸ τοῦ Ὑπάρχου discrimen observat Blastares Elementi E. cap. 15. Ὕπαρχοι δὲ λέγονται οἱ ἧς ἐπαρχιῶν ἐξάρχοντες: Ἔπαρχος δὲ ὁ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. *Hyparchi vocantur provinciarum Rectores: Eparchus Constantinopoli Prefectus.* Hinc obscurior Cedreni locus in Justino 2. lucem accipit, & Eparchum Hyparchum fieri intelligimus. Καὶ ὁ Ἔπαρχος ἔφη τῷ βασιλεῖ· νῦν δέσποτα, ὅπερ ὑπεσχόμην ἐτελείωσα. καὶ ὁ βασιλεὺς Πατρίκιον αὐτὸν καὶ Ὕπαρχον μέχρι τέλους ἧς ζωῆς αὐτοῦ. *Tum Eparchus Imperatori dixit. Nunc Imperator, quod promisi, sum executus: Imperator vero illum Patricii dignitate ornatum, ad extremum usque vitæ Hyparchum esse jussit:* quia nimirum provinciæ, vel urbis alterius Præsidem officio non amovendum constituit, vel ne dignitatem ejus qui præmium meruerat imminutam affirmem, *Prætorio Præfectum* eadem voce denotari asseram. Theophanes in Leone αὐτοῦ. ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς ἐξετασθῆναι ἰσομέσιον παρὰ τῷ Ὑπάρχῳ τῶν. Πραιτωρίων ἐν Κωνσταντινουπόλει. *Ipsa fusum coram Prætorii Præfecto Constantinopoli jussit examinari.* In Justino τὸν Ἀπίωνα Πατρίκιον ἐποίησε Ὕπαρχον Πραιτωρίων. *Apionem Patricium Prætorio præfecit.* In Theodosio seniore. τὸν Ὕπαρχον ἐφόνευσαν. Sosomenus hunc ἡγούμενον τῶν τότε παρὰ τοῖς Ἰλλυρίοις στρατιωτῶν asserit: ego *Prætorio Illyrici Præfectum* commode interpretor: ejus enim erat ludos Thessalonicensium populo, de quibus ibi sermo, exhibere. Iterum Theophanes in Phoca Θεόδωρος

Digitized by Google

Ταρχος τοῦ Πραιτωρίου. Correctius tamen videtur scr ipsisse Simocatta l. 8. c. 8. Ἔπαρχον τὴν ἡγεμονίαν τῶν φόρων τῆς ἑωρας πρό τινος καιροῦ ἀπό τινος καιροῦ ἀπειλήφει, ὃν Ἔπαρχον Πραιτωρίων ὀνομάζειν εἰώθασιν οἱ Ῥωμαῖοι. *Vectigalium Orientis præfecturam paulo ante acceperat ab Imperatore quem Prætoriis præfectum appellare solent Romani.* Ταρχον demum pro Urbis Præfecto sumendum semel mihi apud Theophanem occurrisse non diffiteor, ubi de Phoca scripsit ἐπίτροπος Κώνσταν τὸν Ταρχον τῆς πόλεως.

24. Ὁμάγας Δρουγγάριος τῆς βίγλης.) Præfectum vigilum ab Augusto Romæ institutum qui septem cohortibus per quatuordecim regiones ditpositis a nocturnis grassatoribus & subitis incendiis urbem tutarentur, ex Svetonio & Dione demonstrat Dempsterus Ant. Rom. lib. 7. c. 34. Hic cognoscebat de incendiariis, furibus, receptatoribus & aliis per vias & domos admissis flagitiis, nisi forte quam atrocia famosaque forent, ut ad urbis Præfectum deferrentur, de quibus Pancirollus in Notitiam Orientis c. 27. Officii hujusmodi tribunal Constantinopoli fuisse δρουγγαρικὸν δικαστήριον vocatum ex Alexii Comneni Nov. Juris Græcor. t. 2. conjicio. Aliæ vigiliæ erant in castris, de quibus Dempsterus idem l. 10. c. 13. quarum appellatio profertur a Græcis βίγλα, Græce magis a Simocatta σκοπή, κατασκοπή, ἐπισκοπή. Præfectus ὁ τῆς ἐπισκοπῆς τὰς φυλακὰς ἐγχειρίζεται, eidem Simocatta l. 1 c. 9. Præfectus, inquam, earum δρουγγάριος, quod ex militum Drungo sive turma, (δροῦγγος enim turma est) conflarentur, De ejus ministerio Auctor in sequentibus: de nomine docte fuseque Rigaltius, Meursius, Gretserus, Bullengerus, Fabrotus in Cedrenum & alii: Officium antiquum & notum: circa Copronymi tempora nomen vulgare primo scriptum in Theophane reperio. *Edit. Paris. pag. 27.*

25. Ὁ μέγας Ἑταιριάρχης.) Gothos belli socios Constantinum sibi adjunxisse, ac *Fœderatos* vocitasse, scribit Jornandes: renovato deinde cum iis fœdere, ad sua usque tempora, perseveraſſe eorum agmina subjungit. Erant Fœderatorum socię illæ turmæ in Tiberii secundi castris: ἀγοράσας γὰρ σώματα βαρβαρικὰ, κατέστησε στράτευμα ἐξ ὀνόματος ἴδιον, ἀμφιάσας δὲ καθοπλίσας αὐτοὺς χιλιάδας δεκατέσσαρας, δέδωκε αὐτοῖς καὶ στρατηγὸν Μαυρίκιον τὸν Κόμητα τῶν Φοιδεράτων. *Qui emit barbarica mancipia ad millia quindecim, exque iis vestitis a se & armatis legionem composuit, de suo nomine Tiberianam: ducemque iis dedit Mauricium Comitem Fœderatorum.* Hæc ferme ad verbum ex Theophane Cedrenus, apud quem, Leonem Armenium a Nicephoro Κόμητα τῶν Φοιδεράτων, Thomamque ab eodem Leone τουρμάρχῃ τοῦ Φοιδεράτου τάγματος institutum legimus. Successu temporis Φοιδερᾶτοι in Ἑταιρίας mutati,, quorum duci Ἑταιριάρχῃ nomen impositum. Leo Grammaticus de Michaele Theophili F. παρέδωκε Βασίλειον, ait, Ἀνδρέᾳ Ἑταιριάρχῃ, τῷ ἐπὶ τῆς ἑταιρείας ἐ *commendavit Basilium Andreæ Hetæriarchæ, ut sociorum agmini allegeretur.* ex Scythia siquidem, parentibus licet Macedonibus, oriundus erat Basilius. Hetæriarches itaque exteris belli sociis præfectus, ut turmam ex militibus variis nationibus ortis collegit, ita Fœderatis καὶ διαφόρου καὶ συμμιγοῦς φερομένοις πλήθους, *ex diversa promiscuaque multitudine coactis*, ait Olimpiodorus apud Photium, succedit. Haud tamen omnibus imperabat; Franci enim Constabulario, Barangi Angli Acolutho &c. suberant: reperitur Hetęriarches Persa Persis imperitans apud Leonem Grammaticum in Michaele Theophili: Vide Cantacuzeni c. 20. l. 1.

26. Ὁ μέγας Χαρτουλάριος.) *Scriniarius*, inquit Meursius. Optime. Nam & Etymologicum vetus Chartularios Commentariensis, publicis literis, tabulis, instrumentis scribendis & retractandis præfuisse docet. At cum plures numerare possis hujusmodi, hunc qui Cursus publici τοῦ ὀξέως δρόμου, in Constantino Porphyrogeneta; alium divini cubiculi Nov. 25: τοῦ θείου κοιτῶνος, qui & τῶν θείων κοιτώνων in Ecloga LL. Leonis & Constantini; Magistri equitum alium L. 6. Cod. Theod. de diverſ. Offic. & Apparito. & proba. l. 8. quartum Θεόδωρον τὸν Χοῦμνον Χαρτουλάριον ὄντα τῶν ἱπποκόμων apud Nicetam l. 3. Isaacii, & apud Zonaram in Leone Isauro βασιλικῶν ἵππων ἐπισατοῦντα, in exercitu alium qui τοῦ δήματος, ex Constantino in Tacticis, alios magno Logothetæ subditos apud Nicetam Manuelis l. 1. quos describit ὑπουργοὺς (Λογοθέτου) οὐκ ὀλίγους τῶν γραφομένων καὶ λεγομένων, λογίους ἄνδρας, *viros eruditos, qui dicenda scribendaque suo ministerio juvabant:* & quotquot alios Scriniarios ex Imperii Notitia assignabis: hic tamen μέγας ad quem cætera referrentur, aut qui reliquos honore præcederet. De Ecclesiæ Chartulario, ut alterius ordinis nil in præsenti. Magno huic exercitus commissos legimus apud Nicetam in Manuele l. 3. in Alexio ejus F. in Isaacio Angelo l. 4.

27. Ὁ Λογοθέτης τοῦ δρόμου.) *Rationalis cursus, summus Cursorum præfes.* De cursu publico Procopius ἐν ἀνεκδότοις. *Romani Impp qui antea fuerunt modum excogitarunt, quo cuncta sibi quam celerrime possent nunciari, & ut scirent, quæ ubique inter hostes agerentur, & si qua in civitatibus seditio, vel quid aliud improvisum, e Præsidibus, vel aliud quomodocumque oriretur, & ut annua tributa velociter & tuto transmitterentur. Publicum ergo & celerem quemdam ubique cursum hoc modo instituerat. Viro expedito ad iter diei stationes constituerunt, quandoque octo, quandoque pauciores, non tamen minus quinque, quod plurimum eveniebat. Quadraginta vero equi in singulis mansionibus stabulabantur, & ibidem hippocomi ad curandos, quot poterant equos, erant destinati: succedentibus vero sibi ad stationes probatissimis equis, qui eos agebant, decem ferme dierum iter vicissim conficiebant, agentes quomodo significavimus.* Hæc ille. Qui rationes Cursorum habebat Λογοθέτης appellabatur sæpissime τοῦ δρόμου, ut apud Theophanem, Cedrenum, Zonaram, Nicetam, & alios occurrit: nonnumquam τοῦ ὀξέως δρόμου, quod scripsit Theophanes in Copronymi filio Leone, correctius τοῦ ὀξέως δρόμου, quod Constantinus in Chorographia posuit: Latini e Græco Logothetam *tu Dromu* & *tu Dromi* cum Paulo Diacono pronunciabant: Theophanes iterum in Justiniano. καὶ ὁ τοῦ δημοσίου δρόμου ἐπιμελούμενος ὠτομόλησε παραδοὺς τοὺς δημοσίους ἵππους, *Publici cursus curam gerens traditis publicis equis defecit.* Habebat ille sub sua dispositione Protonotarium, de quo Constantinus citatus. ἀπέστειλε Χαρτουλάριον τὸν ὀξέως δρόμου. qui nimirum Cursorum equitationes, tradita, recepta, annotaret. Theophanes in Michaele Theophili F. ἐν ταύτῃ δὲ τὰ γράμματα τῷ Πρωτονοταρίῳ τοῦ δρόμου, παρὰ τοῦ πεφθακότος ἄρτι ἐνεχειρίσαν, ὡς ἐν τοῖς Μελαγγείοις ἐστρατοπεδεύσαντο οἱ Σαρακηνοὶ, ἀγγέλοντα. ὁ γοῦν Πρωτονοτάριος σκυδρωπάσας ἐπὶ τῇ ἀγγελίᾳ προσῆλθε τῷ βασιλεῖ, καὶ ὑπεδείκνυ τὰ γράμματα. *Dum hæc agerentur literæ a Cursore recenter appulso cursus* Protonotario *traditæ sunt, Saracenos in Melaggiis castra metatos nunciantes. Nuncio contristatus Protonotarius retulit ad Imperatorem, & literas ostendit.* De Logotheta hoc divinat Leunclavius in Onomast. *Arbitror*, ait, *ita dictum Cancellarium Dromi, cujusdam scilicet Palatii CP. quod Dromum vocabant.* Reperio in Jure Græco p. 132. δικαστήριον τοῦ ἱπποδρόμου. ad Hippodromum nempe situm, quid si de rebus in ipso Hippodromo contingentibus judicaret, ac Λογοθέτης τοῦ δρόμου, non cursus modo publici, sed & equestris in Circensibus ludis certaminis susceptus, rationes, census discuteret? Suspicandi suggerunt ansam ea l. 5. Anthologiæ Epigrammatum quæ composuit Thomas Patricius κριτὴς τοῦ δρόμου in Anastasium ac plures alios quatuor factionum in Circo de palma decretantium aurigas. Auget suspicionem Turnebus Adverſ. l. 11. c. 11. scribens, Erat & Procurator Dromi, quem ego credo ejus loci procurationem gessisse, ubi equos suos Veneti, aut alia factio exercere solebat. Dromus enim locum hic significat, ut in Hippodromo; estque plane Hippodromus: ut in illa epigrapha, PROCURATORI DROMI FACTIONIS VENETÆ.

28. Ὁ Πρωτασηκρῆτις.) Qui Πρωτοασηκρήτης, Πρωτοασεκρήτις, nec non Πρωτοασεκρήτης scribitur, ut *primum Secretarium* indicat, ita & *Judicum omnium præstantissimum.* A secretis primarium significat: *secreta* siquidem τὰ ἀπόρρητα Procopius interpretatur, & *A secretis* arcanorum Notarium, l. 2. de bello Persico. Ἰουλιανὸν τὸν τῶν ἀπορρήτων γραμματέα: Ἀσηκρῆτις καλοῦσι τοῦτο ἄξίωμα Ῥωμαῖοι. σηκρῆτα γὰρ τὰ ἀπόρρητα. *Julianum arcanorum Notarium, quem a Secretis Romani vocant. Secreta enim sunt arcana non vulganda.* Svidas. τῶν ἀπορρήτων γραμματέα, τουτέστι Νοτάριον Ἀσηκρῆτις καλοῦσιν οἱ Ῥωμαῖοι. *Romani vocant A secretis eum, qui sit Notarius, & arcanorum scriba.* Manasses in politicis carminibus.

Ἀνάκ-

Digitized by Google

Ἀνέκτων ὑπογραμματεύς, ὃν φασὶν Ἀπόκρυφιν.
Imperatorum Notarius, A ſecretis vocatus

Secretum ſecundo veteres gloſſæ δικαστήριον exponunt. Caſſiodorius lib. 11. Præf. Quapropter adminiſtrator ampliſſimus (id eſt Præfectus Prætorio) ſi vacaſſe credatur, opprobrium eſt, cujus etiam Secretum dicitur, quod tumultuoſis actionibus verberatur. Vide *Secretum* auditorium Præfecti dictum: ideo Secretum quia in Secretiore penetrali, minime tamen ſecretum, quia tumultuoſis actionibus perſonans. Paulum Samoſatenum damnat Euſebius lib. 7. c. 25. quod ἀπόκρυφον, ὥσπερ οἱ τὰ κέσμια ἄρχοντες, εἶχεν τὸ καὶ ἐνδόμυχον *Secretum ad inſtar mundi Magiſtratuum haberet ac appellaret*: Secretarium, idem Latinis audit, & Græcis ἀπόκρυφον. Cedrenus in Leone Armenio. Δεξάμενος τὰς μηνύσεις ὁ βασιλεὺς ἐν τοῖς ἀποκρυφείοις ἐκάθισε, καὶ ἀκριβὴς ἐξεταστὴς τῶν μηνυθέντων ἐγίνετο. *Imperator cum accepiſſet indicia, ſedit in Secretario, & diligens quæſitor fuit indiciorum.* Curopalates in Michaele Theophili. ἡ φυγὴ δὲ ἦν πρὸς τὸν ἱππόδρομον κατὰ τὰ ἀπόκρυφεῖα. ἐκεῖ γὰρ τότε τὸ τῶν ἀποκρίτις κατάγιον. *Fuga erat ad Hippodromum propter Secretaria. Illic enim tunc erat domicilium eorum qui ſunt A ſecretis.* Nicephorus & Ignatius Patriarchæ ſanctiſſimi A ſecretis fuere, ac ideo λαϊκοί, a Cedreno ſcripti: Ex his colligo Πρωτοαποκρῆτιν, Ab Arcanis Principis præcipuum dicendum auctore Codino in Orig. Conſt. καθώς φησι Πλούταρχος πρωτοαποκρῆτις καὶ ἐπιστολογράφος Ἰουστιανοῦ; *ut ait Plutarchus primus A ſecretis & Ab Epiſtolis Juſtiniani:* Senatorum inſuper Judicumq; præſidem hoc nomen mereri, ceu πρῶτον inter ἀποκρῆτις, & qui a Conſtantino Lectore dicitur τῶν σικρήτων πρώτιστος: qui etiam Hincmaro notiſſimus fuit epiſt. 3. c. 16. Cui ſociabatur ſummus Cancellarius, qui A ſecretis olim appellabatur &c. Verum quiſnam hic de quo nos cum Auctore Πρωτοαποκρῆτις? An arcana inter cæteros delectus excepit, vel ſupremo jure exercuit judicium? Utrumq; exiſtimo: Agnovit ſiquidem Menander in Eclogis τινὰ παρὰ Πέρσαις τοῖς βασιλικοῖς τε καὶ δημοσίοις πράγμασιν ἐκπεπρεσβευμένον, ὃν εἴ τις Λατίνων χρήσαιτο φωνῇ, ἀποκρῆτις προσαγορεύσειν *aliquem eorum, qui apud Perſas ſerviunt Regiis & publicis negotiis, quos Latini A ſecretis nuncupant.* Diſcrimina utriuſq; A ſecretis plura apud probos auctores confuſe ſcripta, perturbatimque legenda dilucidat Dempſterus. Artemius Anaſtaſius, & Photius, uterque Πρωτοαποκρῆτις aſſumpti ſunt, ille in Imperatorem, alius in Patriarcham CP.

29. Ὁ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ) Bullengerus exponit τὸν ἐπὶ τοῖς ὅπλοις: *qui armamentario præeſt*; apud Nicetam Alexii lib. 3. ἐπὶ τῶν βασιλικῶν ὅπλων, apud Theophanem ἐπάνω τοῦ ἀρμαμέντου reperio ſcriptum: addit eſſe, τοῦ στρατοπέδου κατασάντα ὕπαρχον, ὃς δὴ δατάνους χορηγὸς ὀνομάζεται, *exercitui ſub ſupremo duce præfectum, qui ſumptus exercitui miniſtrat*: τοῦ στρατοῦ φύλακα *exercitus cuſtodem* vocat Nicetas: metiendis caſtris Præfectum oſtendet Auctor c. 16.

30. Ὁ Μυστικός.) Legebat olim Gretſerus, ὁ Μυστικὸς τῶν σχολῶν: ſed omnino prave. Legunt Regia abſq; addito ὁ Μυστικός, Gretſerus Interpres nude vertit *Myſticus*: mox Domeſticum Scholarum addit. Perverſa lectio ὁ Μυστικὸς τῶν σχολῶν adegit me in Cedrenum, ut officium iſtud, non civitati & legibus, ſed caſtris adſcriberem. Propius inſpicientem ut ſecretioris conſilii Senatorem τὸ Μυστικὸν interpretarer, Joannis Tzetſæ Epiſtolarum ultima compulit. Sic habet. τῷ Μυστικῷ, κυρίῳ Νικηφόρῳ τῷ Σερβιλίῳ. Ὀφθαλμὲ γερουσίας, ὑπερογὴ δ' ἀρχῆς μυστηρώτης βουλὴ, τῶν πρὶν Καισάρων Σερβιλίων ἀπόγονε. *Myſtico Domino Nicephoro Servilio. Oculo Senatus, excellentia magiſtratus, ſecretum conſilium, veterum Cæſarum Servilliorum nepos.* Nil dilucidius offuſas a Gretſero tenebras poteſt diſcutere. Vim ſummam faciunt hæc duo verba, ὀφθαλμὲ γερουσίας ab ipſomet Tzetze Chilia. 10. titulo 350. περὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ γερουσίας, *De oculo Senatus*, expoſita.

Οἱ παλαιοὶ μὲν ὀφθαλμοὺς ἐκάλουν βασιλέων,
Τοὺς περιβλέπτους τῶν ἀνδρῶν τοὺς πρώτους ἐκ συγκλήτου.
Antiqui quidem oculos vocabant regum
Circumſpectos viros primos e Senatu.

Poteſtas ejus in Jure dicundo, & bonis Eccleſiæ vindicandis elucet Juris Græc. lib. 2. pag. 155. & iterum p. 168. Ex Myſtico Nicolaum Patriarcham factum legis apud Cedrenum in Leone Sapiente. Μυσταγράφος ſcribitur Juris Græcoro. tom. 2. p. 180. Forſan Μυστικὸς, quod primus in ſecretiore conſilio ſiſteret, quod *Secretum* antiqui ſcripſere: cui quadrat illud Achmetis apud Meurſium, Μυστικὸς ἔσται τῷ Φαραὼ, καὶ πρῶτος τῶν ἀποκρύφων μυστηρίων αὐτοῦ. *Myſticus erit Pharaoni, ac prior ſecretorum ejus conſcius.* Clarius & aptius cadit in hunc ſenſum verſus opuſculi jam jam adjungendi, incerto licet auctore Μυστικὸς βασιλικὸς πρώτιστος τοῦ Σεκρέτου. *Myſticus eſt ſecretioris conſiſtorii, Secreti dicti, Regius & primus miniſter.* Svidas v. ἡγεμονία. ὁ βασιλεὺς καὶ τὰ μυστηρίων ἄμα τοῖς ἐπιμελήταις προΐσταται: *Imperator Secreti aſſeſſoribus, & arcanorum judiciorum curatoribus præſidet.* Cauſæ vero ad eum delatæ, homicidia maxime erant & ſacrilegia, eodem Svida auctore.

31. Ὁ Δομέστικος τῶν σχολῶν.) Scholas militantium ordines, κατ' ἀντίφρασιν ἀπὸ τῆς σχολῆς *ab otio*, cui nullatenus vacarent dictas, quin perpetuæ armorum exercitationi tam Palatinæ quam forenſi inſudaſſe, notum eſt. *Domeſticus* Scholarum ultimis ſæculis fuit, qui Theophani & aliis, Κόμης. Domeſticum enim ἐξάρχοντα eſſe ſuperius poſuimus. Scholas initio undecim numeratas ſcribit Juſtinianus A. ad Senatum. Præpoſitum uniuſcujuſque vocat Theophanes in Anaſtaſio, Περίκιτα, *Principem*, ὁ Βιταλιανὸς προσέθηκεν, ἵνα καὶ οἱ Περίκιτες ἑκάστης σχολῆς ὀμόσωσι: *addidit Vitalianus ut ſingularum Scholarum Principes juramento ſe aſtringerent.* Domeſticum omnibus Præfectum reperio primum ſub Nicephoro 1. Bardanium videlicet, & mox Nicetam. Theophilus Manuelem ad ſe reverſum μάγιστρον αὖθις ἐκ Δομέστικος τῶν σχολῶν ἐποίησε. Michael F. προβέβληται Βάρδαν μάγιστρον ἐκ Δομέστικου τῶν σχολῶν. Sub Conſtantino tamen Porphyrogenito legitur apud Theophanem Conſtantinus alius, non Δομέστικος, ſed Δυξ τῶν σχολῶν. Nomen tandem rediiſſe, cum Alexium patrem Anna Δομέστικον τῶν σχολῶν προχειριζόντα ſcribit lib. 1. conjicimus.

32. Ὁ μέγας Δρουγγάριος τοῦ στόλου,) Quis Drungarius, ex alibi dictis notum: quis in claſſe, exponit Leo Imper. in Tacticis περὶ ναυμαχίας c. 19. ἐπὶ δὲ τῶν θεματικῶν δρομώνων καὶ Δρουγγάριοι ἐπιστήσονται καὶ Τουρμάρχαι: καὶ αὐτοὶ τῷ στρατηγῷ ὑποτεταγήσονται, ἐκ τοῖς ἐκείνου παραγγέλμασιν εἴξουσιν. οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι περ καὶ τῶν ὁμοίωσιν τοῦ βασιλικοῦ πλοίμου, καὶ οἱ τῶν ἄλλων θεμάτων πλοῖμοι στρατηγοὶ Δρουγγάριοι ἐκαλοῦντο ποτὲ τοῖς ἄνω χρόνοις, καὶ οἱ ὑπ' αὐτοὺς Κόμητες μόνον, καὶ Κένταρχοι. εἶθα νυνὶ εἰς στρατηγίδα οἱ ἑκάστων τῶν Δρουγγαρίων ἀρχὴ ἀναβέβηκε. καὶ καλυμένη τοῖς στρατηγικαῖς καταμεμιγμένη τάξεσι. *Celocibus quoque per themata diviſis Drungarii & Turmarachæ præficiuntur.* Erat namq; claſſis Imperatoria toti mari imperans: ad cuſtodiam provinciæ ſive thematis uniuſcujuſque, certus celocium numerus deputabatur. Totius claſſis imperator erat magnus Dux, de quo in præmiſſis; celocibus per themata diviſis Drungarii præponebantur, inter quos nominatiſſimus Cibyreotarum (a Cibyra civitate ſelecto navali inſtructa) occurrit ſexcentis in locis apud Theophanem, Leonem Grammaticum, Cedrenum, Zonaram, & alios. *Illi Navarcho*, magno Duci, *ſubjicientur, & ejus mandatis obſequentur. Neque ſane ignoro, quod ad ſimilitudinem regiæ claſſis, aliorum thematum navales præfectos, Drungarios prioribus ſæculis fuiſſe vocatos, & qui ſub eorum diſpoſitione militabant, Comites, & Centuriones. Sed nunc Drungariorũ ſingulorũ dignitas ad nomen Imperatoriũ pervenit*: (hoc eſt cum prius hoc nomen non aſſumerent, poſtmodum ſe στρατηγὸς τοῦ πλοίμου inſcripſerunt) *& ſic nunc cũ appellatur, inter acies Imperatorias accenſetur.* Hęc Leo. Drungariũ τοῦ βασιλικοῦ στόλου magni Ducis vices gerentem ſcribit Nicetas Paphlago in Ignatii vita, quem τοῦ πλοίμου quoq; Δρουγγάριον dicit, hic μέδας Δρουγγάριος eſt, & Δρουγγάριος τῶν Κιβυρραιωτῶν, de quo nuper, a Theophane nominatur. Zonaras autẽ, τῆς στρατηγοῦ, tum Δρουγγαρίου τῶν Κιβυρραιωτῶν meminit in Juſt. Rinotmeto.

Digitized by Google

Edit. Paris. pag. 29.

33. Ὁ Πεμμιχιέρης τῆς αὐλῆς.) *A Cerimoniis, Magister Cærimoniarum*, qui a Philotheo Patriarcha Διατάξεως dicitur in Ecclesia. Primicerius Διατάττει τὰς ἐν αὐλῇ πάντας: *cunctos in Aula componit*, cunctis ordinem, locum, tempus ministeriorum distribuit. Lege, si lubet, Auctoris caput quintum.

34. Ὁ Πρωτοσπαθάριος.) *Spathariorum dux*. Illi, satellites, *Spatha*, ense armati. Spatha latior gladius σπαθίον & σπαθὶ vocant recentiores, quod ob asperam θ pronunciationem, nonnihil τὸ φ simile, σπαφὴ scripsit Crusius in Turcogræcia. Protospatharios tam copiosos enumerat Eustrathius in Jure Græco-ro. ut quemcumque Spatharium eo titulo fuisse ornatum conjiciam. Hos quatuor tot lineolis coarctat: Πέτρον Πρωτοσπαθάριον, καὶ Ἔπαρχον. Πόδον Πρωτοσπαθάριον καὶ μεγάλου Οἰκονόμου. Θεοδόσιον Πρωτοσπαθάριον, καὶ Οἰκονόμου τ̃ Δ ιεγεὶν εἶχον. Ἰωάννην Πρωτοσπαθάριον καὶ Χαρτουλάριον. Spatharios intelligit Nicetas ubi habet σωματοφυλάκας τὰ ξίφη κραδαίνοντας.

35. Ὁ μέγας ἄρχων.) Hunc, quis sit, historiæ tacent, conjecturæ indicant. Petitur præcipua ex Ecloga Leonis & Constantini AA. Titul. 6. τὸ τὸ ἄρχοντος ὄνομα γενικόν ἐστι: καὶ σημαίνει καὶ στρατηγόν, καὶ ἀνθύπατον, καὶ πάντας τοὺς ἐπάρχων διοικητάς: εἰ καὶ συγκλητικοί εἰσιν. τὸ δὲ ὄνομα τὸ ἀνθύπατος ἰδικόν ἐστι *Magistratus nomen generale est*: & *significat, exercitus ducem, & Proconsulem, & omnes provinciarum rectores, si modo Senatores sint. Proconsulis vero appellatio specialis est*. Celebrat Cedrenus in Basilio & Constantino Romani FF. ἄρχοντα Ἀντιοχείας, & ἄρχοντα Ἀβασγίας, in Romano Argyro ἄρχοντα Παιδίας: Novella 31. quatuor Armeniæ ἄρχοντας: Cedrenus iterum in Theophilo & Zoe ἄρχοντα ἀρχόντων, quem Saracenicum principem autumo, de quo Constantinus in Chorographia: ἐκαθέζετο εἰς μεγάλου Ἀρμενίων δῆλος αὐτῷ βασιλείας τ̃ Ῥωμαίων, ὡς παρ' αὐτῷ προβαλλόμενος, καὶ τὸ τοιοῦτον δεχόμενος ἀξίωμα, & τὰ ὑπ' αὐτῷ δεσποτήρια κάτεργα, καὶ πολιτεία, καὶ χωρία τ̃ βασιλείας τ̃ Ῥωμαίων εἰσί. *Princeps Principum sedem tenebat in majore Armenia. Erat vero Roman. Imp. servus, ceu ab eo provinciæ præpositus, & ab ea potestate accepta, urbes, statũ, provincias ei subjectas moderatur*. Hunc nostrum μέγαν ἄρχοντα talem esse nusquam affirmarim: sed aliquem inter provinciarum rectores præcipuum, ob nomen vel præpositurum, a cæteris colendum. τῷ Ἄρχοντι τὰς τ̃ ὀρφανῶν, & τὰς τ̃ πατρικίων, καὶ τὰς τ̃ ἀποκλήρων ἐνδικασίας, *Orphanorũ, amentiũ, & exheredum causas* reservatas asserit Suidas. v. ἡγεμονία.

36. Ὁ Τατᾶς τῆς αὐλῆς.) Nomen a Theodoro Lascari videtur inventum, quæ dignitas fuerit, vix constat. Lascaris ille cum Theodoro Callimpani Prilapi vicinarumque regionum custodiam commisisset, Τατᾶν τῆς αὐλῆς κατωνόμαζεν: *Tatam Aulæ nuncupavit*. At quis Tatas? An quasi ἐν τ̃ τῆς αὐλῆς, & τὰ τῆς αὐλῆς ἐπιμελόμενος; Codex enim Regius ita semel legit, τὰ τῆς αὐλῆς: & in eam lectionem propendet Coresius. Τὰς τῆς αὐλῆς legit Matthæus Monachus, & opusculum incerti operis mox exscribendum Ταττῆς αὐλῆς. An ita Tatas sicut Pappias? (Utraque siquidem dictione pueri appellant avos πάππους, Τατᾶς) atque ita quibusdam abblandiri voluerit Imperatores, ut puerili voce, quos *Patrum* nomine vellent insignitos, Τατᾶς quasi *Patres Aulæ* constituerent. En Marcianus, ait Theophanes, Tatianum & Julium prius heros, in aulam deinde vocatos πατέρας αὐτοὺς ἀνεκήρυξεν, *Patres renunciavit*; & hunc quidem Libyæ, Zonaras scribit Illyrici, alium Urbis præfectum constituit. Theodosius Helionem adeo coluit, ὡς πατέρα διὰ τιμῆς ἄγειν, *ut Patris honore & nomine veneraretur*: filiis Arsenium, scribit Cedrenus, βασιλοπάτορα dedit. Leo Sapiens apud Grammaticum προεχειρίσατο Ζαὼτζαν εἰς βασιλοπάτορα, *Zausam patris dignitate promovit*. Constantinus Leonis F. ad Romanum scribit. ὡς φύλακα τῆς ἐμῆς βασιλείας ἐγρηγορώτατον καὶ πιστότατον εὕρηκα & ὑπὸ χεῖρα, & Ῥωμαίων δίρκαις, τοῦτῳ τῷ ἐμῷ φυλακῇ μετὰ τὸν Θεὸν ἐπιτέθεικα, καὶ αὐτὶ πατρὸς αὐτὸ ἔχειν ἔγνωκα, σκέπην μετ' ἐμὲ καὶ ἀσφάλειαν ἐμοὶ καὶ ἐκείνοις ἐνδειξάμενον. *Ut omnium potestati subjectorum vigilantissimum & fidissimum, Imperii custodem alium a Romano nominem inveni: hunc meam custodiam post Deum commisi, & eum qui maternorum viscerum pietatem & affectum ostendit, Patrem deinceps me habiturum proposui*. Omitto a Francorum Regibus pientissimis *Pares* institutos quasi *Patres*: Turcarumque principem superbia licet & ferocia insolescentem seniores Aulicos, *Babas*, Patres nonnumquam vocitare solitum.

37. Ὁ μέγας Τζαούσιος.) Barbara vox in Aulam CP. inducta: *A mandatis, Cursor, Commissarius Aulicus*, cui variæ res committuntur est Τζαούσιος, Theophani in Phoca, Πρωτοκύρωρ. Officium nomenque a Turcis acceptum Leunclavius in Onomastico. *Tzaus-bassa, sive præfectus nobilium Aulicorum, quibus variæ res expediundæ committuntur. Nomen est dignitatis in Aula Sultanea magnæ, quam sub hoc Bassa Tzausi plus minus septingenti militent. Græci quoque Τζαουσίους habuerunt in Aulis Impp. suorum, barbaros in hoc imitati: Tzausiorumque Bassam, sua lingua dixere τὸν μέγαν Τζαούσιον*. De Tzausiis Turcicis Busbequius. *Hi vicem Accensorum Apparitorumque implent, & mandata pleraque omnia, seu principis Turcarum, seu Bassarum ferunt*. Amplius quid in Aula CP. gessisse arbitror: nam & Imperatoris comitatum in ordinem coegisse refert inferius Auctor. Διατάττει & τ̃ βασιλέως συνοδείαν: eapropter Satellites, sive Stipatores fuisse Meursio constans negem: Satellitibus tamen adjunctos lubens fateor. Suadet Apomazar in Myst. male a Meursio perceptus. Ζητητέον παρὰ σωματοφυλάκων καὶ Τζαούσιον τὶ βουλητέον. *Quærendũ a Satellitibus & Accensis* (principi astantibus) *quid consilii*. Pontanus ex Phranze. *Tzauchides* (Tzausii) & ῥαβδοῦχοι *Aulę virgis ferreis & scuticis eos urgebãt*.

38. Ὁ Πραίτωρ τ̃ δήμου.) De Prætore in communi Justinianus. Πραίτωρας ἐκάλουν ἐκ τ̃ τῶν ἄλλων ἀπάντων φορτίνας καὶ παρατάττεσθαι, ταύτῃ αὐτοῖς δόντες προσηγορίαν, ἐπιτρέψαντες τὰ αὐτοῖς & τὰ τολοιπὰ διοικεῖν, καὶ τοὺς νόμους γράφειν, ὅθεν καὶ τὰ δικαστικὰ, καὶ καταγώγια, Πραιτώρια καλεῖν ἔταξαν, καὶ πολλοὺς νόμους ἐκ τ̃ῆς τ̃ῶν Πραιτώρων ἐπιχωρίου φωνῆς. *Veteres Romani majores magistratus Prætores vocabant, appellatione illis indita, quod cæteris omnibus præirent & præponerentur, permissa scilicet eis tam rei bellicæ administratione, quam legum perscriptione: unde & ea loca in quibus publice magistratus, vel jus reddere, vel habitare solebant, Prætoria nuncupare, & ut pleræque in Remp. leges ex una Prætorum voce inferrentur, constituerunt*. Potestas ejus cum militaris simul esset ac civilis, processu temporis divisa est; & politica quidem mansit penes hunc τὸν δήμου quem Simocatta lib. 6. c. 10. τ̃ δήμων scribit; penes thematum Prætores, militaris. Leo in Tact. φησὶ δὲ καὶ ὁ Πραίτωρ, ἤγουν ὁ τ̃ θέματος δικαστής. *Insuper Prætor, sive judex thematum*. De primis Constantinopolis Prætoribus fuse Pancirolus in Notit. Imp. Ori. c. 29.

39. Ὁ Λογοθέτης τ̃ οἰκειακῶν,) *Sanctioris ærarii præfectus, sacrationis gazę custos*, qui olim *Comes privatarum*, quem Zozimus lib. 3. τ̃ ἀνικήτων ἰδίᾳ τῷ βασιλεῖ ταμείων προβεβλημένον, *Præpositũ eorũ quæ ad principẽ proprie & privatim pertinent*, Theodoretus Eccl. hist. lib. 3. c. 12. τ̃ ἰδίων τῶν βασιλέως χρημάτων καὶ κτημάτων ἡγεμονίαν πεπιστευμένον, *Præfectum privatis principis peccuniis & possessionibus*, recentior Nicetas Alexii Comneni lib. 3. τ̃ ἱερῶν λογαρίων ταμείων φύλακα, *interioris fisci custodiã gerentẽ*, vocat. Publicas enim pecunias, quæ & Regii thesauri, Ærariumq; generale (τὰ βασιλικὸν ταμεῖον, ὃ τὸ κοινὸν φρουτανεῖον Zonaræ dictum) Logotheta τὰ Γενικά, vel, ut Nicetas in Isaacio Angelo, ὁ ἐπὶ τ̃ βασιλικῶν δημοσίων τεχθείς, curabat. Duplex hoc ærarium prodit Cantacuzenus lib. 2. c. 1. ἀναλωμάτων ἕνεκα αὐτῶν τε, καὶ οἰκητικῶν, ἀπό τε τ̃ δημοσίων φόρων τ̃ λογοθεσίου παρέχετο τοπικὰ, φέρεται ἐπ' ἐνιαυτὸν διχιλίας ἐπὶ μυρίαις χρυσαῖς, καὶ ἕτερα χρήματα ἴσα ἐκ τ̃ βασιλικ̃ ἐκέλευσε χορηθῆναι ταμείου. *In sumptus ejus ac familię de publicis reditibus jus & attributionẽ annonę, τοπικὰ* (non τίκλα ut interpres abs q; interpretatione) *assignavit, ferrentẽ in annos singulos duodena aureorũ millia, & alterũ tantũ e privatis decrevit*. Tribunal, ac sedes, ejus erat τὸ Σέκρετον τ̃ οἰκειακῶν *Secretũ domestici fisci*, de quo jus Græc. p. 375. & Nicetas in Alexio Manuelis F. Comes privatarum cognoscit περὶ τ̃ ἀθεμιτογαμιῶν *de incestis, & illicitis nuptiis*: ait Novell. 12. In pœnam contractarum hujuscemodi ὁ δημόσιος, ait Alexius Comnenus Novell. 3. Juris

pag. 30.

Digitized by Google

Græc. lib. 2. ἀπὸ τοῦ Σεκρέτου ἢ οἰκειακῶν τὸ τοῖς συμβολαίοις ἐγκείμενον ἐξ ἐπιρρητίσεως πρόσιμον ἀφ' ἑκάστου αὐτῶν ἀσπράξεται κατὰ τὸ ὁλόκληρον. *Fiscus, instrumentis insertam ex stipulatione pœnam per rerum privatarum Secretum ab singulis in solidum exiget.* Manuel ejus nepos ibidem Novell. 2. δόσει φόσιμον λιτρῶν τριάκοντα νομισμάτων ἐπαπειλουμένην ἐκ συμπαθοῦς ἐξ αὐτοῦ παρὰ τοῦ Σεκρέτου τῶν οἰκειακῶν: *Subibit pœnam aureorum triginta librarum, quæ sine commiseratione a rerum privatarum Secreto exigentur.*

40. Ὁ μέγας Λογαριαστής.) *Rationum fisci magister, rationum ærarii disceptator, exedræ rationum Præfectus.* Idem qui Λογιστής, alienus a Logotheta, Meursius licet cum aliis doctis utrumque confundat. Nicetas Manuelis lib. 1. τῶν μὲν δημοσίων εἰσφορῶν φροντιστὴν, καὶ λογιστὴν μέγιστον ἐκ Πουτζῆς Ἰωάννην προβάλλεται. *Publicorum vectigalium inspectorem & disceptatorem magnum Joannem Putsæ filium creat*: Ubi vulgaris lectio ponit Λογαριαστήν. Subdit Nicetas. ὃς δὴ ὁ ἐκ Πουτζῆς Ἰωάννης δυνάστατος τὰ δημόσια, φορολογίας τεταπλημένα, καὶ ἐπίτελλμα. καὶ τῶν μὲν ὄντων διασυμφορημένων συζητητὴς ἀκριβέστατος: τῶν δὲ οὐκ ὄντων διριστὴς ἀναμφιλλ. *Erat Joannes Putsenus ad publicam rem tractandam versatissimus, vectigalium inventor, ærarii genius. Et tributorum quidem jam olim pensorum examinator erat diligentissimus, imponendorum vero solertissimus repertor.* Auctor Grammaticæ Basilii nomine Λογιστὴς ὁ Λογαριαστής. Moscopulus apud Meursium, λογίζομαι, τὸ διανοοῦμαι, καὶ τὸ λογαριάζω, *Computo, rationes subduco.* λογιτμὸς, ὁ λογαριασμός *Computa.* Λογιστὴς, ἢ Λογαριαστής. *Computator, computis Præfectus.*

41. Ὁ Πρωτοκυνηγός.) Gallis magnus venator, regiæ venationi præest: de quo Meursius. Πρωτοκυνηγὸν Θεόδωρον memorat Gregoras lib. 3. sect. 7.

42. Ὁ Σκουτέριος. Italicum *Scudiero*, Græcobarbarum Σκουτέριον procreavit. Eum denotat qui principis in publicum, vel in aciem procedentis scutum gerit, & *Scutigerulus* sive *scutifer* audit. Auctor de illo c. 5. Officium obibat eo tempore præcipuum quo scuta coloratis insignibus & ænigmatibus depicta viri principes & nobiles, ad cruenta, ludicraque certamina, vel ad solemnes conventus deferebant. Ornabat Imperatoris Orientis scutum coccinus color, cui crux aurea eminebat: angulos, sive spatia inter crucis ramos expansas littera B. auro pariter exarata decorabat: ita tamen ut bis ad sinistrum latus posita gibbos verteret in exteriorem & sinistram partem, ac penitus inversa videretur; & quatuor dictiones, quarum singularum est initialis, indicaret: Βασιλεὺς Βασιλέων Βασιλεύων Βασιλεύσει: *Rex Regum Regnans Regnabit*: ita Marcus Vulsonius in Heroica scientia. At de his iterum. Consule interim opusculum retro notas præsentes ponendum, in quo non Σκουτέριον sed Σκυτάριον, (ἐκ τῆς ἀπὸδοτῆς τῆς βασιλικῆς λαχόντα τὴν ἀξίαν, *a Regio scuto nactum honorem*) lego.

43. Ὁ Ἀμυράλιος.) Est qui putet vocem omnino Græcam, & quia classis magistratus est appellatio, ἀπὸ τοῦ ἁλμυροῦ & ἅλατος, quasi ἁλμυράλιος formatam. Et vere opusculum nuperrime laudatum ἁλὸς Ἁλμυρᾶν ναυαρχοῦντα, *Almyram salis*, id est maris, *Navarcham præpositum* scribit. Itane sal ipsum sale condiendum, ἁλμυρὸν ἅλας; An sal infatuatum est, ut sale indigeat? Autumat alius Arabicam simul & Græcam, & quasi, Emir ἅλατος, *dominum principemque salis* significare: Emir siquidem dominus est & præpositus. Ita sentit Junius apud Gretserum. Verum cum alia sit Arabum, alia Græcorum lingua, qui conveniant dialectum in unam? Suspicarer esse τοῖς ἁλμυροῖς quibuscumque & ἅλατι Præpositum *salarium* nempe *mancipem* & *salinarum custodem*: Fuit enim Alexius quidam Hypocaucus apud Gregoram lib. 8. sect. 6. ἁλῶν ἢ διοίκησιν ταμιευλκῶν: nec moratur fidem, quod idem Domesticus fuerit occiduorum thematum, simul enim utrumque munus obire poterat. Et certe vox ad classis Præturam & magistratum maritimum spectans, eumque qui magno Duce, & classis Drungario primas tenentibus sit minor, ut Auctor c. 5. declarat: ac mihi nil nisi Arabicum sonat, & quem *Emir halem* Leunclavius exponit in Onomastico, *dominum flammeolorum, & vexillorum, qui scilicet supremus est Sultani vexillifer. Omnibus etenim Beglerbegis & Sanzacbegis cum creantur vexilla porrigit Sultanus. Magnus Flammeolaris, magnus flamularius dicitur apud Græcos.* Hi vero a Saracenis nonnulla sunt mutuati, ut ipsis propria rapuerunt illi. Ameralius itaque cum classis sub magno Duce Præturam sortiretur, Regio simul vexillo, ceu insigni cunctis conspiciendo donabatur, cujus usum haud parce describit Leo in Tacticis c. 19. εἶναι δεῖ σημεῖον ἐτοίμασον ἐν τῇ σῇ δρόμωνι, εἴτε βάνδον, εἴτε φλάμελον εἴτε τι ἕτερον, εἰς τόπον τοιοῦτον, ἵνα δι' αὐτοῦ σημαίνοντός σου τί δεῖ πράττειν ἀθρόως ἐπιλαμβάνωνται τοῦ δόξαντος ἔργου οἱ λοιποί· καὶ τὰ ἑξῆς. *Signum aliquod in tua triremi, sive flamulum, sive aliud quidpiam, celso aliquo in loco sit, ut tu eo significare possis, quid facto sit opus: ac cæteri hoc a te propositum negotium suscipiant, &c.* Ac equidem si Auctorem inspicias c. 5. Scutifero, de quo nuper sermo, vexillum Imperatoris commendatum referentem; quid obstat, quo minus ille in terra, hic in mari, Regium vexillum suę fidei commissum teneat? Cumq; dicat Auctor potestatem omnem eum sub magno Duce adeptum, potuit & Regium in mari vexillū gerere: eumdem enim Georgiū inter sanctos nominatissimū modo Δῆκα modo Φλαμυλάριον vocat Damascenus Studites in ejus vita.

44. Ὁ ἐπὶ τῶ δείσεων.) Insignitos hoc officio memorat Nicetas in Alexio 2. & Andronico lib. 2. δεήσεως vocat Zonaras in Alexio δεητήρια διδακτικά, & quo proposito præsentarentur enarrat. τεταγμένας ἡμέρας ἐφείσατο, καθ' ἃς ἐκάστῳ δημοσίᾳ πρακάδατο, ἀφορῶν πρὸς τὸ εὔκαιρα πλατεῖαν. τῷ βουλομένῳ δὲ ἦν ἐκεῖσε πάροδος συγχωρήτου, καὶ ἑκάστοτε τὸ δεομένων ἐπανιστάνετο δεητήριον διδακτήριον, ὅτου δέοιτο. ἐς ταῦτα ἐνώπιον αὐτοῦ τιθέμενα ὑπέτασσε τοῖς ὑπογραμματεύουσιν ἐτοίμως ἔχειν ἐγχειρίζειν αὐτῷ τὰς ἑκάστων αἰτήσεις. καὶ ἐκ τούτων τῷ ἐφ' ἑκάστῳ αὐτογραφῶ πρισίτατα γίνεσθαι, καὶ βεβαιουμένου τοῖς δεομένοις παρίχεσθαι. *Certos dies, quibus ibi publice consideret, unde & in agrum late patentem prospiciebat, definivit. Ad eum vero accedere volenti liber patebat aditus. Supplicum autem quivis obvius supplex memoriale, prout indigebat, offerebat: quibus coram eo explicatis perlegi jubebat a Notariis, singulorumque postulata sibi manifestari: confestimque rescriptum fieri præcipiebat, ac supplicantibus confirmatum exhiberi.* Congruam magis hujus officii expositionem opusculo inferius subdendo reperies.

45. Ὁ Καίσαρ.) Ut Theophanes Κοίσαρ, ut Leo Grammaticus & plures Καισάρ. ut Latinæ pronunciationi cum Simocatta vicinius Καισάρ. Non ignorant Græci a Quærendo dictum. Moscopulus ἐστιν ὁ συζητῶν ζημιῶν ἐπὶ χρήμασι. *Quærit & examinat causas pecuniarias.* Procopius 1. de bell. Pers. βασιλεῖς πέρσῶν, Καίσαρα τοῦτον καλοῦσι. *Asiat Imperatori, Quæstorem dicunt.* Leo Grammaticus in Theophilo ᾐδησαν ὅτι, Καίσαρ καὶ οἱ ἀντιγραφεῖς ἀπελθεῖν, καὶ μέχρις θεμελίων ἐκδαφίσαι τὰ αὐτοῦ οἰκήματα. *Quæstor & ejus Actuarii abire, & ad fundamentum usque domos ejus prosternere jussi sunt.* Simocatta Mauricianæ historiæ statim in limine: βασιλέως γλῶτταν ἢ Ἰωάννῃ ἐδείκνυεν, ἄνδρα ῥήτορά τε δεινὸν, καὶ Ῥωμαϊκῶν νόμων ἐπιστήμονα, ὃς τὰ βασιλέως τὰ προστάγματα τῷ ὑψηλοτάτῳ τῆς διγλωττίας ἐμεγαλήγορε μεγαλοφροσύνης ἐπάξια. τοῦτον ἐτιχωρίῳ Ῥωμαῖοι φωνῇ ἀποκαλοῦσι Καίσαρα. *Joannem Imperatoris linguam, virum in dicendo acrem, Romanarum legum scientissimum qui jussa Imperatoria majestate digna sublimi elocutionis tenore pronuntiabat, ostendit. Linguæ sibi familiari Quæstorem dicunt Romani.* Κοισάρα τὸ δεῖν παλατῖν vocat Ecloga Leonis & Constantini tit. 7. *Edit. Paris. pag. 31.*

46. Ὁ μέγας Ἀδνουμιαστής.) Glossarium Bibliothecæ Reg. Ἀδνούμιον, κατάλογος στρατιωτῶν. *Census militum.* Eos itaque censet Adnumiastes. Exponit dictionem Rigaltius, ex eo plura mutatur Meursius, ex Meursio, Gretserus, ex utroque cuncta Bullengerus ad verbum. Eadem ingerere importunum. Theophobus, apud Cedrenum in Theophilo, πολλοὺς ἐκ τούτων ἐμφέρτων τοῖς βασιλικοῖς ἀξιώμασι τετιμηκὸς καὶ ἕξει στρατιωτικοῖς. (Ἀδνουμίῳ) ἀναγράφονται τάγμα Περσικὸν τούτοις ὀνομάσας, *plures ex eis (Persis) Palatinarum dignitatum titulis ornatos, in militares codices (Adnumium) recenset: aciem Persicam eos appellans.* Nicetas in Isaacio: μυρία ὅσα περὶ στρατιωτικὸν εἶδος καταλόγων. *Militares catalogos tractabat.*

Digitized by Google

47. Ὁ Λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ.) Quatuor æraria numero apud Gregoram lib. 6. τὰ μὲν ἐκ τοῦ βασιλικοῦ στρατιώτου ἐδίδοντο, τὰ δὲ ἐκ τῶν στρατιωτικῶν, τὰ δὲ ἐκ τῶν κοινῶν, καὶ ἰδιωτικῶν. *Regii thesauri pecuniæ distribuebantur, quæque in militari ærario servabantur, nec non publicæ, & privatæ opes.* Magnus Logotheta sacras omnes gazas recognoscebat, τοῦ γενικοῦ publicas, & οἰκειακῶν privatas, hic, de quo sermo, in milites erogandas. Ærarium militare ab Augusto institutum scribit in ejus vita Svetonius. *Utque perpetuo, ac sine difficultate, sumptus ad tuendos eos prosequendosque suppeteret, ærarium militare cum vectigalibus novis instituit.* Curaverunt ærarium primo Quæstores, teste Dione lib. 43. aliquando Ædiles, narrante Svetonio in Augusto: nonnumquam Prætores, eodem Svetonio referente: rediit iterum ad Quæstores, ait Dio in Claudio: ac demum ejus omnis cura penes Logothetas mansit. Hujus adhuc στρατιωτικοῦ, nempe Λογοθέτου, sexta Synodus act. 1. & septima, act. 1. meminere: modo Imperialem Logothetam, modo Quæstorem militaris ærarii reddidere interpretes. Laudes Cabasilæ Logothetæ militaris prosequitur Cantacuzenus lib. 1. hist. cap. 49.

48. Ὁ Πρωτοιεραχάριος.) Aucupum regiorum Præfectus, quique enutriendis accipitribus, aquilis, falconibus, & prædatricibus quibuscumque avibus ex Imperatoris mandato vacat: magnus Falconarius nostris dicitur. Andronicum juniorem refert Phranzes lib. 1. cap. 12. accipitres supra mille quadringentos, totidemque qui curaret, aluisse.

49. Ὁ Λογοθέτης τῶν ἀγελῶν.) Armenta gregesque præcipuos fuisse regum antiquorum census sacræ literæ narrant. Erant etiam agri, domus, possessiones, eorum divitiæ. Julianus Augustus in epist. Γαλιλαίων τὰ χρήματα ἐκελεύσαμεν ἀναληφθῆναι δοθησόμενα τοῖς στρατιώταις, καὶ τὰ κτήματα ταῖς ἡμετέροις προσθῆναι τεμένεσι. *Jussimus ut pecuniæ Galilæorum caperentur, darenturque militibus, & possessiones nostris primariis adjungerentur.* Theodoretus hist. Eccles. lib. 3. c. 12. memorat Elpidium ὃς ἰδίων τοῦ βασιλέως χρημάτων καὶ κτημάτων ἡγεμονίαν πεπιστευμένον: *Privatis principis pecuniis & possessionibus Præpositum.* Ille, inquies, privatarum; hic de quo tractamus, gregum Logotheta est. Verum greges in agris & possessionibus ille censebat: & jura nonnulla regia quibus equi, boves, cameli, &c. ad comitatus usum pararentur, potuit hic exigere. Hinc equi Curatorii in Cod. Theodosiano memorati a colonis & obnoxiis Curatoritio nomine flagitati: hinc oves, gallinæ, &c. Canonici pariter nomine Patriarchæ offerendæ, de quibus Jus Græcor. abunde.

50. Ὁ μέγας Διερμηνεύτης.) Magnus & præcipuus, eo quod plures in Aula CP. interpretes asserit Tyrius de bello sacro lib. 18. cap. 30. *Adsunt Imperatoris CP. legati: primus vir illustris Guido Stephanus ejusdem consanguineus: secundus, maximus Palatinorum Interpretum, Trifillus, homo vafer, & pro negotiis Imperialibus valde sollicitus.* Persicæ linguæ memorat Procopius de bello Persico. ὥσπερ αὐτῷ Ἑρμωδὶς εἵπετο, σαφῶς αὐτῷ ἐπὶ τῆς κιβωτοῦ κατακλίνεσθαι πρᾶγμα οὔποτε γεγονός, πρότερον ἐκ τοῦ παντὸς χρόνου. *Qui eum sequebatur Interpres, cum eo in lecto accubuit, quod numquam antea factum fuerat.* Loquitur de Chosroïs legato a Justiniano convivio excepto. Simocatta lib. 2. cap. 9. Ἑρμωδὶς δ' οὗτος Σαρακηνοῦ φύλου τοῦ ἐπιχωριάτου Ῥωμαίοις. *Ille* (Theodorus Abydenus,) *Interpres fuit Saracenicæ gentis, quæ belli societatem cum Romanis inierat.* Δραγόμανον vel Δραγομάνον hodie vocant, voce Chaldæoturcica: Chaldæis enim תרגם est interpretari: *Drugemen* scripsit Villahardonius antiqua Gallica, jamque antiquata dictione, cui purior successit *Truchement*.

51. Ὁ Ἀκολούθου.) Anglorum sive Barangorum sub Imperatoris signis promerentium, ipsiusque satellitum Dux, ipsum Imperatorem pone sequens, ac quos regebat Anglos præcedens, de quo rursus cap. 5. cum Auctore. Cedrenus in Constantino Monomacho. διὸ καὶ ἤδη ὁ βασιλεὺς τὸν Ἀκόλουθον Μιχαὴλ μεταπεμψάμενος ἐκ τῆς ἑσπέρας εἰς Ἰβηρίαν ἐκπέμπει: ὃς ἐκεῖ γενόμενος, καὶ τοὺς διεσπαρμένους ἐν τε Χαλδίᾳ καὶ Ἰβηρίᾳ Φράγγους καὶ Βαρδάγγους ἀγηοχώς, κωλύειν ἐπεδήλου τὸν ἐπόντα τρόπον τὰς ἐκδρομὰς τοῦ Σελτσοῦκ. *Itaque celeriter Imperator Michaëlem Acoluthum, ex Occidente revocatum, in Iberiam mittit. Qui cum eo venisset, collectis, per Chaldiam ac Iberiam, dispersis Francis ac Barangis, compescere quoque modo grassationes Sultani conatur.* De Barangis inferius.

52. Ὁ χειτὼν τοῦ φοσσάτου.) Scribitur etiam φωσάτον, φωσσάτον & φωσάτον, *Exercitus, acies*: a *Fossato* sive vallo quo castra muniuntur: unde *Fossatum* & vallum nonnumquam significat; sæpius & fere semper *exercitum*. Fossatum indicat in illa Cedreni sententia: Βελισάριος λαβὼν τοὺς ἵππους τῆς πόλεως, καὶ ἐξοπλίσας λαὸν ἱκανὸν εἰς Χίτου κώμην. καὶ ποιήσας φοσσάτον, ὅσους ἐκράτησεν ἐξ αὐτῆς ἀπέκτεινεν. *Ubi* Interpres. *Belisarius equis civium sumptis armata multitudine venit ad Chitipagum: fossaque acta (vallo) quotquot barbarorum cepit, eos necavit.* In hac Leonis in Tact. Const. 11. κυρίως φοσσάτον τὸ ἄπλητον τοῦ ὅλου στρατεύματος χαλάσαι. *Proprie φοσσάτον castrorum metatio vocatur.* Et infra. ἀσφαλίζεσθαι ὀρύγμασιν, ἢ πάλοις, ὁλοκλήροις τάφροις ὃ λέγουσι φόσσα: *vallis, palis, fossa & aggere munire.* Exercitum vero indicat apud Leonum eumdem. Constantinum de Adm. Imp. Turco græciam, Jus Græcor. & alios locis pene infinitis. χειτὼν τοῦ φοσσάτου, qui jurgia, lites, & disceptationes, inter milites & exercitus duces ortas componit, & insontes animadvertit. Leo per totam Constitutionem 11. judicia ab eo exercenda definit, quæ tamen non ad χειτὼν, sed ad ipsum ducem refert. εἰ μέντοι ἀδικηθῇ παρά τινος τῶν ἄρχοντι τοῦ τείγματος προσελθέτω. εἰ δὲ παρὰ τοῦ ἄρχοντος αὐτοῦ ἀδικηθῇ, τῷ μείζονι ἄρχοντι προσελθέτω. *Si quis injuriam a quoquam acceperit, ad legionis suæ præfectum referat: Sin ab ipso præfecto lædatur, majori alicui præfecto narret.* Svidas quoque v. ἡγεμονία τῷ πολεμάρχῳ εἰσάγοντες ἐπιδείκνυσί ἃ ὅσα εἰσαγγελίαις ἔφερον: *causæ desertionis crimen inferente, a summo duce discutiebantur.* Imperator Leo nihilominus inferiores judices in exercitu constitutos testatur Tacticorum Constit. 4. ὁ Πραίτωρ, ἤγουν ὁ τῶν δήμων δικαστής: ἐς τὰς δίκας τῶν δικαζομένων ἐβάλλου, ὅς εἰ μὴ τῷ στρατηγῷ ἐν τισιν ὑποτάσσοιτο χρή, ἀλλ' αὐτὸς τοὺς λόγους τῶν ἰδιωτῶν εἰς διοίκησιν πρὸς τὸν βασιλέα ἀφορᾷ. *Prætor, id est Thematis judex, qui dissidentium litigia solvit, quem licet Duci subjectum esse oporteat, ut privatarum ipsius administrationum rationes, ad Imperatorem referre docet.*

Edit. Paris. pag. 32.

53. Ὁ ἄρχων τοῦ ἀλαγίου.) Officium haud explicatu difficile: ex vocis nihilominus ἀλαγίου dubietate & obscuritate, jam pene incertum & ignotum. Legunt hic quidam ἀλόγου, at ἄλογος: & ex voce ἄλογον sibi nota (quis enim *equum* ignoraret) τὸν ἄρχοντα τοῦ ἀλογίου veredariorum & cursorum Præfectum creant. Lexica, auctoritates, conjecturæ quæruntur: verum, οὐδεὶς λόγος Sanior lectio hic restituta certum proferet sensum; & abdicato jure alieno, proprium officio reparabit. Legendum itaque ἀλλαγίου, quod frequenter, tum hic, tum c. 5. posuerunt Regia cum duobus Mazarinis MSS. exemplaribus postmodum proferendis, quod constanter habet Cantacuzeni, Regium item exemplar aliud, quod indubie retinendum censuit auctor Glossarii v. ἀλλαξιμαίους, ἀλλάγιον. Errat tamen (ut sæpe solet) dum ἀλλάγιον, & ἀλλαγὴ confundit, ac eo quod ἀλλαγὴ, ζῶον δρομικόν, *veredarium & equum mutatorium* indicat; ex propriis in eodem sensu τὸ ἀλλάγιον exponit. Errorem animadvertisse diceres, ubi subjungit. *Scholiastes Oppiani Halieut. l. 1.* τοὺς λόχους *interpretatur* ἀλλάγια: at, quasi repudiata veritate quam palpaverat, exilit confestim, & ad equos publicumque cursum nervis omnibus contendit. Adhæremus nos λογίου sensui apud memoratum Scholiastem reperto. ἀλλάγιον itaque est λόχος *agmen, turma, acies.* & ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου, qui eam quavis ratione ducit, & illi imperat. Verum quodnam agmen, inquies, regit hic ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου, ut cum Domestico, Comite stabuli, Stratopedarcha, & aliis potestatem exerceat & obtineat dignitatem? Respondet Auctor c. 3. ὁ ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου εἰς τὸν τοῦ βασιλέως διέρχεται μὲν σωτάξιν, καὶ ὑπὸ μέγαν δὲ Πεμμικήριον. *Profectus Allagii locum obtinet in Imperatoris comitatu, & subest magno Primicerio.* Observa prætermissos silentio equos, & σωτάξιν memoratam. quid σωτάξις quam *comitatus, agmen, acies.* Quid igitur ἄρχων τοῦ ἀλλαγίου, quam ἄρχων τῆς σωτάξεως, & διέρχεται, ducis more, εἰς τὴν βασιλικὴν σωτάξιν: βασιλικὴν vero σωτάξις, Imperatorius, vel sacer est comitatus, cujus magnus Pri-

Digitized by Google

micerius est caput, ex Auctore cap. 5. num. 22. τοῦτο δὲ ἐστὶ τὸν σωματοφύλακα: illi supponitur ὁ ἄρχων τῆς ἑταιρείας, ac ejus vices gerit, ergo non equorum, sed comitatus, sub Primicerio ductor fatendus, qui nonnullis *Principibus*.

54. Ο Πρωτελαγάτωρ.) Verius ac communius, in Regiis, apud Meursium, Matthæum, Monachum infra referendum, & Cantacuzenum superiori nota memoratum, lego Πρωτελαγάτωρ, vocem ab eadem radice, qua præcedens deductam, ἀπὸ τῆς ἑλαγείας nimirum: ita tamen ut ἄρχων τῆς ἑλαγείας, & Πρωτελαγάτωρ, sic se habeant ut ille præcedat agmen, hic sequatur: ille milites ducat, hic ordinet: ille paratus in aciem & hostes exemplo provocet, hic militiam deserturos, ut in ordine stent, vi compellat: ille recta fronte in hostes pergit, hic a tergo impetitis, & sola facie conversis confestim, expedisse quo, ductor apparet; unde ex honore quem tunc assequitur, & quia μετὰ τὸ ἄρχοντας τῆς ἑλαγείας dignitatem & onus bellandi ducendique dividit Πρωτελαγάτωρ ei nomen inditum: ille Leoni λοχαγός, hic ὀρεγὸς dicitur in Tactic. Constit. 9. στρατιῶται τριφόμενοι εἰς ἑκάστην ἀντιβλέπουσι κατὰ τὸ νῶτα, ὅπου τὸ ὀπίσω μέρος, ἐκάτι τῆς λοχαγῆς διεστρομένου, ἐπὶ τὸ ἐξικαδεκάτου ὀρεγοῦ. *Milites quemadmodum ante stabant conversi, solum ad tergum extremam aciem respiciant, lochago sive præsitæ in anteriorem partem minime, sed ultimano jam in fronte constituto, quem ὀρεγὸν id est caudanum nominant.* Superius dictis attestatur idem. χρὴ δὲ τοὺς ὀρεγοὺς παρεγγυᾶσθαι, καὶ ἐκ τῆς ὁπλίσεως παρορᾶν καὶ ἀτορδοῦν αὐτοὺς εἰς πλῆν χρείαν, ἵνα μὴ ἀτρεμοῦντας τοὺς, ὡς εἰκὸς δειλιῶντας. *Præcipiendum est quoque ὀρεγοῖς, id est ultimanis seu caudanis, persæpe est: & eos qui a tergo sunt impellere oportet: atque ad usum omnem militarem incitare, ut ne aliqui ex illis metu perculsi, sint emissi.* Πρωτελαγάτωρ Sennacherim laudat Cantacuzenus l. 1. cap. 26. quem dum *equis cursoribus Præfectum* autumat in margine interpres, in errorem equo celoce vitius contendit.

55. Ο μέγας Διοικητής.) *Collector tributorum* est. Leo Novella 61. τοὺς ἐπὶ συλλογῇ τῶν δημοσίων φόρων καθισταμένους, διοικητὰς ἡ συνήθης ὁμιλία καλεῖν οἶδε. *Publicorum tributorum collectioni Præfectos communis loquela* διοικητὰς, *vocat*. Cedrenus in Leone Isauro, cujus præcessor Theodosius fuerat διοικητής, quem modo *Procuratorem*, modo *Quæstorem* reddit interpres. προστάξαμεν τοῖς διοικηταῖς τῶν δημοσίων εἰσπράττειν εἰς τὰ χαιρόνια, κατὰ νόμισμα, μιλιαρήσιον ἕν, ἓ καμβάτα αὐτὸ ἡ βασιλεία, καὶ κτίζει τὰ τείχη, κἀντεῦθεν ἀπεχράτησαν αἱ συνήθειαι, παρέχων τὸ δικαίωμα τοῖς διοικηταῖς. *Collectoribus negotium dedimus, ut in pensum in singula nomismata accipiant miliarium unum, idque in ærarium confertur, ut reparentur civitatis mœnia. Exinde mos obtinuit, ut dicerata Collectoribus solvantur.* Frequentius quam ut referatur legitur apud Cedrenum eumdem, Theophanem, Leonem Grammaticum, Nicetam, & alios recentiores historiæ Græcæ scriptores. Graphice τὸν ἐπὶ τῶν εἰσόδων τῆς πόλεως depingit ultimo memoratus auctor in Joanne Comneno, *qui speciatim urbica tributa legit*: cui favet Cedrenus jam productus.

56. Ο Ορφανοτρόφος.) Clarior est dictio, quam ut eam dicamus orphanis nutriendis Præpositum, tamquam tutorem & curatorem minorum significare dicamus; clarissimum quoque officium, quod jura non silent in leg. Orphanotrophos in principio Cod de Episcopis & Clericis, & in Lege Omnia privilegia. Primus ei instituendo dedit ansam Constantinus, qui ex Theophane σιτομέτριον τῇ πόλιν ἐχαρίσατο τοῖς ἐκκλησίαις εἰς διατροφὴν διηνεκῆς χήραις, καὶ ὀρφανοῖς, καὶ ξένοις, πένησί τε καὶ κληρικοῖς: *Annonam per urbes Ecclesiis divisit, in perpetuum viduarum, orphanorum, peregrinorum, pauperum, & Clericorum alimentum*. Palatinum insuper, non Ecclesiasticum fuit hoc munus, ut commode orphani educarentur. Alia vero pleraque misericordiæ, quæ circa corpus occupatur, exercendæ munia Ecclesiastica fuere, & Episcopi recognitioni subjecta. Ecloga Leonis & Constantini AA. tit. 8. ὥσπερ κληρικὸν οὐ δύνατόν βαθμῷ, ἐπὶ χρήματι προβάλλεσθαι ἐκ ἀπεχόμενα: ὕτως οὐδὲ Ξενοδόχον, ἢ Πτωχοτρόφον, ἢ Νοσοκόμον ἢ ἄλλο οἷον δήποτε διεγὲς οἶκο διοικητῶ, ἢ οἷον δήποτε ἐκκλησιαστικὸν φροντίσμα χειρίζοντα. *Quemadmodum Clericum cujuscumque sit gradus non permittimus pecunia data designari: sic neque Xenodochum, aut Ptochotrophum, aut Nosocomum, aut alicujus denique venerabilis loci Præfectum, aut quodcumque Ecclesiasticum munus sustinentem.* Et infra tit. 9. τοὺς Οἰκονόμους καὶ Ξενοδόχους, καὶ Νοσοκόμους καὶ Πτωχοτρόφους, καὶ τοὺς ἐπὶ ἄλλων διακονιῶν οἴκων διοικητὰς, καὶ τοὺς ἅπαντας κληρικοὺς, κελεύομεν ὑπὲρ τῶν ἐμπιστευθησομένων αὐτοῖς διοικήσεων παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ, ᾧ ὑπόκεινται, ἀποκρίνεσθαι: ἔτε τοὺς λογισμοὺς τῆς ἰδίας διοικήσεως πληροῦσθαι καὶ εἰσπράττεσθαι. *Oeconomos, Xenodochos, Nosocomos, & Ptochotrophos, alios que venerabilium locorum administratores, alios que omnes Clericos, jubemus de administrationibus ipsis creditis apud proprium Episcopum, cui subjacent, respondere rationesque administrationis suæ conficere prout exiguntur.* Orphanotropheum locum Orphanis educandis deputatum memorat Cedrenus in Leone Armenio ad S. Pauli ædem locatum.

57. Ο Πρωτονοτάριος.) Ita vocatus jam ab antiquo, a Socrate quidem Græco l. 7. c. 23. & a Marcellino Latinæ linguæ scriptore l. 25. Primicerium Notariorum nuncupat Pancirollus in Notit. Imp. Ori. c. 92. eidemque tres Notariorum ordines, Tribunorum, Domesticorum, & inferiorum Tribunorum supponit. Alios τοῦ βασιλέως, τοῦ ὑπουργίας, τοῦ βασιλικοῦ ἰδικοῦ lego in Theophane, & Leone Grammatico: Protonotarios non paucos in Jure Græcor. & ἀδρόμους speciatim in Joanne Comneno & Andronico apud Nicetam. ταχυγράφους si legas, semper Notarios reputa: verum cave ne valde diffitos scriptores ταχυγράφους & καλλιγράφους confuderis: qui enim cito, prave; qui tardius, scribit quoque rectius & nitidius.

58. Ο ἐπὶ τῶν ὑπομνήσεων.) *Memorialem*, quem *Magistrum memoriæ* vocat Imperii Notitia, putat Meursius *Edit. Paris. pag.* 33. institutum, ut laudationes eorum, qui militiæ aut alibi fortiter se gessissent, Imperatori suggereret, ac præmiis cohonestandos admoneret: clarumque istiusmodi officii se reperisse gaudet monumentum, tum apud Auctorem c. 5. tum apud Agathiam l. 4. his verbis. ἐκ βασιλέως τῷ Ῥουσικῷ ἦκον ἐπιτάγματα, ἐφ' ᾧ ἕκαστά τε τῶν ποιήματα εἰς τὴν ἀκρόασιν ἀναφέρειν, καὶ τοὺς ἐπὶ στρατιᾶς τοὺς ἀριστεύσαντας τοῖς βασιλείοις δώροις φιλοφρονεῖσθαι: *Habens Imperiale mandatum ad Rusticum, ut singula quæ facta essent accurate nunciaret, & milites qui præclare rem gessissent, regiis donis honestaret.* At non unicum hoc est Memorialis munus, qui de omnibus ad Remp. & Principem spectantibus, de publico bono ad augendo, removēdis incommodis, puniendis sceleribus, æque ac virtute compensanda ipsum commonere, ac commovere suscepit. Non repudiandum huic sententiæ testimonium promit Cedrenus in Justino, ubi Præfectus urbis loquitur: συγχωρήσατε μοι ἡ βασιλεία σου εἰσέρχεσθαι πρός σε ἀκωλύτως, φέρω τε ἀνήκοντα ὑπομιμνήσκειν τὸ κράτος σου: ἓ βεβαιῶ μετὰ τεσσάκοντα ἡμερῶν μὴ διέσκεδαι ἓ ἀδικούμενα, ἢ ἀδικούμενον· εἰ δέ τι ὑποπτήσεως περὶ τινος ὑποθέσεως ἧς ἤκουσα ἐγὼ, καὶ οὐκ ἐξεδίκητε, κεφαλικῶς τιμωρησόμεθα. *Liberum ad te accessum mihi majestas tua permittat, ut de rebus necessariis potentiam tuam monitam faciam: recipio in me, effecturum intra mensem, ne ulla fiat, vel illata in urbe, vel accepta injuria. Quod si quis rem audiam, ac a me impunitam, tibi suggesserit: capite me plectendum assentior.*

59. Ο Δομήσιος τὰ τείχη.) Reges, Consules, Imperatores muris urbes cinxisse, non infrequenter legimus: bellorum duces etiam hoc onus assumpsisse, Belisarii Narsetisque res gestæ docent: transiit hoc studium ad ipsos urbium populos, ac demum plebis expensis, novo a Leone Isauro imposito tributo, nusquam tamen deinceps extincto, fuere Constantinopoli reparati. Theophanes in ejus vita ἐπεκράτησαν δὲ σεισμοὶ μεῖζες δύσεκε. ὁ οὖν Βασιλεὺς ἰδὼν τὰ τείχη τῆς πόλεως πεπτωκότα, δηλέλησο τῷ λαῷ· ὅτι ὑμεῖς οὐκ ἐκτίσατε τὰ τείχη κτίσαι. ἀλλ' ἡμεῖς προστάξαμεν τοῖς Δομησταῖς, καὶ ἐπετύθην εἰς τὸν πανόπλα ὁλοκτίνην, μιλιαρήσιον· καὶ λαμβάνει αὐτὸ ἡ βασιλεία, καὶ κτίζει τείχη· ἐντεῦθεν δὲν ἐπεκράτησεν ἡ συνήθεια δίδειν τὰ δικαιώματα τοῖς Διοικηταῖς. *Terræ motus duodecim menses continuos invalsit. Imperator itaque vitis urbis mœnibus diruitis, publice sanxit. Non contenditis, ut mœnia reparetis: Exactoribus eam ob rem præcepimus, ut in pensum publicum, pro singulis numismatibus, miliarision unum*

Digitized by Google

colligant. Hæc ſibi majeſtas mea aſſumet, mœniaque cuncta reſtaurabit. Hincque ut Collectoribus duo cerata ſelvantur, mos invaluit. ac inde forſitan emanavit pariter, ut murorum Præfectus inſtitueretur, tunc enim primum occurrit, in Theophane, Nicetas quidam Anthrax *mœnibus Præfectus*, ἄρχων τοῦ τείχους, qui ut ex dictis de Domeſtico patet, Domeſticus murorum non inepte poteſt ſcribi.

60. Ο προκαθήμενος τοῦ κοιτῶνος.) Præcipuus Cubicullariorum, ac ſacri cubiculi Præfectus, cujus curam & cuſtodiam, Παρακοιμωμένῳ ſuppoſitus, demandatam habet. Ita Auctor ipſe infra c. 5. n. 80. Lectum etiam ſomno capiendo, ac Imperatori noctu cuſtodiendo, in ſacro cubiculo habuiſſe conſtat ex Leone Grammatico in Michaele Theophili F. Ιγνάτιος δὲ Καισωνίτης ἐπελθὼν τοῦ κλεῖσαι τὴν θύραν τοῦ κοιτῶνος, ἄρρε διεσταλμένην· ἐν ἐσχατοις ἐκαθέδη ἐπὶ τῆς κλίνης, τιλλων τὰς τρίχας αὐτοῦ. ὁ δὲ βασιλέως ὕπνον θανάτῳ παραπλήσιον κοιμωμένου, ἀθρόως ἐλθὼν Βασίλειος μετὰ τῶν ἑτέρων τὰς θύρας ἀνέῳξε. ἐν ἐμφόβοις ἐξελθὼν Ιγνάτιος, ἀντίπιπτε Βασιλείῳ μὴ ἐσελθεῖν. *Ignatius Cubicularius fores cubiculi clauſurus ſerum loco motam reperit: & vellicans ſibi capillos, totus animo fractus, in lecto conſedit. Imperatore vero ſomno letho quam ſimili correpto, inſiliens cum ſociis Baſilius fores aperuit. Stupefactus Ignatius obviam proceſſit, ac ne Baſilius intraret, obſiſtebat.* Curabat hic Imperatoris defuncti corpus. Idem Leo paulo infra. ἐπέστειλε δὲ Βασιλέως καὶ Παύλου καισωνίτῃ τοῦ ἐνταφιάσαι τὸν Μιχαήλ. *Paulum cubiculo Præfectū ſepeliēdo Michaeli miſit Baſilius.* Callicrinitem προκαθημένου τοῦ κοιτῶνος memorat Cantacuzenus l. 1. c. 19.

61. Ο προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου.) De Veſtiario Heſychius. Βεστιάριον τόπος ἐν ᾧ τὰ χρήματα τίθενται, καὶ τὰ ἱμάτια τοῦ κοινοῦ. *Veſtiarium locus eſt in quo pecuniæ reponuntur, & veſtes publicæ.* Ut veſtes aſſervat, vocatur alibi ab Auctore, τὸ ἐντὸς ἀλλαξιμαίριον, *penetrale veſtibus mutandis* diſpoſitum; quaſi dicas *mutatorium*: ut ærarii munere defungitur, a Niceta l. 3. Alexii Comneni τὸ ἔσω ταμεῖον *internum æracium.* Latinis idem præſtat Veſtiarium ex Bibliothecariis Guilielmo & Anaſtaſio; illo quidem in Stephano 6. ſcribente: *quid mirum ſi Veſtiariorum gazas reperit?* hoc autem in Severino: *Sigillaverunt omne Veſtiarium Eccleſiæ, ſeu cimelia Epiſcopi.* Nec ſuperflue duas iſtas ſignificantias conjunctim ponendas cenſui: huic enim Veſtiarii Curatori, ſut veſtium cuſtodia nullatenus deneganda, ita Regia theſauri cura, nec non rei domeſticæ, æque ac privatarum Logothetæ, & aliis tribuenda cum Auctore c. 5. n. 81. ubi poſtquam Protoveſtiaritæ ſubjectum aſſeruit: ὑπηρετεῖ δὲ, inquit, εἰς τὰς προφερομένας καὶ ἐξερχομένας εἰσόδους τε καὶ ἐξόδους: *Operam ſuam locat in acceptorum expenſorumque proventuum rationibus annotandis.* Confirmat. Anna Comnena Alexiados 2. Veſtiarium ſive cubiculum Imperatoris idem fuiſſe, quod & ejuſdem ærarium. Βυζαντίῳ δέ τινι κατ' ὁδὸν ἐντυχών, χρυσοῦ βαλάντια ἱκανὰ ἐπιφερομένῳ καὶ πρὸς τὰ μεγαλοπολιν ἐπιόντι, ἤγετο αὐτὸν τοῦτο δὴ τὸ Ομηρικόν. τίς πόθεν εἰ ἀνδρῶν καὶ ἐπεύδει παρ' αὐτοῦ ἐμάνθανεν, ὅτι τὸν πολλὰ χρυσὸν ἐπιφέροιτο ἀπό τινων εἰσπράξεων, ἐς ὅτι πρὸς τὸν κοιτῶνα τοῦτον ἐξικομίζοι. *Byzantino cuidam in via obviam facto, Homericum illud interrogabat. Quis inter mortales cenſeris? Cum vero eum plurimam auri copiam e quibuſdam veſtigalibus collectam ducere, & ad ſacrum cubiculum deferre percepit.* Hodie pariter ærarium & fiſcus Pontificius *Cameræ Apoſtolicæ* nomine indigitatur, *la camera*: ſummuſque Camerarius Apoſtolicis quoque gazis præficitur ὁ προκαθήμενος τοῦ βεστιαρίου, quem Leo Grammaticus in Conſtantino Leonis F. Πεμμικήριον τοῦ βασιλικοῦ βεστιαρίου dixit.

62. Ο Βεστιάριος.) Veſtiarium hunc cenſe Protoveſtiario & Veſtiarii Præfecto ſubjectum. Ejus præcipuum munus eſt ſumma circa Veſtiarium vigilantia, ac ejus perpetua cura: unde & expeditione marina ſuſcepta, triremi illud deportanti imperat, ac ejus triremis velut apotheca veſtiaria Imperatoriam ſequitur. Auctor cap. 5. num. 82.

63. Ο Εταιριάρχης.) Idem officio ac μέγας Εταιριάρχης, verum ei ſuppoſitus.

64. Ο Λογγαριαστὴς τῆς αὐλῆς.) Aulicus Theſaurarius, qui meritis & obſequiis ſtipendia exequat. At non tam rationum ærarii, quam miniſteriorum diſcuſſor, ac diſceptator exiſtit. Auctor de illo uberius c. 9. nos de Logariaſta, ubi de magni hujus nominis officio.

65. Ο στρατοπεδάρχης τῶν Μυρατῶν.) Qui ſint Murtari conjicere quidem, at non certo probare poſſumus. Eſtcerte μοῦλτον *ſeditio, tumultus*, apud Conſtantinum Porphyrogenitum in Nov. ἐπιβουλαῖς ἐπὶ χειρὶν ἢ μούλτῳ, *inſidiis, vel tumultu facto adoriri.* cujus ſententiam referens Matthæus Blaſtares Elementi Σ ca. 11. in Nomoc. ſcribit μούτρῳ, vice μούλτῳ, recentioribus enim λ in ρ mutare quam familiare, ut ἤρθει, vice ἤλθε, ἁρμυρόν vice ἁλμυρόν: An vero ἀπὸ μούρτα, Μυρτάτοι, non qui tumultum excitent, ſed qui compeſcant Silentiariorum vice, vel etiam ſi tumultum edant, ad reverentiam Imperatori exhibendam, velut præſentis majeſtatis ſignum edunt, literatus Lector judicabit. Murtatos porro ſtationarium militum agmen eſſe nulli dubium, ut eorum Ducem στρατοπεδάρχλω, qui Leoni in Tacticis Καμπιδούκτωρ. *Campiductor.*

Edit. Pariſ. pag. 34.

66. Ο Στρατοπεδάρχης τῶν Τζακόνων.) Laconas hodie vocari Tzaconas, recte obſervarunt ex Gregora l. 4. Meurſius, Gretſerus, Bullengerus: corrupte tame Tz vice λ ſubſtitui inficior. Sunt itaque Tzacones germana popularique prnnuntiatione a Tyaconia Peloponneſi monte, qui antiquis *Cronium* eſt vocatus, oriundi. Ita Gemiſtus apud Ortelium, & Georgius Coreſius in reſcriptis. Magiſtrum porro Tzaconitam, de quo Luitprandus in legat. eſſe hunc τῶν Τζακόνων στρατοπεδάρχλω nullo Auctore Meurſius affirmat.

67. Ο Στρατοπεδάρχης τῶν Μονοκαβάλλων.) Μονοκέβαλλοι, iidem qui μόνιπποι, unico pugnantes equo. Hos Palæphatus κέλητας vocat, Plinius l. 34. c. 5. *Celetes.* Seneca, *Singulatores* ab equo ſingulari, quo utebantur. κέλης Svidæ μόνος ἵππος: καὶ ὁ ἐπὶ ταύτῃ φερόμενος· ὁ σελλάριος, ὁ γυμνός, ἢ ἵππος δὲ κέλης ὁ γυμνός. *Equus ſingularis, & qui inſidet eques, nudus ab armis: & equus quoque Celes ab illis nudatus.* Scholiaſtes Græcus: κέλης, ἵππος μονάμπυξ: *Celes, equus non jugatus* · Plura Hermanus Hugo de militia equeſtri lib. 3. cap. 4.

68. Ο Στρατοπεδάρχης τῶν Τζαγγραπόρων.) Τζάγγρα, *arcus*, Τζαγγράτορες, *ſagittarios* quidam cum Meurſio reddunt: quos autem arcus, quos ſagittarios intelligant, non exponunt. Breviter & ſincere: Τζάγγρα, *baliſtæ* ſunt, de quibus Cantacuzenus l. 1. c. 36. ἐκ τάξων Λατινικῶν τῶν λεγομένων Τζάγγρων ἀφιέντες βέλη: *ex arcubus Latinis, vocatis baliſtis, ſagittas mittentes.* Belle interpres in margine. *Inde Tzangratores qui Arcubaliſtarii fuerunt, quorum uſus in bellis tunc temporis plurimus.* Sunt & teſtimonia quæ arcus hujuſmodi indicent: Annæ lib. 8. τὸ ἀπὸ τῶν Τζάγγρας (fœmineum reddidit fœmina) βέλος ἐμπεσὸν *ſagitta e machina decidens*: nuſquam hoc de uſitato arcu diceretur, ſicut nec illa Heronis μαγγανότζαγγρα, *machinæ baliſtariæ*: Sunt & alia quæ Baliſtarios ingerant, Nicetæ in Manuele Comneno lib. 2 φραξάμενοί τε, ὡς μὴ ἦσαν, τὰ τείχη τοξόταις καὶ Τραγγράτορσι: at niſi Τζαγγράτωρες baliſtarii forent ab aliis ſagittariis diverſi, ut quid utrorumq; mentio, ut ex iis mœnibus tutamen accederet? Arcus tamen eſt Baliſta, Baliſtarii quoque ſagittarii ſunt, quos proinde Τζαγγροτοξότας nominat Nicetas in Alexio l. 3. at Phranzis interpres Pontanus belle rurſus de illis l. 2. c. 14. *Zangratores* (quidam enim codices habent Ζαγγράτορες, alii Τζαγγάτωρες) *genus ſagittariorum, alterius generis veſtes, & inſignia habebant*: ab aliis nempe ſagitariis Tzaconibus ſive Laconibus diverſa.

69. Ο Προκαθήμενος τῶν μεγάλων παλατίων,) Plura fuere Conſtantinopoli palatia ab hiſtoricis, ac ſpeciatim Originum CP. Auctore memorata: qui ſupremus omnium Curator, & cuſtos; is eſt Προκαθήμενος, de quo in præſenti. Legantur Gillius, & Pancirollus de 14. regionibus Urbis CP. Unum fuit inter reliqua præcipuum. Leo Grammaticus βασίλειον, Nicetas l. 1. Iſaacii μέγιστον ἀρχεῖον, Manuelis l. 1. μέγα ἀρχεῖον, ἔνθα τῶν χρημάτων αἱ σωρεῖαι, καὶ τὰ τῶν κρατουμένων γνωρισικὰ περιβλήματα. *ubi pecuniarum acervi, & Imperatorum inſignia, veſteſque Imperii argumenta*, alibi μέγα βασίλειον, rurſus ἱερὸν ἀρχεῖον, vocat. In eo Regium ſatellitium ac ſolemnes excubiæ: ea propter occiſo Michaele ſilentio illud occupare ſtuduit Baſilius Macedo, in Leo-

Digitized by Google

ne citato. Manuel vero Joannis Comneni F. a patre quatuor vis renunciatus, hoc unum sollicitus ambiebat, ut palatium Imperii arcem teneret, in Niceta loco jam memorato.

70. Ὁ Προκαθήμενος τῆς Βλαχερνῶν τειμιωτέρου.) Erant Blachernæ ad maris sinum Constantinopoli, τὸν ἐν Βλαχέρναις κόλπον, *Blachernensem sinum* memorat Cedrenus in Michaele Balbo; in eo non sacras modo Deiparæ, sed & Regias Imp. Pulcheria construxit ædes, quarum custodia fuit sollicitus hic Προκαθήμενος: Nicetas in Alexio Manuelis F. τὸν Ἀνδρόνικον καταβάντα ἐκ τῶν τυραννικῶν τὸ ἐν Βλαχέρναις βασίλειον, καὶ γενόμενον κατὰ τὸ ἔντος τούτου ὑψηλοτέρω δόμον, ὃς Πολύτιμος λέγεται. *Cum autem Andronicus ex Regiis ædibus in Blachernense palatium descendisset, & Polytimi ædificium sublime penetrasset*, &c. Incultum ruinæque vicinum describit Gregoras l. 4. sect. 7. τὸ γὰρ ἐν Βλαχέρναις παλάτιον ἐκ πολλοῦ, καὶ οὐ τὸ πλεῖστόν γε ἐκ πολλοῦ κατεῖχε καὶ κόπρου ἐπλήρου. *Blachernium Palatium longo jam tempore neglectum fimo ac pulvere repletum erat*: quapropter urbe recuperata in eo habitare neglexit Michael Palæologus: tandem sub Imperio Turcico misere conflagravit. Lego Cantacuzeni l. 1. c. 56. Πεπιστεύκει τινὰ, τὸν ἐν Βλαχέρναις Προκαθήμενον βασιλείων, τῆς τῆδε τείχους & φυλακῆς πιστοδόμον. *Pepamum Regiæ Blachernensi Præfectum, ac murorum ejus custodem*. Hoc Προκαθημένου hujus officium.

71. Ὁ Δομέστικος τῶν ἀνατολικῶν δημάτων.) Magistrorum, Ducum, Comitum, Orientis & Occidentis Prætorio Præfectorum deplorandæ reliquiæ fuere hi duo Domestici Orientalium ac Occidentalium copiarum sub magno Domestico, vix & pene nomine Præpositi. Itaque præter Δύκας, Κόμητας, ac στρατηλάτας τῆς ἑῴας, καὶ τῆς ἑσπέρας, obviam apud Theophanem, Cedrenum, Zonaram, Annam, & alios, passim reperiendos; observo etiam στρατηγὸς, ampliori potestate donatos, hos quidem in Oriente, illos in Occidente imperitasse. De Orientis Præfecto loquitur Theophanes in Zenone: ὁ βασιλεὺς θέλων ἐν ἴδιον πληροφορῆσαι, ἐποίησεν αὐτὸν στρατηγὸν τῆς ἑῴας πάσης, δοὺς αὐτῷ ἐξουσίαν πᾶσαν, ὥστε καὶ Δύκας ποιεῖν. *Imperator illi animum implere cupiens, Orientis totius Præpositum creavit, collata in eum Ducum instituendi potestate*. ἀνατολικὰς στρατηγηθείσας ὑπὸ Λογγίνου celebrat idem Theophanes in Copronymo, & sub ejus filio Leone, Ῥωμανὸν στρατηγὸν τῆς ἀνατολικῶν: Leo Grammaticus Bardæ consobrinum μονοστράτηγον εἰς τὰ δυτικὰ θέματα. Exin Domesticatus nomine inducto, de quo superius, occurrent in Oriente Δομέστικος τῶν ἀνατολῶν τιμηθείς, apud Nicetam in Isaacio Angelo; apud Annam l. 8. quemdam τὸ Δομεστικάτον ἀξιώσαντα τῆς ἀνατολῆς, apud eamdem l. 2. Δομέστικον τῆς ἑῴας, l. 7. προχειρισθέντα μεγάλον Δομέστικον τῆς δύσεως, apud Nicetam laudatum & Cantacuzenum Δομέστικον τῶν δυτικῶν θεμάτων reperies.

72. Ὁ μέγας Μυρταΐτης.) Georgius Coresius jejune quamvis, solus tamen hanc vocem exponit in epistolis & vult esse Ducem satellitum, quorum insigne fuit myrti ramus in pileo gestatus.

73. Ὁ Πρωτοκόμης,) *Comitem*. Qui principem, ducem, vel agminis bellici caput, hic intelligit, errat. Comes, de quo sermo, θαλάσσιος, officinam habet in classe, ait Auctor c. 5. versus finem, & magnum Ducem, Drungarium magnum, & Amiralium pone sequitur, juxta dignitatis gradum, n. 4. uno verbo Eretarcha est, *remigii Præfectus, qui remiges agit*, & dux est impellendis remis, adeoque gubernatori in regenda triremi: *Comite officier de galere*. Leo in Tacticis Const. 19. ἐκ δὲ ἐτύχῃ πέντε τῆς δρομώνης, τοξδρομίνην, ἀλλ' ἐπιστήσας αὐτοῖς ἄρχοντας, ἢ κατὰ πέντε, ἢ κατὰ τρεῖς δρόμωνας ἵνα ἦ λεγομένην Κόμητα. ὅστις ναύαρχός τε καὶ ἡγεμὼν τῆς ὑπ' αὐτὸν δρομώνου ὑπάρχων, φροντίσει ἐπιμελέστερον περὶ πάντων δικόλως, καὶ ὀφείλει πρόσεχε. *Temere ac fortuito triremes ne proceedant: sed quinque aut tribus triremibus Præfectum unum deliges, quem Comitem appellabis, qui omnium sub se triremium dux futurus est, & diligenter, facitoque omnia instruet, quæ ad triremes pertinent*. Et paulo infra. στρατηγοὶ Δρουγγάριοι ἐκαλοῦντο ποτὲ τοῖς ἔνω χρόνοις, οἱ ὑπ' αὐτὸν Κόμητες, καὶ Κένταρχοι. *Præfecti Drungarii antiquis temporibus vocabantur, & qui sub illorum dominatu fuerunt Comites & Centuriones*. Eustathius quoque Iliad. 1. ναύαρχον τὸν τοιοῦτον φασὶν, ὃν δ' ἐν τοπίοις, ὁ καὶ Κόμης παρὰ τοῖς ὕστερον, *Navarchum dicunt, qui posterius Comes est appellatus*. Qui cunctis hujusmodi præest, Πρωτοκόμης. Matthæo Monacho jam exscribendo, Πρωτοκόμης τῶν ναυτῶν, *Nautarum Comes & Præpositus*, dicitur.

74. Ὁ Μυρταΐτης.) Minor hic alio qui μέγας Παντίας: intellige idem de eo, qui sequitur, Drungario & Myrtaite.

75. Δρουγγάριος.) Leo in Tact. Const. 4. Δρουγγάριος λέγεται ὁ μιᾶς μοίρας ἄρχων. μοῖρα δέ, ἤτοι Δροῦγγος, τὸ ἐκ τακτικῶν, ἤτοι ἀνδρῶν τῶν λεγομένων Κομήτων συγκείμενον πλῆθος. Κόμης δέ ἐστιν ὁ τῆς ἑνὸς τάγματος, ἤτοι βάνδου ὀφφικιανός. *Drungarius est, qui legionem unam ducit. Legio sive drungus, est ex cohortibus, sive Comitibus dictis, multitudo composita. Comes est unius cohortis sive vexilli princeps*. Drungarius itaque Chiliarchus est sive Tribunus nobis, *maistre de camp*. *Edit. Paris. pag. 35.*

76. Ὁ Σεβαστός.) Imperator Latinis Augustus quondam dictus, Græcis Σεβαστός. Alexium nihilo secius ante tyrannidem arreptam reperio hoc nomine ab Imperatore & Senatu decoratum. Anna ejus filia l. 1. ταῦτα μὲν ἔσω πλουσιοκτήματα, καὶ πρὸ θρόνου κατορθώματα. ὧν ἁπάντων γέρας ἀπέλαβε παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος, τὸ τοῦ Σεβαστοῦ ἀξίωμα, Σεβαστὸς ἀναρρηθεὶς ἐκ μέσης συγκλήτου. *Et hæc quidem dicta sint ut præclara facinora, quæ ad thronum assequendum viam sternerent: quorum omnium præmium Sebasti dignitatem ab Imperatore accepit, Sebastus in medio Senatu proclamatus*: Erat adhuc sub Constantino Monomacho non multis annis Alexio superiore honoris plena Σεβαστοῦ appellatio. Alanam enim pellicem ille Σεβαστὴν ὠνόμασεν, inquit Zonaras, καὶ εἰ μὴ τὴν βασιλίδα, τὴν Θεοδώραν λέγω, πεποίητο δ' αἰδῶς, βασίλισσαν τὴν ἐρωμένην ταύτην ἂν εἰπεῖν *Augustam*, *Sebasten nominavit: ac nisi eum erga Theodoram reverentia cohibuisset, Imperatricem jussisset salutari*. Iterum τετίμητο δὲ ἡ γυνὴ Σεβαστὴ, αὐτῇ πρώτῃ τῶν πρὶν βασιλίσσης ἀπονεμηθεῖσα καὶ ἀξίας, καὶ κλήσεως· καὶ ὠνομάζετο Δέσποινα. *Sebastes titulum, id est Augustæ, mulier accepit, eique omnium primæ, qui quondam Imperatricibus, honor delatus est, & vocata est Despœna, Domina*. Alexius tertium fratrem Nicephorum renunciavit Sebastum, ait iterum Zonaras, & Anna in patris vita; Νικηφόρος ὕστατος ἀδελφὸς μέγας Δρουγγάριος τοῦ στόλου προσῄβληται, τῶν τῆς Σεβαστῶν καὶ ἕως ἀνὰ κλῆσιν μετειληχώς. *Ultimo natus frater magnus classis Drungarius Sebastorum appellationem sortitus promovetur*. A sanguine regio alienis dignitas hæc postmodum collata, recenset enim Nicetas quemdam Georgium Σεβαστὸν, fratrem Andronici nondum Imperium adepti, uxoris suæ filiumque deinceps magis ac magis, legiturque in Isaacio Angelo l. 3. σαλπίζὸ Σεβαστὸς, κύριος Θεόδωρος ὁ Χοῦμνος, Χαρτουλαρίου ὢν τῆς ἱπποστάσεως *missus* in Pseudalexium *Sebastus dominus Theodorus Chumnus, Regiarum equitatus stationum scriba*. In hac dignitatum notitia ὑπαρχῶν vices obtinet, qui Alexii tertii tempore circa CP. captam παπὰ Βασὺς Σεβαστὸς ridicule audiebat, juris Græc. pag. 285. in suprema margine.

77. Ἐπὶ τῷ Καυκλίῳ.) Nugas referrem, si appictos a quibusdam τῷ Καυκλίῳ sensus in medium producerem. Ad propositum veri scopum recta pergo. κάνεον non *canistrum* modo sed & *lanx* & *patella* est Homero: κανίον quoque *caliculus fusorius* vertitur: nam τὰς μεταλλικὰς τὰς ἐργαζομένας τὰ κανία, *metallicos fabros fusoriis caliculis utentes* dixit Eleutgerius Zebelenus: uno verbo δαχεῖον quodvis exiguum, quale ἀκέβαστον, ὠκάδιον, μυροθήκη, est καρὶν sive κανίον *vasculum, ampulla, myrothecium, acetabulum*. κλὶς quoque gloriam dignitatemque referre non ignorat, qui Græca summis degustavit labiis: Erit itaque Καυκλεῖον vasculum inter cætera dignitate vel gloria præcipuum, quale fuit illud in quo gloriæ dignitatisque suæ insigne, liquorem videlicet purpureum quo Chrysobullis & sacris diplomatibus subsignabant, Imperatores jubebant asservari. Ille vero cui vasis hujusmodi custodiam demandabant, ὁ ἐπὶ τῷ Καυκλείῳ salutabatur: Lego etiam Καυκλιον apud Leonem Grammaticum & Cedrenum: de eodem Gregentius, ὃν οἱ Ῥωμαῖοι Καυκλίδια προσαγορεύουσι, *quem Romani Cauclionem exponunt*: Radevicus & Guntherus reddunt *Cauclinum*: at non contortam in

Digitized by Google

varias formas vocem, sed sensum evulgo, & ex Nicetæ testimoniis quam dilucide profero: Manuel Comnenus, inquit ille vitæ ejus lib. 1. n. 4. Theodorum Styppiotam εἰς τιμὴν ἐπὶ τῷ Καυικλείῳ μεγαλοφρεπῆ φορβιβάζεται τιμήν, καὶ ἐκ παρὰ τῷ βασιλεῖ μεγάλων οἰκειώσεων, *ad Canicleo præfecti magnificum munus & Imperatoris intimam familiaritatem effert*: invidet propterea æmulus quidam Logotheta ἐνόντως κατὰ καρδίας ἀντιῶν πλήγην ἐλήφεις ἐδηλώθεις Λογοθέτης, ἐκ τῷ τῷ Στυππειώτῃ δοθῆναι δοχεῖον ἐρυθροδάνου χρύσεον, scribit idem l. 3. n. 4. *Lethalem in corde plagam accepit memoratus Logotheta, eo quod vasculum aureum radiantibus gemmis coruscum ac murici cocto sive purpureo colori continendo destinatum Styppiotæ fuisset commissum*. Is igitur idem est qui Canicleo præficitur, & qui vasculi purpurei coloris custos est, ac ideo τὸ Καυικλεῖον, est δοχεῖον ἐρυθροδάνου, quod & χρυσόβυλλον: ita namque reponit alia lectio vulgarior, χρυσόβυλλον δὲ μετὰ λίθων λαμπρῶν, *Chrysobulum radiantibus gemmis conspicuum commisit*. Hinc si ἐπὶ Καυικλείου ὀφφικίου, ut habet Nicetas in Alexio 3. l. 3. Camerarii, cum Gunthero, vel Cancellarii, cum Radevico, proprium debeat asserere, æquus Lector judicaverit: illud circa Leonis Armenii tempora primo inventum vel auditum, ex Theophane & Cedreno in eius vita conjicio. Munus etiam ejusdem fuit Impp. subscriptionibus attestari: Sic cum subscripsissent Octavæ Synodi Actioni decimæ Impp. Basilius Constantinus & Leo, exaratis nimirum ante scripta nomina crucibus, τὸ τῆς γραφῆς ὑπόλοιπον γέγραφε Χερσοφόρος Πρωτασηκρήτης, καὶ ἐπὶ τοῦ Καυικλείου. *Quod reliquum erat Chrisophorus Protoasecretis, & Caniclei præfectus subscripsit*: hoc est unicuique nomini scripto ipse sua manu adjunxit, ἐν Χριστῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεύς, *in Christo Deo fidelis Imperator*. Addit hæc Bullengerus Auctoris tacito nomine · Μανουὴλ εἶχε τὸ σφενδὸν χαρίκλωμα καὶ τοῦ βασιλέως ὑπογραφὴν τοιάυτην, Μανουὴλ ἐν Χριστῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεύς. ἔ κάτωθεν ἀπωρημένῳ βούλλαν χρυσῆν ἐπὶ μεταξίνης ὄξεως ἔ ἐξωθεν τό, ἐπὶ τοῦ ἐπὶ Καυικλείου, καὶ Δικαιοδότου Θεοδώρου. *Manuel habebat consuetum Canicleum, & consuetam quoque subsignandi formam: Manuel in Christo Deo fidelis Imperator: & infra appensam bullam auream violaceo serico: a tergo vero scribi solebat: Per præfectum Caniclei & Juridicum Theodorum*. Quod in Christianissima Curia exequuntur Secretarii ubi Principis subscriptione, inferius vel a tergo proprium nomen apponunt. Ex his de *Canicleo* & *Caniculo* collectis a Gretsero copiosis testimoniis desiderata lux accessit.

78. Συπενθερος.) Qui filium vel filiam alterius filio vel filiæ in matrimonium locat, fit ei συμπενθερος. Innumeri vero a consoceribus hujusmodi distincti dignitatem Caniclei obtinuerunt.

79.) Οχαύμενος. Corrupta lectio corrigitur, si legatur ὁ Χαῦμος. Istæ vero emendationis instituendæ sunt rationes. Prima, quod inusitata sit Græca phrasis ad adeptæ dignitatis indicium, ἐπὶ τοῦ Καυικλείου ὀχεῖσθαι, *ad dignitatem evehi*, vel, *in dignitate vehi*. Secunda, quod cum Interpres reddiderit hic *ad dignitatem evehi*, in Commentariis absque auctore exposuit Canicleum, *ut equo veheretur*, in palatio jus habuisse. Tertia, cum præsenti hoc capite constet Auctorem paulo post Andronicum seniorem, de quo scripsit, floruisse, non incongruum est, eum de coætaneo sibi Canicleo, qui consocer Imperatoris fuerit, habuisse sermonem: is autem fuit Νικηφόρος ὁ Χαῦμος, quem Gregoras in Andronico l. 7. pag. veteris editionis. 168. Νικηφόρον τὸν ἐπὶ τοῦ Καυικλείου nominat, de quo Cantacuzenus l. 1. c. 14. editionis Regiæ, ὁ ἐπὶ τοῦ Καυικλείου Νικηφόρος ὁ Χαῦμος σοφὸς ἀνὴρ καὶ θαυμάσιος ἐν φρονήσει, πολλῆς τε ἀπολαύων πρὸς βασιλέως δόσεως τε, καὶ τιμῆς: διὸ δὴ καὶ τῶν αὐτοῦ δυναστέρα Εἰρήνην τῷ υἱῷ αὐτοῦ τῷ Δεσπότῃ Ἰωάννῃ πρὸς γάμου κοινωνίαν ἠγαγεν ὁ βασιλεύς. *Nicephorus Chumnus, qui Canicleo præerat, admirabili sapientia, consilioque præditus, & ab Imperatore benevolentia honoreque singulari dignatus, ita, ut etiam Irenem filiam ejus Joanni Despotæ filio suo nuptiis conjungeret*. Et quamvis Pontanus interpres olim legerit ὀχαύμενος, ac reddiderit *vehi solebat*, nullum tamen ejus sententia consequitur sensum, *Nicephorus qui Canicleo præerat & vehi solebat*. eam ob rem novus Scholiastes adscripsit margini, interpres legit ὀχαύμενος, male: nam est ὁ Χαῦμος. Ultima, quæ litem omnem dirimit, ex Regiis exemplaribus petitur, in quibus non ὀχαύμενος, sed ὁ Χαῦμος manifeste legitur, & ex iisdem librariorum vitio, & affinitate vocum mendum irrepsisse conjicimus.

Edit. Paris. pag. 36.

80 Βαϊλε.) Βαΐλας, qui Βάϊλος quoque Theophani in Leone Copronymi F. scribitur, ἐπίτροπος καλεῖται, ait Gregoras l. 4. sect. 9. Moschopulus παιδαγωγὸν καὶ παιδοτρίβην *magistrum ac præceptorem*, τὸν Βαΐλον asserit. De Theodosio Theodosii Junioris Bajulo Theophanes & Cedrenus, in quem nos alia, pluraque vir eruditissimus Fabrotus collegit, ac a Meursio diversa. Hęc nobis qui pueros nun regimus de Bajulo satis, ne forte aliena dicta huc congerentes, infames Bajuli fiamus.

CATALOGUS AUCTIOR CODINÆO, AC MUTATO NONNIHIL ORDINE CISPOSITUS.

Ex ædo circiter Regiis MM. SS. ad invicem collatis exscriptus.

1.	Despota.	Λ α'. Ο Δεσπότης.
2.	Sebastocrator.	β'. Ο Σεβαστοκράτωρ.
3.	Cæsar.	γ'. Ο Καῖσαρ.
4.	Panhyperfebastus.	δ'. Ο Πανυπερσέβαστος.
5.	Protovestiarius.	ε'. Ο Πρωτοβεστιάριος.
6.	Magnus Dux.	ϛ'. Ο μέγας Δούξ.
7.	Magnus Domesticus.	ζ'. Ο μέγας Δομέστικος.
8.	Protostrator.	η'. Ο Πρωτοστράτωρ.
9.	Magnus Logotheta.	Θ'. Ο μέγας Λογοθέτης.
10.	Magnus Stratopedarcha.	ι'. Ο μέγας Στρατοπεδάρχης.
11.	Magnus Primicerius.	ια'. Ο μέγας Πριμμικήριος.
12.	Magnus stabuli Comes.	ιβ'. Ο μέγας Κομοσαῦλος.
13.	Canicleo Præfectus.	ιγ'. Ο ἐπὶ τοῦ Καυικλείου.
14.	Protosebastus.	Β ιδ'. Ο Πρωτοσέβαστος.
15.	Pincerna.	ιε'. Ο ἐπὶ κύρνης.
16.	Accubitor sacri anuli.	ις'. Ο Παρακοιμώμενος τ μεγάλης σφενδόνης.
17.	Accubitor sacri cubiculi.	ιζ'. Ο Παρακοιμώμενος τοῦ κοιτῶνος.
18.	Magnus Bajulus.	ιη'. Ο μέγας Βάϊλος.
19.	Curopalates.	ιθ'. Ο Κυροπαλλάτης.
20.	Protovestiarita.	κ'. Ο Πρωτοβεστιαρίτης.
21.	Domesticus Imperatoriæ mensæ.	κά. Ο Δομέστικος τῆς βασιλικῆς τραπέζης.

κβ'. Ο

κβ'. Ο ἐπὶ τ῀ τραπέζης.
κγ'. Ο Λογοθέτης τ῀ Γενικ῀.
κδ'. Ο μέγας Παππίας.
κε'. Ο Ἔπαρχος.
κς'. Ο μέγας Δρουγγάριος τ῀ βασιλικ῀ς βίγλης.
κζ'. Ο μέγας Ἑταιρειάρχης.
κη'. Ο Λογοθέτης τ῀ δρόμ.
κθ'. Ο Ὕπατος τ῀ φιλοσόφων.
λ'. Ο μέγας Χαρτουλάριος.
λα'. Ο Μυστικός.
λβ'. Ο Πρωτασηκρήτης.
λγ'. Ο ἐπὶ τ῀ στρατ῀.
λδ'. Ο μέγας Δρουγγάριος τ῀ σόλ.
λε'. Ο Δομέστικος τ῀ σχολ῀ν.
λς'. Ο Πριμμικήριος τ῀ς αὐλ῀ς.
λζ'. Ο Πρωτοσπαθάριος.
λη'. Ο μέγας Ἀρχ῀ν.
λθ'. Ο Τατᾶς τ῀ς αὐλ῀ς.
μ'. Ο μέγας Τζαύσιος.
μα'. Ο Πραίτωρ τ῀ δήμ.
μβ'. Ο Λογοθέτης τ῀ οἰκειακ῀ν
μγ'. Ο μέγας Λογαριαστής.
μδ'. Ο ἐπὶ τ῀ δεήσεων.
με'. Ο Ἀρχιδιάκονος.
μς'. Ο Σκουτέριος.
μζ'. Ο Πρωτοκυνηγός.
μη'. Ο Λαμπάλης.
μθ'. Ο Ἀκτουάριος.
ν'. Ο μέγας Ἀδνουμιαστής.
να'. Ο Κοιαίστωρ.
νβ'. Ο Λογοθέτης τ῀ στρατιωτικ῀.
νγ'. Ο Πρωταϊράκιος.
νδ'. Ο Κελτὴς τ῀ Βήλ.
νε'. Ο μέγας Διερμηνευτής.
νς'. Ο Λογοθέτης τ῀ ἀγγέλων.
νζ'. Ο Δικαιοφύλαξ.
νη'. Ο Ἀκόλουθος.
νθ'. Ο Ὀρφανοτρόφος.
ξ'. Ο Πρωτονοτάριος.
ξα'. Ο Κελτὴς τ῀ φωσάτ.
ξβ'. Ο Δομέστικος τ῀ τειχέων.
ξγ'. Ο Πρωταλλαγάτωρ.
ξδ'. Ο Βεστιάριος.
ξε'. Ο Στρατοπεδάρχης τ῀ Μονοκαβάλλων.
ξς'. Ο Στρατοπεδάρχης τ῀ Μυρτάτων.
ξζ'. Ο Στρατοπεδάρχης τ῀ Τζακόνων.
ξη'. Ο Στρατοπεδάρχης τ῀ Τζαγγρατόρων.
ξθ'. Ο ἐπὶ τ῀ ἀναμνήσεων.
ο'. Ο Προκαθήμενος τ῀ κοιτ῀νος.
οα'. Ο Προκαθήμενος τ῀ Βεστιαρίου.
οβ'. Ο Δομέστικος τ῀ Θεμάτων.
ογ'. Ο Πρωτοκόμης.
οδ'. Ο Δομέστικος τ῀ ἀνατολικ῀ν Θεμάτων.
οε'. Ο Δομέστικος τ῀ δυτικ῀ν Θεμάτων.
ος'. Ο Προκαθήμενος τ῀ μεγάλου παλατίου.
οζ'. Ο Προκαθήμενος τ῀ Βλαχερν῀ν.
οη'. Ο Λογαριαστὴς τ῀ς αὐλ῀ς.
οθ'. Ο μέγας Διοικητής.
π'. Ο Νομοφύλαξ.
πα'. Οἱ Βεστιαρῖται.

Cod. de Offic.

A 22. Præfectus menſæ,
23. Logotheta Generalis.
24. Magnus Pappias.
25. Præfectus.
26. Magnus Imp. vigilum Drungarius,
27. Magnus Hetæriarcha.
28. Logoteta curſus.
29. Philoſophorum ſupremus.
30. Magnus Chartularius,
31. Myſticus.
32. Protaſecretis.
33. Magiſter militum.
34. Magnus claſſis Drungarius.
35. Domeſticus Scholarum,
B 36. Primicerius aulæ,
37. Protoſpatharius.
38. Procerum primus,
39. Tatas aulæ.
40. Magnus Tzauſius.
41. Prætor populi.
42. Logotheta privatarum, *Edit Pariſ. pag. 37.*
43. Magnus Logariaſtes.
44. Magiſter ſupplicum libellorum.
45. Archidiaconus,
46. Scutigerulus.
47. Primus Venator.
48. Amiralis.
C 49. Actuarius.
50. Magnus Adnumiaſtes.
51. Quæſtor.
52. Logotheta rei militaris.
53. Primus Accipitrarius,
54. Judex Beli.
55. Magnus Interpres.
56. Logotheta gregum,
57. Dicæophylax.
58. Acoluthus,
59. Orphanotrophus,
60. Protonotarius.
61. Judex exercitus.
D 62. Domeſticus murorum.
63. Protallagator.
64. Veſtiarii Præfectus.
65. Celerum Stratopedarcha.
66. Murtorum Stratopedarcha.
67. Stratopedarcha Tzaconum.
68. Stratopedarcha Baliſtoriorum,
69. A memoria.
70. Præfectus cubiculi.
71. Præfectus Veſtiarii.
72. Domeſticus themátum.
73. Supremus Eretarcha.
74. Domeſticus Orientalium themátum.
E 75. Domeſticus Occidentalium themátum.
76. Magni palatii Præſes.
77. Blachernarum Præſes.
78. Aulæ Logariaſtes.
79. Magnus Adminiſtrator.
80. Nomophylax.
81. Cubicularii.

Digitized by Google

82. Fœderatorum Dux.
83. Comitatus Præses.
84. Magnus Myrtaites.
85. Judex Secreti.
86. Satellites virgis armati.
87. Eques.
88. Sebastus.
89. Castri præfectus.
90. Classis Drungarius, qui & Remigum Præfectus.

A πβ'. Ο Εταιρειάρχης.
πγ'. Ο Αρχων τῆς ἀλλαγίων.
πδ'. Ο μέγας Μυρταΐτης.
πε'. Ο Κριτὴς τῦ Σεκρέτυ.
πς'. Οἱ Ραβδῦχοι.
πζ'. Ο Καβαλλάριος.
πή. Ο Σεβαςός.
πθ'. Ο Προκαθήμενος Κάςρυ.
ῃ'. Ο Δρυγγάριος πόλυ, ὁ καὶ Κόμης.

Edit. Paris. pag. 26. Sciendum aurei urbrique coloris pileos gestare qui Panhypersebastum sequuntur, usque ad magnum Stratopedarcham. Ex auro ductili, qui magnum Primicerium sequuntur, usque ad Curopalatem, Auro texta, a Protovestiarita usque ad finem. Staranica vero gestant, qui ab inicio sunt positi, usque ad Logothetam gregum. Vestes rubras habent cuncti ab Acolutho, usque ad finem.

B Ιςεον ὅτι τὰ χρυσοκόκκινα σκιάδια φορῦσιν οἱ ἀπὸ τ Πανυπερσεβάςυ, μέχρι τῦ μεγάλυ Στρατοπεδάρχυ. τὰ δὲ συρματρὰ, οἱ ἀπὸ τῦ μεγάλυ Πριμικηρίυ, μέχρι τῦ Κυροπαλλάτυ. τὰ δὲ πλαπωτὰ, οἱ ἀπὸ τῦ Πρωτοβεςιαρίτυ, μέχρι πόλυς. τὰ δὲ σκαρδίνικα φορῦσιν οἱ ἀπ' ἀρχῆς, μέχρι τῦ Λογοθέτυ τ ἀγελῶν. τὰ δὲ κόκκινα, οἱ ἀπὸ τῦ Ακολούθυ μέχρι πόλυς.

NOTULÆ.

1. Archidiaconus, Dicæophylax, & Nomophylax Catalogo seq. & ejus notulis exponuntur.

2. Οἱ Βεςιαρίται.) Alii Catalogi singularem notant.

3. Ο κριτὴς τῦ Σεκρέτυ.) Primi omnium Tribunalis (a quo Ασηρῆται & Πρωτοασηρῆται) ab aliis Βήλα, Ιπποδρόμυ, τῦ Γενικῦ, τῆς Πραιτωρίων, &c. distincti. Observo Judicum omnium zonam fuisse insigne: quapropter derisum Beli Judicem, qui Castamonitæ epilepsia oppresso, zona deposita, tulerat opem, refert Nicetas in Isaacio Angelo lib. 3. ἀλλὰ καί τις τ τῦ Βήλα κριτὴς παρεσώς (τὸ δὲ ὄνομα ἑκὼν ὑπερβήσομαι) δεξιαλέσας τ ὠδῆτα ἐδέσμα τὰς γαςροκνημίδας τ Λογοθέτυ τῇ ζώνῃ τ ὀσφύος ἐπιχείσαι τὸ ἀνωφερὲς τῆς ὕλης ἐντεῦθεν παρώμενος. πλὴν ὁ μὲν ἐντος ἀλύτως εἶχε τῆς τῆς φρενῶν παρακοπῆς: ὁ δὲ τ παρὰ πάντων ἐπὶ μάλα ὠφελίσκαι γέλωτα, διὰ τε τ ἱματίων τὸ ἄνετον, καὶ τὸ τῆς γνώμης ἐλαφρὸν. *Sed & quidem Beli Judex, (cujus nomen de industria prætereo) veste laxata suras Logothetæ cingulo suo confringebat, ut obstaret, quo minus humores sursum ferrentur. Sed is ne sic quidem a stupore & delirio liberabatur: & ille ab omnibus, cum ob fluxam vestem, tum propter animi facilitatem ridebatur.* Zonas hujusmodi ἐκ χρυσῦ πεποιμένας *totas aureas* celebrat Cantacuzenus lib. 1. cap. 53.

4. Ραβδῦχοι.) *Manglabitæ, satellites fustibus armati*, de quibus suo loco. Nicetas τὰ ὑσγινοβαφῆ φορῦντας Ραβδῦχυς, *vestes purpureo colore tinctas* gestasse asserit in Andronico lib. 2. ῥαβδοφόρυς vocat in hujus præcessore Alexio: ducem, φρουρῶντα τ ῥαβδοφόρων, Isiorus in glossis ἀρχιραβδῦχον.

5. Καβαλλάριος.) *Eques cataphractus*, satellitio Imperatoris deputatus. Anna Alexiados 2. ἐπιτιθεῦντο τῦ τείχυς ἤδη πελτασῶν καὶ δορυφόρων καταφράκτων ἀνδρῶν. *Peltis instructis, & cataphractis satellitibus murum invadere tentabant.* Leo in Tacticis ἐξόπλισον δὲ τ μὲν καταφράκτον καβαλλάριον, αὐτόν τε, καὶ τὸ ἱππάριον, αὐτῦ. *Cataphractum equitem, & equum ejus armis instrue.*

6. Προκαθήμενος τῦ κάςρυ.) Καςροφύλακας hujusmodi recensebit Codinus in sequentibus, quos superius Προκαθημένυς πόλεων appellavit, *Rectores urbium*. Κάςρον enim etiam *urbs* est, sed munita. Justinianus. Novell. 128. καὶ τοὺς ἐν τ ἐπαρχίαις ὄντας ἄρχοντας πολιτικούς τε, ἐ ςρατιωτικοὺς ἐν ταῖς πόλεσιν, ἤτοι κάςρυς. *Provinciarum magistratus politici & militares, qui in urbibus, id est castris reperiuntur.* Cantacuzenus lib. 1. cap. 55. τῶ πόλιν εἶχεν ἐν φυλακῇ ἕνεκα αὐτῦ, *urbi ejus nomine præerat.* Lib. 2. cap. 1. τῶ Βιζαντίυ δὲ ἀρχῶ τῦ Πρωτοςράτορι παρέχειν ὁ βασιλεύς. *Urbis custodiam Protostratori commendavit Imperator*, Is vero forsan est unicus Προκαθήμενος τῦ κάςρυ.

7. Κόμης.) Qui nimirum sub Protocomite remigiorum supremo Præfecto, ipse substitutus Eretarcha est: vel qui unam tantum cohortem ducit. Leo in Tact. Const. 4. Κόμης ἐςὶν ὁ τῦ ἑνὸς τάγματος, ἤτοι βάνδυ ἡγούμενος. *Comes unius cohortis, id est vexilli dux censetur.*

Cæterum non unus est ejusdem nominis in Aula CP. minister, quis enim unum Comitem in ea fuisse diceret, nisi ignarus unam tantum quoque cohortem affirmaret? Ut Comites itaque plures, ita non unus Drungarius, plures Myrtaitæ, Chartularii plures: unus autem recensetur, ut ex istius ad alios ordine, locum suum & gradum percipiant reliqui, inter quos unus summus, qui φρέτυ nomen obtinet frequentius.

ALIUS ORDO NOMINUM OFFICIALIUM Palatii Constantinopolitani,

EX BIBLIOTHECA MAZARINA.

MATTHÆI MONACHI

De Officiis Palatii Constantinopolitani.

Opus Matthæi Jatri Monachi & Sacerdotis.

ΜΑΤΘΑΙΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ

Περὶ τῶν ὀφφικίων τῦ Παλατίυ τῆς Κωνσταντινουπόλεως.

Ἰατροῦ Μοναχοῦ ταυτὶ Ματθαίου Θύτου.

Dignitatum quæ sunt in Regia numerum,
Et seriem omnem de nomine contemplemur:
Ab Imperatore primus est Despota.

Ἀξιωμάτων ἀριθμὸν τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις,
Ονομασὶν σκοπήσωμεν καὶ τάξιν τ τοιύτων.
Μετὰ τὸν Αὐτοκράτορα πρῶτός ἐςι Δεσπότης.

Digitized by Google

Σεβαστοκράτωρ μετ' αὐτὸν, ᾗ Καῖσαρ μετ' ἐκεῖνον:
Ων κεφαλῆς τὸ κάλυμμα κεκόσμηϳ μαργάροις:
Τῶν δ' ᾀετῶν τοῖς χήμασιν αἱ τ' ποδῶν ἐμβάδες,
Οἷς περ ἐπιφημίζυσι φόσρησιν βασιλείας.
Ο Πρωτοβεστιάριος, ὁ Παυπερσεβέστατός τε,
Οἱ σκιαδίοις ἐρυθροῖς χρυσῷ καθυφασμένοις,
Ἐξ ἀμφοτέρων τῷ μερῶν χρῶνται νομίμως μόνοι,
Πρασίνοις δ' ὑποδήμασιν ὁ μὲν, ὁ δὲ κιτρίνοις:
Τλῳ φρώτλῳ δ' οὗτοι φέρυσι πεντάδα τῷ ἐν τέλει.
Τῆς δὴ δευτέρας μέγας Δουξ, μέγας Δομέστικός τε,
Ο Πρωτοστράτωρ πέφυκεν, ὁ μέγας Λογοθέτης,
Μέγας Στρατοπεδάρχης τε, ὧν ἐρυθρὰ τὰ πῖλα
Διάχρυσον ἐμφέρονται τὸ μέρος ἄνω μόνον.
Τρίτη μέντοι πεντὰς χρῶνται πίλοις τοῖς συρματίνοις.
Ο μέγας Πριμμικήριος, ὁ μέγας Κονοσσοῦλος,
Επὶ τῆ Κανικλείῳ τε, τῷ Σεβαστῶν ὁ φρῶτος,
Ο Πικέρνης τε ὁμοῦ. τῆς δὲ τετάρτης ἕτοι.
Ο γε Παρακοιμώμενος μεγάλης τ' σφενδόνης
Τῷ δὲ κοιτῶνος ἕτερος, μέγας Βαΐουλός τε,
Κυροπαλάτης, μετ' αὐτὸν Πρωτοβεστιαρίτης:
Αλλὰ Ϲ τούτοις ἔξεστι πίλοις τοιούτοις χρῆσθαι.
Τῆς δὲ πέμπτης κλαπωταὶ τοῖς πᾶσιν αἱ καλύπτραι,
Ων ἐστὶν ὁ Δομέστικος τ' βασιλικῆς τραπέζης,
Επὶ τραπέζης ἄλλοι τε, Γενικοῦ Λογοθέτης,
Ο μέγας ἀν Παππίας τε, ᾗ Επαρχος σὺν τούτοις.
Τῆς ἕκτης μέγας ἄρχεται Δρουγγάριος τ' βίγλης,
Μέγας Εταιριάρχης τε, Λογοθέτης τοῦ δρόμου,
Ο φιλοσόφων Τπατος, Χαρτουλάριος μέγας.
Εξῆς ἑβδόμης Μυστικὸς, κλεινὸς Πρωτασηκρῆτις
Εὐθὺς ὁ ἐπὶ τοῦ στρατοῦ, Δρουγγάριος τοῦ σόλου,
Ο τῷ σχολῶν Δομέστικος. οἱ δ' ἑξῆς τῆς ὀγδόης.
Αὐλῆς ὁ Πριμμικήριος, Πρωτοσπαθάριός τε,
Αρχων ὁ μέγας μετ' αὐτὸς, ᾗ ὁ Τὰς τῆς αὐλῆς τε,
Ο μέγας τε Τζαύσιος. οἱ δ' ἑξῆς τῆς ἐνάτης.
Πραίτωρ τοῦ δήμου, οἱ κειακῶν ὁμοῦ ὁ Λογοθέτης,
Τῶν Λογιστῶν ὁ μέγιστος, ὅτε δεήσεις φέρων,
Μεθ' ὃς Αρχιδιάκονος, οἱ δ' ἑξῆς τῆς δεκάτης.
Σκυτάριος, Πρωτοκύνηγος, Αμηράλης ὁμοῦ τε,
Ναὶ μὴν Ακτουάριος, ᾗ Αδνουμιαστὴς μέγας.
Τῆς ἑνδεκάτης πέφυκεν ὁ ἔνδοξος Κομήσων,
Οπερ στρατιωτικοῦ καταλόγου Λογοθέτης.
Πρωτοπραξάρχης, ὅ τε κείτης τοῦ Βήλου,
Ο μέγας Διερμηνευτής. οἱ δὲ τ' δωδεκάτης.
Λογοθέτης ἀγελῶν, ὅ τε Δικαιοφύλαξ,
Καὶ μὴν τ' Ακόλουθον, εὐθὺς Ορφανοτρόφος,
Πρῶτος τ' Νοταρίων τε. τῆς δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτης
Ορα φυσάτου τ' κειτῆ, Δομέστικον τειχέων,
Τόν τε Πρωτολαγάτορα, ᾗ τ' Βεστιαρίτῃ,
Στρατοπεδάρχῃ καθεξῆς, τὸν τῷ Μονοκαβαλλάριον.
Τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τε, ἐστὶν ὁ τῷ Μουρτάτων,
Ο τῷ Τζακόνων ἕτερος, ὁ τῷ Τζαγγραπόρων,
Ο τῷ ἀναμνήσεων, ἑξῆς τε τοῦ κοιτῶνος
Ο Προκαθήμενος. ὁμοῦ τῆς πεντεκαιδεκάτης.

A Ab hoc Sebastocrator, quem pone sequitur Cæsar,
Quorum capitis tegimen margaritis ornatur,
Pedum vero calcei aquilarum figuris:
Et eis Imperii nomen inter loquendum acclamatur. *Edit. Paris. pag. 39.*
Dein Protovestiarius, & Panhypersebastus
Qui soli rubris pileis auro intertextis,
Ex utraque parte jure possunt uti, (nis:
Calceis vero ille viridibus, alius autem citri-
Atque hi magnatum primum quinarium complent.
Secundi dux est magnus Dux, & magnus Domesticus,
Protostrator in eo ponitur, ac magnus Logotheta,
Nec non magnus Stratopedarcha, quorum pilei sunt rubri,
B Solumque supremum apicem aureum ostentant.
Tertii quinarii Officiales pileis auro ductili textis utuntur,
Magnus Primicerius, magnus Constabularius.
Canicleo Præfectus, Sebastorum primus,
Et cum eis Pincerna, Sequentes ad quartum attinent,
Magni anuli Accubitor,
Alter sacri cubiculi, magnusque Bajulus,
quē Curopalates sequitur, & Protovestiari-
Quibus iisdem pileis fas est uti. (tes:
Cunctis in quinto numeratis, pileis auro intertextis operiri concessum est:
Inter quos mensæ Domesticus recensetur,
Alii mensæ Præpositi, Logotheta generalis,
C Magnus quoque Pappias, & cum eis Urbis Præfectus.
In sexto dux est, magnus vigiliarum Drungarius,
Magnus Conscederatorum Dux, cursus Logotheta,
Philosophorum supremus, & magnus Chartularius.
Exinde reponuntur, in septimo Mysticus, & inclitus Protoasecretis,
Simulque exercitus Præfectus, & classis Drungarius,
Ac Scholarum Domesticus. Qui sequuntur ad octavum spectant.
Aulæ Primicerius, & Protospatharius.
Magnus Princeps post eos, & Tas aulæ
Nec non magnus Tzausius. Qui noni sunt deinceps recensendi.
D Populi Prætor, privatarum Logotheta,
Computorum revisendorum Præfectus maximus, & qui supplices libellos offert,
Pone illos est Archidiaconus. In decimo sunt isti,
Scutiger, Venatorum Princeps, ac simul Amiralius,
Actuarius, & magnus Adnumiastes.
In undecimo reponitur illustris Quæstor,
Militaris catalogi Logotheta,
Accipitrariorum supremus, & Beli Judex,
Et magnus Interpres. Sequentes sunt duodecimi.
Gregum Logotheta, Juris vindex
Post Acoluthum, adest confestim Orpha- *pag. 40.*
notrophus,
Et Notariorum primus. In decimo tertio.
E Contemplare exercitus Judicem, mœnium Domesticum,
Protalogatora, & Vestiaritem,
Et deinceps Monocaballorum Principem.
In decimo quarto numeratur Murtatorum Dux,
Alter Tzaconum, Arcubalistariorum alius
A memorialibus, exindeque sacri cubiculi Præfectus.
In decimo quinto alter Vestiarii Præfectus,

Digitized by Google

Penes illum omnium thematum Domesticus
Classis Eretarcha, & duo Domestici.
Ille Orientalium, alter Occidentalium thematum.
Locantur deinde in decimo sexto Præfecti duo,
Magni nimirum Palatii, nec non Blachernensium ædium,
Computorum aulæ Præfectus, & magnus Administrator,
Et cum eis legum summus Interpres. Decimo septimo
Ostentant se Cubicularij, & Consœderatis Præpositus,
Ductor exercitus, magnus Myrtaites,
Et Secreti Judex. Decimo demum octavo
Locum habent Stipatores, Equites, Sebastorum decus,
Urbis Præpositus, & classis Drungarius.

A Ἕτερος Προκαθήμενος, ὁ τῆς Βεσιαρίας.
Καὶ μετ' αὐτὸν Δομέστικος ἁπάντων τῶν θεμάτων
Ὁ Πρωτοκόμης τῶν ναυτικῶν, Δομέστικοί τε δύο,
Ὁ τε τῶν ἀνατολικῶν, καὶ δυτικῶν θεμάτων,
Ἐξῆς ἐκκαιδεκάτης τε Προκαθήμενοι δύο
Μεγάλης παλατίου τε, μετ' αὐτὸν Βλαχερνῶν τε,
Ὁ Λογισὴς ὁ τῆς αὐλῆς, μέγας Διοικητής τε,
Ὁ Νομοφύλαξ μετ' αὐτούς. τῆς δ' ἑπτακαιδεκάτης
Βεσιαρίται δείκνυνται, & μιλὼ Ἑταιειάρχης,
Ἀρχὼν ἀλαγίων τε, & μέγας Μυρταΐτης
Ὁ τῆς Σεκρέτου τε κρίσις. Τῆς δ' ὀκτωκαιδεκάτης

B Ῥαβδοῦχοι, Καβαλλάριοι, καὶ Σεβαστῶν τὸ γέρας,
Τῆς κάστρου Προκαθήμενος, Δρουγγάριος τῆς ὁλκάδος.

AUCTORIS IGNOTI.

ΑΔΕΣΠΟΤΟΝ.

EX EADEM BIBLIOTHECA

MAZARINA.

Divinarum quidem gratiarum auctor,
Rerum harum inferiorum imperium,
Proprii sui regni præclaram imaginem,
Ac ut melius dicam subobscuram repræsentationem
Futurorum bonorum esse manifesto declarat.
Pientissimus enim Imperator noster,
Dei quoddam est simulachrum, si maxime præscriptas sibi leges,
Ceu virtutibus dotatus, operibus adimplere studeat,
Ac de se bene merito præmiis compenset,
Dignitatibus provehat, & optimos quosque
Regia munificentia distributor æquus promoveat.

Quos modo sermone describere aggredior,
Ne oblivionis latebris occultentur,
Quæ Imperatoriæ leges sanxerunt,
Et temporis diuturnitas hucusque tenuit occulta.

Edit. Paris. pag. 41.

Ab Imperatore primus est Despota.
Sebastocratoris est secunda dignitas,
Cæsar sub imperii crepidine sedet.

Panhypersebastus Senatus est caput.
Protovestiarius honore clarissimus est.

Isti vestibus & calceamentis sibi propriis insignes,

Primam optimatum constituunt classem.
Retro eos magnus Dux declaratur,
Cui socius adjungitur magnus Domesticus,
Tertius Protostrator est ordine,
Scientia, experimentumque Logothetæ magnum confert decus;
Eisque valde commendandus adjungitur Stratopedarcha.

Horum capita pileis auro intertextis.
Semper cernis ornata.
Contemplare, amice, magnum Primicerium,
Secundi quinarii ducem præclarum:
Secundum Constabularium honore præcipuum:
Primum vero Sebastorum illis tertium addi:
Ac ut Pincerna seriem omnem adornet,
Quintus est anuli Accubitor,
Alter est sacri cubiculi Accubitor,

Ὁ μὲν χορηγὸς τῶν θείων χαρισμάτων,
Δίδωσιν ἡμῖν & κάτω σκηπτοῦχίαν,
C Εἰκόνα λαμπρὰν τῆς αὐτοῦ βασιλείας
Ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἀμυδρὰς τὰς ἐμφάσεις
Δείκνυσι σαφῶς ἀγαθῶν τῶν μελλόντων.
Ὁ γὰρ ἐν ἡμῖν εὐσεβὴς στεφηφόρος,
Θεοῦ τις εἰκὼν, εἰ ἀποδάζει τοὺς τύπους
Ἔργοις βεβαιοῖ ἀρετῶν ἐσεμμένος,
Ἀμείβεται δὲ πάλιν δωρεαῖς τὰς ἀρίστας,
Τιμαῖς ὑπεξαίρων τε σαθμῶν καὶ μέτρου,
Καὶ βασιλικῶν ἀνυφοῖ τὰς ἐν πόλει:
Οὓς τῷ λόγῳ δίδωμι συγγράφειν πάλιν,
Ὡς ἂν ὁ βυθὸς μὴ καλύψῃ τῆς λήθης,
Ἃ βασιλικὴ κεκύρωκε κρίσις,
D Χρόνος τε μακρὸς ἀπέσβησε εἰς δοῦρο
Μετὰ τὸν Δεσπότην, Διατόπις ἔσι
Δεύτερον ἀξίωμα, Σεβαστοκράτωρ,
Καὶ Καῖσαρ αὐθὶς ὑποβάθρα τῆς κράτους,
Ὁ Παντυπερσέβαστος Συγκλήτου κορυφὴ,
Πρωτοβεστιάριος λαμπρὸς ἀξίαν.
Οὗτοι καὶ τοῖς χήμασι καὶ τοῖς πεδίλοις
Τιμῶ κορώτιμ ἐκπρεπεῖς ἐν πόλει τάξιν.
Ὁ μέγας Δοὺξ μετ' αὐτὸς ἀναδείκνυται.
Τούτου κοινωνὸς Δομέστικος ὁ μέγας,
Καὶ τρίτος αὐτοῖς Πρωτοστράτωρ ἀξίαν,
Λογοθέτης μέγιστος σοφίας γέρας,
E Στρατοπεδάρχης ὁ μέγας ἐπὶ τούτοις.
Τούτων ἐρυθραῖς ἐκ χρυσοῦ ταῖς καλύπτραις
Ὁρᾷς κεφαλὰς ἀεὶ κεκοσμημένας.
Ὅρα Πριμμικήριον, φιλότης, μέγαν,
Πεντάδος ἡγεμόνα λαμπρῶς δευτέρας.
Δεύτερον μέγαν Κομεσαῦλον ἀξίαν.
Τρίτον Σεβαστὸν & κορώτον, ἐπὶ τούτοις
93 Τὸ τῦ Πρωτοκόμητος, θαλάσσιόν ἐστιν. εὐείσκεται ὢν τῆς τῦ ἐν τῷ βασιλικῷ στόλῳ πάντων Κομήτων πρῶτος.

94 Καὶ τὸ τῦ Δρουγγαρείου ὡσαύτως, θαλάσσιον. Δροῦγγα ποσότης τοσούτων τινῶν ἐρμηνεύεται, ἧς ἀρχὴν ὁ τοιῦτος Δρουγγάριος.

65 Οἱ Προκαθήμενοι, καὶ οἱ Καστροφύλακες ὑπηρέται ἑκάστης κατ' ἀξίαν τῶν πόλεων. *Deest in Regiis.*

Εως ὧδε πασῶν αἱ ὑπηρεσίαι.

IN CAPUT V.

1. ΟΤΑΕΜΙΑΝ ὑπηρεσίαν ἔχουσιν.) Quod alibi dictum, hic observandum rursus; aliud ὀφφίκιον, aliud ἀξίωμα. Hoc dignitas est solummodo, & honorem promeretur: illud obsequium præstat, & mercedem stipendiumque requirit. Despota, Sebastocrator, & Cæsar nullo munere funguntur, quia non ὀφφικίου, sed ἀξιώματος honore ultimis temporibus gaudebant; unde ἀξιωματικοὶ sincerius, quam ὀφφικιάλοι censendi. Ex MM. SS. Regiis unum ἀξιώματα, ἀπὸ τῶν ὀφφικίων manifesto dividit, & illa quidem esse Despotæ, Sebastocratoris, Cæsaris, Panhypersebasti, & Protovestiarii, quod sum miratus, asserit; sub Domestico reliqua inter Officia recenset.

2. Εἰς ἡγεμονίαν.) *Bellicam præfecturam* interpretor. Officii etenim alicujus onus principibus hujuscemodi impositum nusquam affirmaveris. Leo Const. 4. Tact. στρατηγὸς τοίνυν προσαγορεύεται ὁ τῦ παντὸς στρατῦ κορυφαῖός τε, καὶ ἡγεμών. *Dux appellatur, qui universo exercitui præest, & est ἡγεμών.*

3. Ο Παντυπερσέβαστος ὐδεμίαν ὑπηρεσίαν ἔχει.) Est enim honoris, non ministerii, titulus ab Alexio Comneno adinventus.

4. Ὥσπερ ὁ μέγας Δομέστικος. &c.) Extat præclarum hujusce loci, non adeo testimonium, quam commentarium, apud Nicetam in Manuele Comneno lib. 2. ubi copiosa classe navium, hominum, armorum, victuum descripta. οὕτω τοίνυν, inquit, ὡς ὤετο καλῶς τὰ καθ' ἑαυτὸν Σικελικὸν πόλεμον παρασκευάσασθαι, ἀνάγεσθαι μὲν κελεύσας ἅμα τῷ σόλωνι τοὺς ἐρέτας, καὶ κελεύσαις λύσασι τὰ ναρχήσια, μέγαν Δοῦκαν προβαλόμενος ἐπ' αὐτῷ γαυβρὸν τὸν Κοντοστέφανον Στέφανον: ἀταίρειν δὲ καὶ τὸ πεζὸν στρατιωτικὸν ἀρχηγοῖς ἑτέροις, ἀλλ' ὑπὸ τῇ Ἰωάννῃ τῷ Ἀξούχῳ τῷ μεγάλῳ Δομεστίκῳ. *Sic igitur ad bellum Siculum, ut putabat, optime instructus, Stephano Contostephano ex sororis conjugio fratre magno Duce instituto, remigibus, & nautici discessus præcentoribus carbasa jam solventibus classem jubet in altum ducere: terrestres quoque copias pedibus iter arripere, sub aliis ducibus, ac maxime sub Joanne Axucho magno Domestico, imperat.*

5. Τὸ σωίνδης βασιλικὸν φλάμμυρον.) Non dubium quin φλάμμυλον sit legendum, ut expositis, apud Rigaltium & Meursium exemplis, constat: hæc tamen est linguæ corruptio, ut addito π ex ea quam habet ad μ affinitate, etiam λ in ρ mutetur, quam litterarum permutationem demonstravimus hodiernis familiarem. An ita vero cunctis σωίνδης βασιλικὸν hoc φλάμμυλον, ut in singulis cohortibus, legionibus, Scolis unum tantum explicaretur, ac unius coloris & figuræ esset in omnibus? Ita præcipit Leo in Tacticis Const. 6. licet in similibus vexillis colorum varietatem non ommittendam suadeat. προσάσομεν δὴ ἓ τὰς κεφαλὰς τῶν βάνδων ἑκάστου τάγματος ὁμοχρόους γίνεσθαι, καὶ τὰ φλάμμυλα ἑκάστης τέρμας, ἢ δράγγου ἰδιόχροα εἶναι. ἵνα δὲ ἓ καθ' ἕκαστον τάγμα δύκολως ἐπιγινώσκῃ τὸ ἴδιον βάνδον, δεῖ ἕτερα ἤδη καὶ σημεῖα προσιδέναι ταῖς κεφαλαῖς τῶν βάνδων, τῦ γινώσκεσθαι αὐτὰ, καὶ κατὰ τὰς τέρμας, καὶ κατὰ τὰς δράγγους, καὶ κατὰ τὰς βάνδας. *Mandamus ut capita uniuscujusque bandi unius coloris sint: & flammula uniuscujusque legionis aut drungi unius pariter sint coloris. Ut autem unaquæque cohors suum ipsius vexillum facile agnoscat, oportet alia quædam privata signa capitibus adjungere, ut tam secundum acies, quam secundum legiones & cohortes, possint agnosci.* Bandum a Flamulo discriminat, illud enim quadrum, hoc longius, fissum in medio ac in acumen desinens, quo flammam sive πυραμίδα sursum latam imitetur, & Francorum Flammeo, *oriflamme*, Franciscique vexillis, *bannieres*, nomen imponat.

6. Τὸν σταυρὸν μετὰ πυρικβόλων.) Hæc sunt Constantinopolis insignia, crux aurea in coccinei coloris scuto posita, ac in spatiis inter crucis ramos vacuis littera B quater descripta, quæ cum πυρικβόλῳ, chalybi ex quo excutitur ignis (*igniarium* vocant, *fusil*) sit non absimilis, exinde Orientis Imperatorum quatuor chalybes igniarios in insignibus gerere creditum: Est tamen littera B quater picta, quatuor sequentium verborum initialis: Βασιλεὺς Βασιλέων Βασιλεύων Βασιλεύσει. Vide Marcum Vulsonium in scientia Heroica.

7. Εφιππον.) Ut in mari, etiam quod habet Imperator in terra robur, effulgeat. De vexillo ejusmodi videtur Nicetas loquutus in Alexio 2. ὁ τῦ βασιλέως στρατὸς τὰς σημαίας τῆς ἀσπίδων ἀνῶδεν ἔστησαν, αἳ τὰς βασιλεῖς εἰκονίζουσιν. *Acies Imperatoriæ in summis aspidibus signa Imperatorum imagines præferentia fixerunt.*

8. Ἔχει δὲ ὑπ' αὐτὸν.) Hic est omnium ordo. Magnus Dux toti classi imperat. Magnus Drungarius, ceu vices gerens, singulos triremium drungos ordinat. Amiralius toti navali exercitui vexillum sive Regium flamulum præfert. Protocomes remiges omnes sub sua dispositione tenet. Drungarius certum triremium vel navium numerum gubernat, duodecim nimirum aut quindecim. Comes quatuor aut quinque triremes gubernat. Hæc ex hucusque sparsim dictis: ad alia properandum.

9. Φέρει τῶν τῦ βασιλέως σπαθίων.) Francicorum exercituum summo Prætori (*Connestable*) qui Græcorum magnum Domesticum exæquat potestate, ac Regiis equis & equisonibus Præfecto, (*grand Escuyer*) qui Protostratorem in Christianissima Curia agit, juris hoc concessum; ut uterque Regium ensem tractet: ille quidem nudum, hic vagina tectum, & baltheo serico liliis aureis respersо pendentem, de quo *du Haillan*, Vulsonius & alii. *Edit. Paris. pag. 70.*

10. Τῦ κόμητος τῶν βασιλικῶν ἵππων.) Inter Στρατόρας Protostratori subjectos præcipuus est κόμης τῶν βασιλικῶν ἵππων, idem qui *Equiso Regius*.

11. Ο Πρῶτος στράτωρ ἀπὸ τῦ χαλινῦ λαβών.) Donatio Constantini. ἡμεῖς δὲ Στράτορες ὀφφικίον ὑπελθόντες, καὶ τὰ χαλινὰ τῦ ἵππου αὐτοῦ κατέχοντες, τὴν αὐλὴν τῶν ἱερῶν αὐτοῦ εἴσιμεν ἀναπτόρως, αἰδοῖ καὶ φόβῳ τῶν κυρίου μου τῦ ἁγίου σωιχόμενοι Πέτρου. *Nos vero Stratoris officium subeuntes, & equi ejus fræna tenentes, aulam sacri ejus palatii sumus egressi reverentia & timore Domini mei S. Petri detenti.* Nicetas in Alexio 3. ὁ μὲν ἵππος προσάγεται παρὰ τῦ Πρωτοστράτορος ἀπὸ τοῦ χαλινοῦ ἑλκυσθείς. *Equus præsentatur a Protostratore fræno ductus.*

12. Διαδεξάμενος ὁ μέγας Χαρτυλάριος.) E Chartulariorum numero pene immenso, quorum alii cursus, alii sacri cubiculi, alii Magistrorum peditum & equitum; hic qui stabulorum intelligitur. Alias quodnam viri togati, & tabulas tractantis, ad militiam equos & arma consortium? Suggerit testimonium Zonaras in Isauro. Παῦλον τῶν τῶν βασιλικῶν ἵππων ἐπισκοποῦντα, Χαρτυλάριον ἢ Ρωμαίων οἵδε τοῦτον λέγειν φωνῇ, Πατρίκιον τιμήσας, ἓ Στρα-

Digitized by Google

τηγὸν Σικελίας. *Paulum Regiorum equorum curam gerentem, Chartularium hunc Romani vocare consueverunt, Patriciatus quoque honore promotum, ducem in Siciliam misit.* Profert Nicetas aliud in Isaacio Angelo Χοῦμνος Χαρτουλλάριος ὃν ἡ ἱπποτρόφος. *Chumnus stabulorum Chartularius.* Subest Protostratori, & administrat. Hanc Palatii portam nulli, nisi donaverit Imperator, equiti prætérire licet. Nicetas in Manuele. εἰσιοῦσιν ἀσμένως τὰ βασίλεια. ἐν δὲ τῷ προέρχεσθαι μετ' ἵππου Ἀραβὸς ἐφιππεύσαντος τὰ εἰσέκτορα ἐξ ἡμίσους ἱσταῖτο ἡ πύλη μεθ' ὧν ἐν ἓδρας ἀποβάσεως ἐφέτεται μόνοις τοῖς αὐτοκράτορσιν. *Palatium ingreditur Manuel. Dum autem equo Arabico insigni pergit, portam ingressurus, postquam solis Impp. descensus e sella permittitur.*

13. Πεζεύειν.) Ex equo in terram desilire; & πέζευμα, locus in quo relinquitur equus, & pedibus via conficitur.

14. Οἱ συρτοί.) Περὶ τῶν συρτῶν Meursius erudite.

15. Στρώσιμα.) Quibus sternerentur ephippils & phaleris docet post Theophanem Cedrenus in Mauricio. ὁ ἵππος τοῦ βασιλέως ἦν ἐν χρυσῷ περικαίστῳ κόσμῳ. *Imperatoris equus aureo circumtectus ornatu.* Describit Anna vitæ patris lib. 1. ὁρᾷ τὸν ἱππέα τοῦ Βρυεννίου ἵππον ἐπαυρόμενον, τῷ τε ἀλουργῷ φοινικίδι κεκοσμημένον, καὶ κατάχρυσα τὰ φάλαρα ἔχοντα. *Videt Bryennii equisonem equum manu ducentem* (ceu συρτὸν) *stragulo purpureo ornatum & auratis phaleris conspicuum.* Uno verbo χρυσοφάλαρον ἵππον vocat paulo inferius ut & Nicetas lib. 7. Manuelis. Gregoras lib. 9. sect. 7. μετ' ἐρυθροβαφῶν κοσμημάτων; sect. 10. μετὰ τῶν ἐρυθρῶν ἐφιππίδων. στρώσιον autem quod & ἐφίππιον dat nomen equo, diciturque ὑπόστρωμα apud Annam citatam lib. 4. adeoque longum & lateribus pendens asserit, ut etiam calcaris ferrum illi referat infixum. καὶ μὴν καὶ ἡ τοῦ μίσους ἀκμὴ ἡ ἐσχάτῃ τοῦδε ἐνδακοῦσα τὸ ἄκρον τοῦ ἐφιππίου, ὃ ὑπόστρωμα λέγουσι τὰ ἱππότου ἤθη. *Calcaris insuper sinistri dentes extremo sagulo (stratum dicere solent) robur & firmitatem equiti conferebant.* Loquitur de Regio eodem equo quem lib. 1. narraverat Bryennio tyrannidem ambienti ereptum, μετὰ τοῦ ἐρυθροβαφοῦς ἐφιππίου: ut ipsa iterum lib. 4. testatur,

16. Καβαλλαρίκιον.) *Catadromus, domitura, arena, manege:* in palatio, id est in areæ parte.

17. Σαγίσματος.) *Stragulum ephippium* est σάγισμα. Leo Grammaticus in Michaele Theophili. εὗρεν αὐτὸν ἐντετυλιγμένον ἐν τῷ σαγίσματι τὸ δεξιοῦ ἵππου, οὗ ἤλαυνεν. *Invenit eum in ephippio dextri equi quem conscendebat, involutum.* Alia apud Meursium.

18. Σκυτυλίων.) Sensus non vocis sonus venandus. σκυτάλιον quidem Latinæ *scapulæ* sono simile, at sensu longe semotum, cum oppositam fere animalis partem referat, *tergum* videlicet ac *imos lumbos*. ξικάτυλα vulgus profert: de quibus Simon Portius ξικάτυλα, ὑποτύγιον ἢ ἵππου, *tergum equi:* nos, *la croupe du cheval*. Hieronymus Germanus in Italo-Græco vocabulario. *La groppa del Cavallo*, τὰ ξικάτυλα. Auctor porro equorum Comiti, Regio equo insidenti, numquam totum ephippium sagulum ad armos & collum usque, sed ad mediam tantum ephippii sedem, substerni scribit: quod etiam a pediseequis honoris erga dominos causa videmus observari, si quandoque heriles equos conscendant.

19. Στρατορικίου.) *Stratorum locus* & statio est στρατορίκιον: non is, quo illi sublevant Imperotorem in equum, πέζευμα jam ab Auctore vocatum.

20. Κομιτισίων.) *Ephippiaria pila*, qua apprehensa, exilit eques in equum, ex κομιτίσιον, quod sit ephippii κόμιτος, de quo supra. Annumeratur vero ephippio, ut in comitis equorum jus trafeat, eo quod ex auro lapillis ornato confici soleret. περὶ τῶν τυφῶν dictum est alibi.

21. Θεόφιλον φασί.) Diffusius, at in eamdem mentem narrat historiam Cedrenus: diversam habet Leo Grammaticus in Theophilo. Conferet utrumque Lector, ubi hic lucem aspexerit.

22. Ῥυχαρίου.) *Vestiarium* est, sicut & βεστιάριον: ut nihilominus subindicatum ab Auctore discrimen inter utrumque observemus, dicendum ῥυχαρίου esse, Cubiculariorum conclave ad sacrum cubiculum. Favet Synodus Florentina ultimis pene verbis, quæ non in sacro cubiculo, sed in conclavi viciniore, ἐν τῷ ῥυχαρίῳ τοῦ βασιλέως, Græcos Pontifices tomo unionis subscribentes manifestat.

23. Τζαγγία. Meursius *Tzangæ:* alii *calceamenta Barbarica:* cujus formæ fuerit non exponunt: Illis etiamnum hodie utuntur in Oriente viri & mulieres promiscue; suntque cothurni ex varie coloratis pellibus tibiam adusque genu, pressim & strictim tibialium more vestientes, quales jam suo tempore usitatos describit Procopius de ædific. Justiniani lib. 3. ὑποδήματα μέχρι εἰς γόνυ φοινικοῦ χρώματος, ἃ δὴ βασιλέα μόνον Ῥωμαίων τε ἠδὲ Περσῶν ὑποδεῖσθαι θέμις. *Calceamenta ad genu ascendentia purpurei coloris, quæ solis Romanorum Persarumque Impp. gestare licet.* Hinc Arabes Elpidium Imperatorem in Sicilia renunciaturi apud Theophanem in Irene & Const. περιέθεντο αὐτῷ τζαγγίον καὶ σίφανον *Zangam & coronam ceu Imperii insignia circumposuerunt.* Ex his, quæ Meursius & ex eo Gretserus de zangis congessit, plana relinquuntur & perspicua.

24. Περιπάτει καὶ φρονοῦμεν.) Sustine, Amice Lector, has voces alibi tibi commodius exponi.

25. Τζαγγάριοι.) Simon Portius cum Auctore σκυτεύς, σκυτοτόμος, ὑποδημάτων δημιουργός, *Calceolarius, sutor.* Apud Theophanem in Justiniano τὰ τζαγγάρια, *officinæ sutoriæ.* Rem totam profero, & alios in ordine compositurus, extra chorum salto. Conquerebatur populus in spectaculis coram Imperatore de Calopodio Cubiculario: καλοπόδιον autem (quod alii καλαπόδιον pronunciant) *typum calcearium*, sive *pedem ligneum*, quo sutores utuntur, indicat. Dum vero Calopodium de nomine non auderet populus dicere, nec se cognoscere internuncio mandatore responderet Imperator; exclamavit populus: ὁ πλεψιχτῶν μὲν τελαυγοῦσι, εἰς τὰ τζαγγαρία δεήσεται, *qui me rapinis opprimit, ter Auguste, in officinis sutoriis locum habet.* Καλοπόδιος nimirum, Vide Justiniani ætate Impp. jam Tzangis usos. *Edit. Paris. pag. 71.*

26. Τζαγγάρις.) Quia commune & vile τζαγγάριος nomen apud Græcos, Τζαγγάρις, quasi digniore honoris titulo donatus, *Aulicus sutor* vocatur. An non ficus semper ficus, & scapha scapha?

27. Παιδόπυλον.) ω in υ commutato vox πῶλος alteri adjuncta diminutivum quid semper sonat; hinc παιδόπυλον *adolescens, puer honorarius*, prout superius τὸ ἀετόπυλον & ἀυθεντόπυλον, *parvam aquilam, parvum dominum*, referre dictum est.

28. Ἀλλαξιμαρίου.) Quasi *mutatorium* ἀλλαξιμάριον: optime. At non ita *vestes mutare* significat τὸ ἀλλάσσειν, quin proprie novas, easque *sacras accipere* indicet. Euchologium. ἀλλάσσει ὁ ἱερεύς. *Vestibus sacris induitur Sacerdos.* Nicetas. πέμψας ἱερέα μετὰ διακόνου λίτα ἀλλαγμένον: ita corrupte ἠλλαγμένον vice: *mittens Sacerdotem sacris indutū cū Evangelio.* ἀλλαξιμάριον itaque est locus in quo vestes Imperatoriæ, quæ & sacræ, reponuntur.

29. Ἀνάκαρα.) *Tympana inferiori parte rotunda.* Ita Meursius. Cur rotunda potius quam plana, vel quodvis aliud vox significet, edisserat. Lego apud Nicetam in Manuele lib. 5. ἐβαρυήχησε τὰ κύμβαλα, ubi alia lectio habet ἀνακαρείδων: sunt itaque τὰ ἀνάκαρα eadem quæ κύμβαλα: at cymbala a tympanis quam diversa, licet in Cybeles matris Deorum a Gallis ad invicem juncta: unde & Apion qui se cymbalum mundi jactabat, tympanum juventutis potius vocandum asseruit Tiberius. Quæ tandem κύμβαλα? Svidas. θυμελικὰ παίγνια, *histrionum musica & ludicra instrumenta.* In epigrammate. ἐκ κυμβαλ' ὀξύδιτα κοιλιχείλεα: *cymbala acute perstrepentia & excavatis labris composita.* Turnebus Adverss. lib. 26. cap. 33. in hoc Propertii.

Cymbala Thebano, concrepuere Deo.

Si quis me roget, inquit, quale cymbalum fuerit, eum mittam ad herbam cotyledonem, cujus folia cymbali speciem referunt. Scribonius Largus. *Item mentastrum vel radicem* κοτυληδόνος, *quæ herba similia folia cym-*

Digitized by Google

balis habet. Hæc ille. Addo cotyledonem etiam cymbalion apud Tragum vocari. Vide figuram apud Matthiolum & aliis Physiologos Dioscoridis commentatores.

30. Ὅτι ὁ Πρωτοστράτωρ.) Scriptis a Gretsero post Meursium de Cursu & Cursoribus, addo ex Tacticorum Leonis Const. 7. locum Auctoris de Protostratore sententiam diserte explicantem. ἑτέρα δὲ κίνησις, ὡς ἐπιδιώκης, ὅτε μὲν σὺν ἀλκασίᾳ, ὡς Κάρσωρας, οὓς οἱ νῦν Προκλάτους λέγουσιν, ὅτε δὲ σωστεταγμένως, ὡς Διωφίρσωρας, οὓς ἡμεῖς καλοῦμεν, Ἐνδίκους. ἐὰν μὲν ὡς Καύρσωρας χρὴ κινῆν, παράγγελμα· δρόμῳ ἅλα· καὶ ἴσως ἐνίοις μιλίου ἀποκωλῶσι σὺν ἀλκασίᾳ· ἐὰν δὲ ὡς Διωφίσωρας παράγγελμα, μετὰ τῆς τάξεως ἀκολουθεῖν, καὶ ἀκολουθῶσι σωστεταγμένως. *Aliud proficiscendi sive movendi genus, ut hostes insequi possis, nunc cum impetu & temere Cursorum* (prædonum diceret alius) *more, quos nunc Proclastas nominant, interdum ordinate, ut Defensores, quos nunc Vindices appellamus. Si quasi Cursoribus præcipere oportet, dicendum est, Cursu contende: & unius milliaris spatium incursionem hanc faciant. Sin quasi Defensoribus præcipiendum, edicito: Sequere composito ordine: & ordinate ac distribute procedant.* Ex hoc Leonis, alium Cedreni percipies locum in Michaele Curopalate. Leonem Armenium Imperium auspicantem, Regiam assumpturum vestem, communem quam deponebat τῷ τῶν ἱπποκόμων στρατηγοῦντι Μιχαήλ, *Protostratori Michaeli*, Balbo nimirum dedisse retulerat, eumdemque dato intervallo de tyrannide affectata suspectum a Leone missum τακτικὰ διδάσκειν ὑπὸ χεῖρα λαόν, *ut belli acierumque ordinis populum sibi commissum edoceret*, describit. Ut quid nisi quia Cursores & Defensores, Auctore teste, ducebat, ita τὰ τακτικὰ eos docere teneretur?

31. Φυτίλια.) Vere *futilia* sunt, & pueriliter a quibusdam ingesta circa τὸ φυτίλιον, quod Græcis recentioribus, sicut & Turcis τὸ fitil, quod primo refert *Ellychnium*, deinde *funem pyritem*, quo milites tormentis explodendis diutius servant ignem, *meche d'arquebuze*, ultimo, vulnerarium *penicillum* a Chirurgis ad vulnera probanda. Spoliorum itaque partem Protostratori assignatam vocabant milites φυτίλια, quasi ad linea, vel pyritem comparanda leve adminiculum. Sic officiorum præmia Græci iidem μαντίλια; Gallicum vulgus, Chirothecas; puellarum, aciculas &c. dicunt: ut grati potius animi monumentum quam debiti mercedem, & vilia mercenariorum obsequia compensata exprimant. Quænam autem φυτίλια censenda, reparata ex Regiis vera germanaque lectione discimus esse ἀπὸ κυρτευομένων ζώων τάντα τὰ ποικίλα, *animantium præda captorum quæcumque pilis & colore sunt varia*: quævis enim discoloria etiam hodie vocant ποικίλα: eademque in Protostratoris sortem ex præda obtingunt, ceu ejus φυτίλια.

32. Τὰ προσάγματα.) Ἐνταλματα vocat Jus Græcor. & διαταξεις.

33. Χρυσόβουλα.) Nil communius quam χρυσόβουλον sive χρυσόβουλον, *Imperatoris mandatum, constitutionem, diploma, rescriptum, chirographum, codicillos* significare. At non ex eo quod aureis litteris scriberetur, ut innuit Meursius, sed quod sigillo sive *bulla* aurea, quod in eis scriptum muniretur: quamquam olim etiam aureis litteris scripsisse non denegandum Luitprando dicenti· χρυσοβούλλιον, *id est epistolam auro signatam mihi dederunt, vobis* (Regi) *deferendam. Tulerunt autem & alias litteras argento signatas*, a Curopalate Imperatoris fratre ad Romanum Pontificem missas. Deinceps vero litteris purpureo liquore ductis subsignavit Imperator. His testimoniis utrumque liquet. Nicetæ in Manuele Comn. lib 4. ἐρυθροδάνῳ ὑπεσημάνθη ἀφῖκτο γράμμα τον, *cynabari signatum emisit codicillum*: inferius τὰ βασιλικῆς βαφῆς διαπρέπον, *Regii*, id est purpurei, *coloris tabulæ* lib. 7. τῷ ἐρυθρῷ τῆ βασιλικῆ βαφῆ ὡς αἵματι ἀναθάλλει ἐζώωσεν, *Rubeo Regii liquoris colore*, id est diplomate, *ceu sanguine refovens, vitam restituit*: Cedreni in Tiberio 1. ἀσφαλισάμενος διὰ σφραγίδος χρυσῆς τὸ μὴ πολεμίους ἐπεισπεσεῖν, *aureo sigillo confirmavit, se non hostiliter irrupturum*. Basilii in Porphyra nati· καὶ ὥστε ἀσφαλῆ καὶ ἀμετάθετον εἶναι τὴν παροῦσαν διάταξιν, οἰκείᾳ περὶ ὑποσημηνάμενοι, χρυσῇ σφραγῖδι ταύτην ὑποσφραγισθῆναι διωρισάμεθα. *Utque sancta & immutabilis esset hæc constitutio, propria manu subnotatam, aureo quoque sigillo subsignari jussimus*. Nicephori Botaniatæ. καὶ γὰρ ἐπισφραγίζουσα ἡ βασιλεία μου τὰ κεχρεμένα καλῶς καὶ οἰκονομηθέντα συνοδικῶς, καὶ τὸ παρὸν ἐξέδοτο χρυσόβουλον, εἰς ἐπικύρωσίν τε καὶ σεμνότητα, ὑποσημηναμένη ἐν αὐτῷ δὲ ἐρυθρῶν γραμμάτων, καὶ δὴ τύπων τὴν ἀληθεστέραν ὑπαγορεύουσα, κοράλλιον, ὥσπερ δή τινα χρυσῆν, τὴν ἀληθῶς, σφραγῖδα τῷ τῦπῳ ἐπαμησαμένη, τὸ ἡμέτερον δίοπτρον καὶ θεοφόβλητον ὑπεσημήνατο κράτος. *Quippe majestas mea præclare diudicata gestaque per ipsam Synodum obsignans, præsentem hanc aureum bullam promulgavit, ad confirmandum & stabiliendum ea: cui bullæ rubris litteris subscripsit, & per eas veritatem clariorem dictans, verum ei sigillum, quasi quoddam aureum corollarium appendit, quo & pia divinitusque constituta majestas nostra subscripsit.* Alexii Comneni, qui & aureum sigillum ceræ impressum testatur Nov. 2. tom. 2. Juris Græc. κἂν διὰ κινναβάρεως ὑποσεσημασμένη τυγχάνῃ ἐκτυπωθεῖσα, κἂν ἡ χρυσόβουλον σφραγῖδα φέρηται; *licet rescriptum minio forte subscriptum sit, licet bullæ cereæ sigillum habeat* Ejusdem No. 4. ὡς ἂν ἅπασι τὰ σιγνάντα, καὶ γράμματων τὰ βασιλέως ἐρυθρῶν, καὶ ἡ δὴ χρυσῆ σφραγὶς (φασιτίδη.) *Et ut id notum fiat, litteræ Imperatoriæ rubræ, cum sigillo cereo traditæ sunt.* Sigillum cereum aurea bulla impressum e serico pendebat. Nicephorus Botaniates jam relatus, & Anonymus alibi citatus: Μανουὴλ εἶχε τὸ σωίνδες καινίκλωμα καὶ ἡ βασιλέως γραφήν. Μανουὴλ ἐν Χριστῷ Θεῷ πιστὸς βασιλεύς. καὶ κάτωθεν ἀπεγραμμένῳ βούλλαν χρυσῆν διὰ μεταξῆς ὄξιας. *Manuel habebat consuetum Caniclei ordinem, & Imperatoris hanc adnotationem: Manuel in Christo Deo fidelis Imperator. Et inferius e serico violaceo bullam appensam*, hoc est sigillum. Nicetas Manuelis lib. 1. γράμμα ἐρυθροσήμαντον σφραγῖδι τῇ χρυσῇ καὶ συνεχῇ ῥήματι ἐμπεδον, κόγχης ἀναδεδυμένην αἵματι, τῷ κλήρῳ τε μεγάλῳ καὶ ἐπιδίδωσι: *Litteras rubro colore signatas, aureoque sigillo & sericis filis annexas, & conchæ sanguine tinctas, Clero magni templi offert.* Ex his ἐρυθροδανημένη βασίλειος γραφή, *purpuratus codicillus Regius*, apud eumdem secundum aliam lectionem: apud Comnenam χρυσοβούλλιος γραφή, *Aurobullatæ litteræ*, χρυσοβούλλιος λόγος γεγραμμένος, *Auro bullatū scriptū edictū*, apud Cantacuzenum χρυσόβουλον δικαίωμα, *jus aurea bulla firmatum*, apud Zonaram ἔγγραφον χρυσοσήμαντον, *Aureum sigillum* apud Nicetam iterum, βασιλικὸν ἐρυθρόδαφον, *Regia purpura* in Andronico lib. 2. & Balduino, ἐρυθρόγραφον γράμμα, *Rubræ patentes*, & similia liquent. Alexium secundum atramento communi, nigrisque litteris semel nomen exarasse, litteris ad Synodum missis, refert Nicetas: βιβλίον λαχανιζων ξωπτίθωσι πρὸς τὴν ἱερὰν σύνοδον, καὶ τοῦτο ὑποσημηνάμενος κάτωθεν δὴ μέλανος τῷ οἰκείῳ ὀνόματι, ἐπεὶ κοινῆς ἀκροάσεώς τε καὶ σκέψεως ἀνάδειξιν. *Breve scriptum ad sanctum Concilium componit, idque suo nomine atramento subscriptum, publice recitandum & discutiendum proponit.* Andronicus Senior Imperio nuncium omnino remissurus ἀνω μὲν ἐρυθρὸν φρούδηκε τὸν τοῦ θείου σταυροῦ τύπον, *crucem fidei testem in chartæ fronte rubram pinxit*, mox velut scripta tabula privatus redditus, κάτω δὲ μέλανα, *nigram inferius posuit*.

34. Πρός τε Ῥήγας.) Solos Romanorum Persarumque principes, βασιλεῖς vocatos a Græcis Historicis, quotquot reliquere monumenta commonstrant: eoque nomine, quos Imperatores dicimus, voluere significatos: aliis supremo jure, regno constituto, & imposita sibi corona utentibus, Ῥήγων appellationem fecere communem, ex quo Genserichus eam sibi propriam fecit. Theophanes, ὁ Γεζέριχος τῷ Οὐανδαλικῷ πλήθει πολλοὺς γενόμενος, καὶ Ῥῆγα καλέσας ἑαυτόν. *Genserichus Vandalorum copiis comitatus Regem seipsum declaravit.* Sequutus Odoacer τὴν τῶν Ῥήγων προσηγορίαν, *nomen sibi Regis usurpavit.* Ab his alii atq; alii: τῶν Οὔννων, & τῶν Φραγγίας apud Zonaram Ῥῆγες dicti; nulli, quam Carolo M. βασιλεῖ Ῥωμῶν a Cedreno in Irene dicto, βασιλέως nomen commune factum, nec ipsi Occidentis Imperatori, quem Anna Comnena Ῥῆγα Ἀλαμανίας *Germaniæ Regem* solum agnoscit Alex. lib. 3. Proinde quod Nicetas Andronici lib. 1. Belam Hungariæ Ῥῆγα, Imperatoremque Occidentis in Alexio 3. vocet iterum Ἀλαμανίας Ῥῆγα, nil mirum; cui sicut &

Edit. Paris. pag. 72.

Digitized by Google

aliis Græcis solum Orientis, vel Persarum principem βασιλέα salutare gratum. Oppressi tamen Bulgarorum armis, eandem conjugii pacisq; fœdere inito principem eorum βασιλέα vocant apud Luitprandū in Legatione.

35. Σολτάνους.) Arabum, Αμηρᾶς, Turcarum principes, Σολτάνους, propria gentium illarum lingua Græci dixere: ea propter ubi legimus apud Nicetam Αμηρᾶς, alia lectio Σολτάνους ponit. Sultan autem Turcicum principem denotat.

36. Τοπάρχας.) Paucarum urbium, aut unius provinciæ princeps est Τοπάρχης. Toparchias, quales nos Ducatus vel Comitatus, describit Nicetas Alexii 3. lib. 3. veteris editionis p. 566. cum Satrapis confundit pag. 578. Exinde pag. 586. Bonifacium Montisferrati Marchionem, Balduinum Flandriæ, Henricum S. Pauli, & Ludovicum Blesensium Comites Τοπάρχας τινὰς ἀγομένους scribit: quorum præcessores Hierosolymitanæ profectionis antesignanos, Τοπάρχας & Κόμητας, non uno libri tertii loco memoraverat Anna Comn.

37. Λογοθέτου ὑπηρέτημα.) De memoratis referebat ad Imperatorem. Leo Grammaticus in Michaele Theophili Θεόκτιστος Λογοθέτης εἰσδὺς τὰ Ἀσπρίτικα κρατεῖ τὰς ἀναφορὰς. *Theoctistus Logotheta ingressus Secretum tenens tabulas.* Et infra: ἐκελεύσθη μὲν ὀργὰς ἀνοῖξαι τὰς ἀναφορὰς, καὶ ἀναγνῶναι. *Jussus est cum ira tabulas aperire, & legere.* Crescente quoque Logothetæ auctoritate decrevit Caniclei dignitas, & ut ille rescripta Chrysobullaque principis emitteret, purpura qua sola subsignabat Imperator ei commissa: Canicleo restituta legitur, Manuelis lib. 3. apud Nicetam. Fidem insuper Deo & populo se servaturum in ejus manibus pollicebatur princeps recenter institutus, prout suo loco referetur.

38. Τὸ δὲ τῦ Δομεστικίου.) Mutat quidem sensum, at corrigit, & meliorem reddit Regiorum lectio, quæ hæc est. καὶ τοῦτο μὲν ἴδιον τῦ μεγάλυ Λογοθέτυ ὑπηρέτημα: τὸ δὲ τῦ Μισαρικί᾽ῳ, (vel ut secundum Μισαρικάϊ) ἐνεργεῖν, ἃ ἂν ἐπιτάξοι ὁ Βασιλεύς. *Et hoc munus proprium est magni Logotheæ* (ad Reges nimirum, Sultanos, & Toparchas scribere) *intra limites autem Imperii sacras mittit is cui Imperator mandaverit.* Ibi Μισαρίκιον a me appellative (Grammaticorum more loquor) sumitur, & subjectas Imperatori regiones, ceu *mediam* ejus *ditionem*, referre addubito. Certior nihilominus affirmo Μισαρίκιον proprium Officii nomen æstimandum, ejus nimirum cui negotia, Imperii status, secreta, personam ipsam fidentius committit Imp. cum quo curas dividit, qui inter populum, milites, Senatum, Principes exteros & ipsum Imperatorem *Medius & Sequester* intercedit: qui cum ad hoc munus non ex meritis semper, velut Logotheta, sed ex sola Principis gratia favoreque advocetur, recte scripsit Auctor, τὸ δὲ τῦ Μισαρικίυ ἐνεργεῖν, ἴδιον, (ei namque particulæ jam præmissæ jungitur) ἃ ἂν φροντίξοι ὁ Βασιλεύς: hoc est, *Mesasticii*, quasi dicas sequestri, *munus exercere ad eum attinet, cui præceperit Imperator.* Mesasticium hujusmodi describit Nicetas Manuelis lib. 1. μεσιδεύειν δὲ μεσίοντα, καὶ τῶν εἰκείων ὑποδρηστῆρα διαταγμάτων τ᾽ Ἀγιοθεοδωρείτου τίθησιν Ἰωάννην, καὶ ὃν ὁ μὲν τῷ φροντίδι τῦ βασιλέως ἀεὶ ὀπτανόμενος, καὶ τὰ τούτυ ἐντάλματα ὅσα ἐξ εὐμάσεως ἐκδεχόμενος. *Joannem Hagiotheodoritem suarum constitutionum sequestrum & ministrum ordinavit. Is in conspectu Imp. semper aderat, ejusque mandata, nutus & animi affectus excipiebat & exequebatur.* Vocem μεσιόντα inter alias observa, τῷ μεσάζοντι significatu parem a nullo negandam: μέγαν porro μεσάζοντα Protovestiarium Cabasitem, nec non alium μεσάζοντα Cantacuzenum memorat Chronicon CP. Jam vero ἀπὸ τῦ μεσάζειν Μισαρίκιον deduci solus ignorat, qui Græca nescit: Μισαρίκιον igitur illeest μεσιδεύτης μεσιόντων, τῶν βασιλικῶν ὑποδρυστήρ διαταγμάτων, τῦ βασιλέως τὰ ἐντάλματα καὶ ἐμφάσεις ἐκδεχόμενος, quem eumdem Auctor ait ἐνεργεῖν ὃ ἂν ἐπιτάξοι ὁ Βασιλεύς. Talis, me judice, ante tyrannidem arreptam fuit Phocas, qui Ἐντολικαέμος a Theophane, *A sacris mandatis* fuisse scribitur in Mauricio; qui in Aula, quod Mandator in exercitu, τὰ μανδάτα γράμμ᾽ ἄρχοντος διδύς, *mandata voluntate & jussu Principis enuntians*, exequebatur. Ita Mauricius alius. At iterum Theophanes. ὁ στρατὸς Ἐντολικαείυς ἐπεμ.ε φρὸς τ᾽ βασιλέα. *Legatos ad Imp. misit exercitus.*

39. Ὁ μέγας Στρατοπεδάρχης.) Hoc ejus officio Zonaras celebrat in Nicephoro Phoca Πέτρον ἐκτομίαν δρασήριον δέ γε καὶ ἐμβεβλῆσθαι, καὶ ἀρχὴν αὐδότα στρατιωτῶν, Στρατοπεδάρχλω ὀνομάσας, ἵν᾽ ἐν Κιλικίᾳ δοίη χώραν τῇ στρατιᾷ τ᾽ χειμῶνα διαγαγεῖν. *Petrum Eunuchum virum strenuum ac promptum, ac milites continere illisque imperare consuetum, Stratopedarcham instituit, ut locum ad hyemandum in Cilicia exercitui assignaret.* Is idem videtur τ᾽ τοῦ χάρακος ἐπισασίαν πᾶσαν ἐπιμελούμενος. *Castrorum curam suscepisse.* Curopalates.

40. Ἐν τῷ παρασασιν.) Omnium qui dignitates & officia tenent, circa Imperatorem in solio sedentem, cum vestium apparatu & insignibus, *stans famulatus* est παράσασις: δυλοφρεπῶς παρεσᾶναι scripsit Nicetas in Isaacio Angelo. Et iterum. οἱ Ῥωμαῖοι παρασατοῦντας ἔχειν ἄπαντας. *Omnes Imperatori astare jubent Græci.* In Alexio secundo. ἄγειν δ᾽ὐκ τὰς παρισῶτας, καὶ ὅσοπερ ἐκείνῳ συνήδρασον διὰ γένυς λαμπρότητα, καὶ ἀξιωμάτων σεμνότητα, ἐμοφώνως ἀναπραγόντας. *Coronam itaque procerum circumstantem, & quotquot ob generis splendorem, & dignitatum excellentiam, viderunt assessores una voce clamantes.* Imperii tamen collegæ assident. Luitprandus de legatione. *Sedebant ad sinistram non in eadem linea, sed longe deorsum duo parvuli Imperatores.* Potuit & Cæsar quandoque sedere. Theophanes in Michaele Theophili τῦ Βάρδα Καίσαρος τῷ βασιλεῖ προσελθόντος, συγκαθίσαντός τε καὶ συνομιλοῦντος. *Bardæ Cæsare ad Imperatorem profecto sedente, & colloquente.* Licuisse nonnumquam aliis sedere, τῶν ἐπιτροπῆς γνωμένης, ipsumque imperii collegam quandoq; itetisse, narrat Cantacuzenus lib. 1. c. 8. Hoc assidendi jus Pontifices Græcos ab Andronico postulasse, eoque licet obtento ridicule privatos lib. vitæ ejus 3. Nicetas ostendit. De Patriarcha coram Imperatore sedente suo loco dicetur.

Edit. Paris. pag. 73.

41. Τρίτυρον.) Argenteum, ut & aureum nummum, ita reperio dictum. Argenteum quidem nondum in oblivione penes hodiernos Orientales, ut quod adhuc plurimum in oribus eorum sonans me audivisse memini: illudque est, de quo quam late Leunclavius Pandec. Turcicarum p. 117. scripsit: Decem aut duodecim ejusmodi nummum integrum complebunt. Aureum, ipse aureus est nummus: de quo Guntherus in Historia captæ Constantinopoleos. *Solvebat nummum aureum, qui Perperam vocari solet, Perdoni, id est quartæ parti Marcæ unius æquivalens. Perperam* pronunciabant Latini, ut & hodie Græci πίρπυρα: Iperpera quoque scripsit Leunclavius ex aliis. Aureum porro hic intelligi æquus Lector mecum judicabit, qui vile pretium Primicerio reddendum mecum negaverit.

42. Ῥογατόρων.) Ῥόγα quid sit, non ignotum Rigaltium, Meursium, & eruditissimum Fabrotum legenti. Ejus definitionem a Svida allatam, & a Gretsero mutilatam refero & expono. Ῥόγα ἡ τ᾽ βασιλέων δόσιβεια ἐ φιλοτιμία. *Roga est Impp. pietas & munificentia.* Erogabant Impp. quotannis de suo Ecclesiis, proceribus, militibus, populo, stipendia & munera. Ecclesiis collata, δόσιβεια: aliis quibuscumq; donata φιλοτιμίας nomen promerentur. Ecclesiæ magnæ stipendia Romanus Argyrus auxit. Cedrenus. ἐνδίωσεν γὰρ τῶν φρόσοδον τῆς μεγάλης ἐκδσίας ἐκκλησίας, ὅτε Οἰκονόμος ταύτης γενόμενος ἐν τοῖς ἐμφρεδεῖ χρόνοις, καὶ τῶν ἄλλων ὁπόσαις ὑπηρετεῖδιο ἔδος παρὰ τοῦ ταύτης κλήρυ, ὀγδοήκοντα χρυσίυ λίτρας αἰνὰ πᾶν ἔτος χορηγεῖδαι τούτοις τετύπωκεν ἀπὸ τῦ βασιλικῦ ταμιείυ εἰς φροδύκλυ. *Cū enim sciret magnę Ecclesię reditus nō sufficere, ut qui superioribus tēporibus Oeconomus ejus fuisset, & aliarū quibus ejus Clerus de more inserviebat, &c. auri libras quotannis ex ærario Imper. ei pendi jussit decreto ea de re condito.* Nicetas in Manuele lib. 1. τῷ κλήρῳ τ᾽ μεγάλυ νεὼ ἐπιδίδωσι χρυσόβυλον τυπωῦ αὐτοῖς ἀργύρεα ἐπίσεα χέρματα, καὶ μυρίας δὶς ἑκατὸν κορυφούμενα. *Clero magnę Ecclesię dat Chrysobullū, quo ei argenteę monetę nūmi ad ducētas minas promittebātur.* Procerum Rogam Auctor descripturus est inferius: ejusq; meminit Comnena lib. 3. ῥόγα, inquit τ᾽ δοθέντων ἔτεσι ἀξιωμάτων *Roga viginti dignitatibus data*, quanta nimirum 20. proceribus in dignitate penes Imp. constitutis datur. αὔξησιν ῥόγων, eam militibus auctam ibidem memorat. Erga cunctos exsicca-

Digitized by Google

tum hinc liberalitatis profluvium ægerrime fert Balſamon opuſculo de Rogato. 1. Juris Græcor. reperiendo p. 471. apud quem quoque leges τὰ ῥογάλια *catalogum & ordinem faciendæ Rogæ*: & apud Theophanem στρατιώτας ῥογαίειν *ſtipendio militem conducere*.

43. Φράγκων) Francos ſolos, id eſt Gallos hoc nomine primo vocabant Græci, unde diviſo a Francis & Græcis imperio vetus proverbium Φράγκον φίλον ἔχεις, γείτονα μὴ ἔχῃς. Cedrenus, tum in Leone Iſauro, tum alibi, Ῥῆγας Φραγγίας, laudat, quem non alium a Francorum Rege intelligendum ipſemet exponit. Italos tamen Apulos & Calabros, a Normannis Franciæ populis ortos, Φράγκους non infrequenter vocat Curopalates in Michaele Parapinacio, & Nicetas Manuelis l. 2. Φράγγους Σικελούς. Germanos pariter ita dictos apud Cedrenum reperies in Baſilio. Latinos quoſcumque, ut & Græcum vulgus hodie, ita nuncupat Anna Comnena l. 8. ἐνδοξοτέραν tamen Φραγγίαν κατ' ἐξοχήν, *nobiliſſimum Francorum regnum* intelligit M. S. R. n. 290. Latinos quoſcumque ac maxime Gallos hic memoratos autumo, quos αἱμοχαρεῖς καὶ πολεμικοὺς *ſanguine gaudentes & bellicoſos*, ac iterum δυτικοὺς Φράγγους, *Occidentales Francos* vocat citatus Curopalates.

44. Μολυβδίνας βούλας.) De cereis bullis ſupra, ubi de Chryſobullo, de plumbea locum profert Luitprandus ubi merces e portu efferendas *plumbeæ* Imperatoris *bullæ notatas* aſſerit in legatione.

45. Οὗτος φέρει τιμὴν τὴν τοῦ βασιλέως σπαθίου.) Id illi primitus ex officio conceſſum videtur a Theophane in Michaele Theophili. ὁ Βασίλειος περιεπάτει φορῶν σκαραμάγγιον, μετὰ σπαθίου, οἷς ἔθος, τοῖς Παρακοιμωμένοις. *Baſilius amictum ſuperiorem Imperatoris geſtabat ac ejus enſem, prout Accubitoribus in more poſitum eſt*. Sacri cubiculi Præpoſitum pluvialem Imp. veſtem imbribus & frigori propulſandis ei offerendam tuliſſe docet Leunclavius.

46. Κελλίον,) Ut Monachi, ita & Epiſcopi, in quibus verſarentur ædes, vocavere κελλία. Iſaaci Angeli Novella Juris Græcor. pag. 162. ἔπεμψαν, εἰς τὰ ἐν οἷς κατοικοῦσι κελλία ὁ Κυζίκου: *miſſi ſunt ad Cyzici Præſulis cellulas*. Et infra. εἶπον μὴ εὑρηκέναι αὐτὸν ἐν τοῖς αὐτῶν κελλίοις: *non inveniſſe ſe dixerunt in ſuis cellulis*. Patriarchæ, ut e Monaſteriis aſſumpti, etiam in Patriarchio *Cellam* τὸ κελλίον, teſte Euchologio noſtro, repererunt. Ipſique tandem Impp. Eccleſiaſticorum morum æmuli, de quo nota prima in Curopalatis hiſtoriam differit, in Palatio anguſtam ſibi condidere *Cellam* in quam tumultu negotiorum erepti ſe reciperent. In hujuſmodi penetrale, retro cubiculum interius poſitum, ſeceſſit ab amicis monitus Andronicus Senior, ne quid in eum molirentur junioris fautores in exteriore triclinio ſtantes. τούτων εἰπόντος ὁ βατιλεὺς ἀνίστη τι αὐτίκα ἀπὸ θρόνου, καὶ πρὸς τὸ ἐνδότερον οἰκίσκιον ἐχώρει, τὸν βασιλέα τοῖς ἀκροωμένοις ἄπαξ παρεὶς τὸν ἔξω καταλιπών. *Hoc nuntio commotus, e ſolio nihil cunctatus ſurgit, & in domunculam interiorem ſe recipiens, feris, & extra cubiculum, in quo conſederat prius, nepotem cum aſſeſſoribus reliquit*. Ita Cantacucenus l. 1. c. 13. at c. 5. non minus anguſtam quam auguſtam depingit, adeo ut juvenis Imperator ἀσιὼν τὸ οἰκίσκιον τῇ θύρᾳ, ἐν ᾧ καθῆστο σωφρονῶν ὁ βασιλεὺς ſtemmatis in capite poſiti lapides ad ſuperliminare neſcius alliſerit. De *Celliotis* ſive cubicullariis a *cella* dictis agit Phranzes l. 2. c. 1.

47. Ἵνα δημηγορήσῃ.) Verba fecere de rebus ſacris ad Senatum & populum Impp. Græci, Theophanes, Cedrenus, Zonaras tam gravi morbo jactatum Leonem Sapientem referunt, εἰς μὴ δυνηθῆναι διαλεχθῆναι τῇ συγκλήτῳ τὴν σιωπὴν ἀφελεῖν, ἣν καλοῦσι σιλέντιον, *ut non potuerit orationem de jejunio (quæ vocatur Silentium) pro more habere ad Senatum*. Recuduntur ab amico Combefis, quas de Chriſto, de B. V. de ſanctis plures regetus pronunciavit ſermones. Alexander hujus Leonis frater, referente Cedreno, ἅμα Νικολάῳ καθεδοῦς ἐν τῇ Μαγναύρᾳ, σιλεντίου γενομένου, τῷ Εὐθυμίῳ καθαίρεσιν ἐποιήσατο. *Nicolao Pſeudopatriarchæ in Magnaura aſſidens, habito ſilentio* (id eſt oratione & concilio) *Euthymium depoſuit*. Manuel Comnenus, Niceta ſcriptore in ejus vita l. 7. κατηχητηρίους ὥδινε λόγους, οὓς φασι σιλέντια, καὶ εἰς κοινὸν ἐνέπτυσεν ἀκοὴν. *Hortatorias propriæ mentis partus, ſermones, vocata ſilentia, in publico ſuorum conſeſſu pronunciabat*. De Leone Armenio dixerat prius brevis & mutilus continuator Theophanis τὸ σιωπὴν ἐποίησε σιλέντιον ὁ υἱὸς Φ ἀλυσίας. Idcirco demum ignem Impp. Chriſtianis prælatum aſſerit Balſamon quod λαμπὰς διδασκαλικοῦ ἐστὶν ἀξιώματος, *lumen docendi poteſtatem arguat*: & αὐτοκράτορες κατηχητικῶς, ὁμιλοῦσι τῷ χριστωνύμῳ λαῷ. *Impp. orationibus habitis populum Chriſtianum inſtruere ſuſcipiant*.

Edit. Pariſ. pag. 74.

48. Ἡ ἀρχιστησία ὀφφικίον.) Ita Comnenus Alexius, teſte filia ejus vitæ lib. 1. τὸ γέρας ἀπέλαβε παρὰ Φ αὐτοκράτορος τὴν Φ Σεβαστοῦ ἀξίαν, Σεβαστὸς ἀναρρηθεὶς ἐκ μέσης συγκλήτου; *præmium ab Imperatore repertavit Sebaſti dignitatem, in medio Senatus conſeſſu Sebaſtus renunciatus*.

49. Οἱ Ἀποκρισιαρίοι.) Legatos ſive Apocriſiarios ad ſe miſſos quomodo confabulationibus, victu ſuppeditato, & parato hoſpitio, Græci ſuſciperent, conjicimus ex Luitprandi legatione ab ipſomet ſcripta: quamvis infenſum ejus in Græcos animum duriora & parum æqua iſtorum officia irritaverint. ἐν παρασκαῖς ſe ſuſceptum narrat. *Sederunt*, inquit, *cum Imperator ad diſceptionem veſtram, ſecundum eorum traditionem ſapientiſſimi viri, Attica pollentes eloquio. Baſilius Parakimomenos, Protoaſecretis, Protoveſtiarius, & duo Magiſtri, quorum, &c.*

50. Ὁ Ἔπαρχος.) Non adeo multis ante Codinum ſæculis Præfecti urbis vigebat munus, ut ex Cedreno in Leone Armenio, & in Theophilo, & ex Leonis & Conſtantini AA. Ecloga titulo 4. facile dignoſci queat. ὁ Φ πόλεως Ἔπαρχος πάντα ζητεῖ τὰ ἐγκλήματα, καὶ τὰ ἐν τῇ πόλει γινόμενα ἀκροᾶται. *Præfectus urbis omnia omnium crimina inquirit, & de omnibus, quæ intra urbem admittuntur cognoſcit*. Jus in Prætorio exercuiſſe Zonaras demonſtrat in Phoca. πλείους δὲ τῷ Ἐπάρχῳ παρέδωκεν, ἵνα κολασθῶσιν αὐτούς: οἱ ἐν τῷ Πραιτωρίῳ καθειρχθησαν. *Plures Præfecto puniendos tradidit, qui in Prætorii cuſtodiam ſunt miſſi*. Reorum in Prætorio fuere carceres. Idem οἱ δὲ ὄχλοι ὁμοῦ γενόμενοι ἐνέφρησαν τὸ Πραιτώριον, καὶ καθειργμένοι διέφυγον. *Plebs conferta, facto impetu, Prætorium ſuccendit, & in eo vinculis detenti, fugerunt*. Imo Prætorium ipſum carcer eſt. Zonaras in Iſaacio. δημοσίᾳ ἀρχῇ, ἣ Πραιτώριον κέκληται. Nicetas in Alexio 3. l. quoque 3. ὁ Λάγος ἐκ βασιλείων ἐληλυθὼς καὶ καθὰ Φ τοῦ Πραιτωρίου φρουρὰς, *Lagus Prætorii cuſtodiæ ab Imp. Præfectus*, cujus ibi ſcelera, rapacitas, & in ſontibus puniendis atrocitas deſcribitur. Alia occurrunt apud Auctores argumenta ubi de vindicandis ſceleribus ſermo, Annonam in urbe providebat, & pretium ne excederet, figebat, Zonaras rurſus in Theophilo. ὅπως ἕκαστον Φ ὠνίων πεφορτίσηται ἐπολοφραγμόνῳ, ἢ ἐπωδάνητο, καὶ εἴ πολοῦ τινὰ τιτρασκόμενα θείκοι, τὸν Ἔπαρχον περὶ τούτων ἀνέκρινε: ἐφ' ᾧ κατεγινώσκων τούτου, ἅπαν τῆς ἀρχῆς, ἢ ἐπιπλήττων διῄρθρου. *Utres vænum expoſitæ emerentur inveſtigabat, & diſquirebat. Ac ſi pluris quam par eſſet, vænire deprehenderet, urbis Præfectum de hoc interrogabat: & aut damnatum ab officio amovebat: aut certe verbis in eum invectus corrigebat*. Reliqua ejus munia luſe proſequitur Ecloga citata Juris Græcor. t. 2. p. 85. 86. & 99.

51. Τῶν Σεκρήτων.) Non unum fuiſſe Conſtantinopoli Σέκρητον arguit vox multitudinis, μικρὸν reperio fuiſſe Patriarchæ, de quo Euchologium noſtrum, & Cedrenus in Coptonymo τὰς ἐν τῷ μικρῷ Σεκρήτῳ Φ Πατελαρχικὰς εἰκόνας διὰ λιθίδων οὔσας κατέβαλεν. *Imagines in parvo Patriarchii ſecreto, ex teſſellato opere factas ſuſtulit*, in quo etiam Nicephorum Botaniatem Chryſobulon Synodalibus decretis confirmandis edidiſſe refert Bullengerus: Erat privatarum Secretum, ubi aſſervabantur inſtrumenta, & urbis jura de quo Balſamon ad Marcum Patriarcham reſp. 9. κατεγράφη ἐν τῷ Σεκρήτῳ τῷ οἰκιακῶν. *Relatū in Secretū privatarū*. Erat & publicarum, in quo publica reponebantur, de hoc Cedrenus, Phranzes, ubi de Monembaſiotis, & alii: hocque vocari τοῦ Γενικοῦ *Generale* a Curopalate in Leone Baſilii quidam autumant: Aliud iterum obſervo in Prætorio de quo Theophanes in Phoca: οἱ δὲ Πράσινοι ἔβαλον πῦρ εἰς τὸ Πραιτώριον, καὶ ἔκαυσαν τὸ Σεκρήτον καὶ τὰ

τὰ σκεύια καὶ τὰς φυλακάς. *Præsini igne immisso Prætorium, Seretum, scrinia, & carceres incenderunt.*

52. Βασιλικῇ δοσιμῇ.) Quibus non ex officio, sed ex principis voluntate, jus in aliqua causa dicendi committitur auctoritas.

53. Βάραγγοι.) Imperatoris satellites, & belli socii ex Anglia in Oriente militantes. Auctor Ἰγγλικὰ *Anglice* loquentes introducet c. 7. Britannos sive Anglos bipennibus armatos asserit manifeste Nicetas l. 2. Isaacii Angeli versus finem. ὁ τῆς πελεκυφόρων κατάρχων Βρεττανῶν, ἐντεῦθεν φασὶ Ἰγγλῖνοι. Porro idem est Βάραγγον ac πελεκυφόρον legere, cum Barangos, non infrequenter bipennibus instructos referant auctores alibi producendi. Thule oriundos, si tamen est lectio sincera, Comnena scribit l. 2. ἐκ τῆς Θούλης Βαράγγους. Germanos tamen asserit Nicetas in Alexio 2. καὶ τὰ ἐνδεκτορα συληθέντες, καὶ θυρεῶν ἁλόντες Γερμανῶν οἱ κατωμαδὸν τὰς ἐπιρρεούσας πελέκεις εἰσέχουσιν, ἀφοῖτος ἦσαν. *In Palatio comprehensus, in custodia Germanorum* (asterisco hic apposuit Vvolfius, quod forsan Βρεττανῶν legendum agnosceret) *ancipites secures in humeris gestantium, exitu prohibetur.* Jam sub Michaele Paphlagone Græcorum signa secutos colligimus ex Cedreno in ejus vita: quos tamen nondum in satellitum numerum allectos, sed solo singulariorum militum cingulo donatos legimus εἰς παραχωμασίαν ἐν τῇ δύσει τῆ Θρακησίων διασπαρέντας: *per provinciam Thracensium in hyberna dispersos.* Ἀχόλουθον eorum ducem memorat idem in Constantino Monomacho, ubi a Francis eos numero distinguit, licet utrisque Ἀχόλουθον eumdem præficiat. ὁ βασιλεὺς τὸν Ἀχόλουθον Μιχαὴλ μετατεμψάμενος εἰς Ἰβηρίαν ἐκπέμπει, ὃς ἐκεῖ γενόμενος, Φράγγους τοὺς διασπαρέντας ἐν τῇ Χαλδίᾳ καὶ Ἰβηρίᾳ Φράγγους καὶ Βαράγγους ἀγαγών. *Michaelem Acoluthum ex Occidente revocatum in Iberiam mittit Imperator: at illuc profectus, dispersos per Chaldiam & Iberiam Francos & Barangos colligeret.* Exin Franci sub eodem vexillo cum Barangis militantes, ac eisdem armis instructi inter Barangos recensiti penes Nicetam in Alexio 2. καὶ γνώριμοί τινες παρά τινος ἐκείνου φυλάκων (γένους ὄντος τῶν πελεκυφόρων Κελτικῶν) συλλαμβάνονται. *A quodam præsidiario Gallo, ex eorum ordine qui secures gestant, cogniti comprehenduntur.*

54. Εἰς τὰς δύρας τοῦ κοιτῶνος.) Excubias agentes Barangi, ad sacri cubiculi fores vigilant. Eos inde repulit Andronicus, ut molosso cui confidebat corporis præsidium permitteret. οἱ μὲν γὰρ σωματοφύλακες, ait Nicetas in ejus vita l. 2. καὶ δορυφόροι ἐτύθησαν τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος ἐκτὸς κατιόντος ὁ δὲ γυμνὸν φὸς τὰς θύρας ἐδίδετο. *Nam satellites & custodes procul ab ejus cubiculo excubabant: canis vero ad januam alligatus &c.* Excubiis liberati stationem loco dicto *Excubita* deputatam habebant, ait Zonaras in Joanne Comneno. οἱ Βάραγγοι πλὴν ἐν τοῖς Ἐξκουβίτοις διαληφόντες οὐδὲν, ἐνδεκτέρ τῆτοις καὶ ἡ κατάληψις. *Barangi occupantes viam in Excubitis ubi eorum est statio.* Unde antiquis *Excubitoribus* vocatis, Barangos successisse non diffitendum. Claves urbium ad quas divertebat Imp. custodiæ suæ demandaras tenebant. Cantacuzenus l. 2. c. 13. τὰ κλεῖθρα τῆς πόλεως τοὺς τὰς πύλας ἔχοντας Βαράγγους καλοῦσας ἀγαγεῖν (τοῦτους γὰρ ἴδοι τὰ κλεῖθρα τῶν πόλεων ἔνδα ἐν ἀνοδήμοιν βασιλεὺς κατέχει.) Ἀρέγω ἐκέλευσε παραδιδόναι. *Securigeros Barangos claves urbis afferre (hos enim urbium ad quas declinaret Imp. claves tenere moris erat) Arego tradere imperavit.* Cui vero Barangi dicerentur Angli Excubitores, diximus ad Curopalatam notis p. 808.

55. Παραμονάι.) Festi pervigilium quod celebritatem παραμένῃ *maneat*, recentioribus est παραμονή: satellites quoque principem ubique *manentes* & expectantes παραμένοντες, & eum adesse monentes, παραμονῶν appellationem meruerunt. *Edit. Paris. pag. 75.*

56. Ἄλογα.) Quod *irrationale* quodcumque significabat, nunc *equi* speciatim est indicium ἄλογον, ut inter irrationalia communissimus. Ubi auctor ἵππον correcte scribit, lectionis diversitas frequenter ἄλογον reposuit in superioribus.

57. Ἀλογάτωρ.) Ἀλαγάτωρ legunt Regia, quam lectionem notis c. 2. probandam ostendimus.

58. Φέροντας τὰς πέλεκας.) Gregoras l. 8. ἤδη δὲ περὶ βασιλέα πελεκυφόρων, καὶ στρατιωτῶν καὶ ξιφηφόρων κατάρδην μιλόντων. *Cum jam satellites bipennibus instructi, qui στρατιῶται (hic παραμονάι) ac ensigeruli, obdormiscerent.* Anna Comnena l. 2. ad extremam calcem. σωματοφυλάκων τὰς ἐπὶ τῶν ὤμων τὰ ξίφη κραδαίνοντας: *Collecta satellitum qui ex humeris enses vibrant cohorte.* Satellites illos bicapulis ensibus, ineptis qui ad latus appendantur, exindeque ad manum & supra humeros gerendis, armatos putaverim. Id ni me fallit sensus, arguunt veteres satellitum picturæ, & auctoritates jam jam lectæ.

59. Πιλατίκια.) Militaria pila quibus vexillula, sive exilia vexilla sunt affixa. Hanc expositionem Auctor suggerit sequentis capitis, n. 31. & 48. Alii clavas argenteas & aureas principibus præferri solitas exponunt.

60. Μετὰ καταστίων.) *Pileus* quidem est καταστίον, at nec *cappa* nec *cucullo*, sed qui oras circumquaque expandit. Simon Portius ex ore attestantis vulgi. καταστὶ καυσία, πέτασος πίλημα, &c. *Galerus, caussia, petasus, pileus, &c.* Vide petasum dici qui expansis oris præbeat undequaque umbram: Hujusmodi vero fuisse in usu nonnullis hinc retro sæculis docent Cardinalium petasi, & antiqua pictorum Heroum monumenta.

91. Κλίβανα.) Leo Constit. 5. κλιβάνια σιδηρᾶ, ἢ καὶ ἐξ ἑτέρας ὕλης. *Clibania ferrea, aut ex alia materia parata.* Sunt itaque, vel bellici thoraces, vel super induenda thoracibus saga, quæ ἐπάνω κλίβανα dicit Nicetas Manuelis l. 6. Hic vestem leonibus pictam, non armaturam, quilibet intelligit.

62. Κορτιναρχοι.) Quinam sint, Auctor exponit inferius.

63. Τῆς προκύψεως.) Videant, inquit Meursius, an recte *adorationem* & *oratorium* viri docti sint interpretati. Nusquam Meurs. Est enim in prophanis, theatris, & spectaculis προκύψις. En Genuensium magistratus, cum proceribus astans coram Imperatore εἰς τὸν χωρὸν τῆς προκύψεως c. 7. n. 6. Orationis forsan tempore? Imo vero prandii, μείζει τῆς τραπέζης. In Ecclesia vel Sacello? Tantum abest: in Triclinio, ubi eum Curia veneratur: εἰς τὸ παράσασιν. Ergo nihil semotius ab oratorio, & adoratione, quam προκύψις. En iterum apud Comneni filiam l. 8. Alexius pater περὶ τὰ χρύσεια προκύψαντα ὁμιλεῖ τοῖς Σκύθαις: *ex mœnium pinnis inclinatus Scythis colloquitur:* quid oret, aut quid adoret, nullus agnoscit. Eodem libro Imperator idem, ἀπό τινος τείχους προκύψας, *ex excelsiore muro inclinatus loquitur:* egregie sane distractus, qui de oratione non est sollicitus. Cæterum quid germane προκύψις indicet, haud reticet Nicetas: probet qui Græca non ignorat auctoris Græci mentem in Alexio l. 1. ἔστι, inquit, ἐπάνω τόπος ὑψηλὸς ἐξαίφνης φανείς, τοιοῦτος ἢ νῦν λεγόμενον Πρόκυψιν. *Excelsiore in loco sublimis de repente factus est conspicuus, egitque quæ nunc dicitur* Πρόκυψις: de loco nimirum eminentiore *prospectationem:* eo quod ejus thronus suppedaneo ac pluribus gradibus elevatus eum velut *acclinem* de excelso populum infra positum respicere concederet. Haud memorat quidem, aptissime tamen προκύψιν describit Gregoras ad extremam historiæ calcem δῆλον ἐστὶ τοῖς ἄπασιν, ὡς αἱ ἢ ἐπιπέδου ἐκ θαμίστου ἀκρότητες ἢ βασιλικῶν τριχλίνων ἀμφότεραι ὑπέρκεινταί πω τοῦ μεταξὺ ἐκπέδου ἄχρι ἓξ ἢ ἑπτὸν σανίδων, καὶ μάλιστα ὅπη καὶ ὁ βασιλικὸς ἔστηκε θρόνος, ἵν' ἴσως ἔχῃ τι κἂν τούτῳ πλέον ἢ ἄλλων ὁ βασιλεὺς ἑστώτων, ἔν τε ταῖς ἱεραῖς ὑμνῳδίαις, καὶ ὅτε διαλέγοιτο, νῷ μὲν τοῖς ὑπηκόοις, νῷ δὲ τοῖς ἔξ ἐθνῶν φοίβεσιν. ἐξεῖναί γε μὴν ἐκείνης τῆς στάσεως ἀδεῶς ἢ ἀπάντων τῷ βασιλεῖ σωίσασθαι, πλὴν τῆς συζύγου, ἔ ἢ υἱέων, καὶ ἢ ἀδελφῶν, προδήλου δ' ἂν καὶ ἢ πατραδέλφων. *Notum est omnibus Imperatorum Triclinorum pavimenti extremitates ambas inter se se oppositas eminere supra interjectum solum usque ad spithamæ trientem, ubi etiam Imperatorium solium est constitutum: nimirum ut & in eo Imperator aliquid præ cæteris eximium habeat, sive in sacris hymnodiis stans, sive nunc subditis, nunc exterarum nationum legatis respondens. Nec in illo loco cuiquam mortalium licere, illi astare, præter uxorem, liberos, & fratres & patruos fortasse.* Observa Græcos hodiernos, ut aliquem jubeant e fenestra vel exedra prospicere dicere: κύψε, vel σκύψε. An προκύψις sit illud περίδοξον, προσκύνιον βασιλικῶν αὐλῶν: *aulæ Regiæ angustum proscenium*, in

quo morituras Tiberius ad ſenatum orationem habuit, ut initio l. 1. refert Simocatta, & Cedrenus in Juſtiniano προαχλιον της βασιλικης *Regiæ veſtibulum altius*, mihi penitus eſt indubium, eſt enim quod Zonaras τριβουναλιον in ejuſdem vita appellat. Tribunalium autem ſive Tribunal Regium, quid aliud quam πρωτοκλισιον, de qua nobis ſermo.

* Βαρδαριωται.) Perſarum antiquum genus a Theophilo Imperatore circa Bardarium Macedoniæ fluvium Αξιον prius dictum, ex Zonara, translatum a fluvio nomen accepit. Auctor infra numero 54. Leo Grammaticus in Theophilo τοτε φασιν Θεοφοβος Περσης αμα τω τεκνω αυτου μετα Περσων χιλιαδων, τριακοσιαρχησαντα: ους διεπεμψε υπερ τα τοις Δομεστικοις καταφυγας, και εις τερμονας αποικησαι, οι μεχρι της νυν καλουνται τερμονες Περσων. *Ad hunc transfugerunt Theophobus Perſa, & ejus pater cum Perſarum quatuordecim millibus, quos datis ad habitandum locis per provincias diſperſis, turmas ex eis conſtituit, quæ uſque modo Perſarum turmæ dicuntur.*

64. Ορθρινης ὑμνος.) *Laudes matutinæ* circa diluculum decantandæ, quæ & ἑῳθιναι; de quibus Euchologii notæ. Cæterum officii divini horæ recenſentur, eo quod a Palatii Clericis ſtatis horis & temporibus perſolverentur.

65. Σκηλωμα, ἡτις χορτου.) Apte deſcribit Anonymus apud Rigaltium. της βασιλικης σκηνης κ) μεσην τινα χωραν της χορτης κυκλοθεν ἱκανος χωρος, ἱκανος χωρειν, και τους εν νυκτι τερματοφυλακας, ἡ τους ἡμερον φυλαττοντας εις τουτο χορτω. *Regio tentorio in medio ſito, liberum circa illud ſegregetur ſpatium, quod & excubitores noctu, & de die confluentes ad tentorium capere poſſit.*

66. Ο μεν του Κομης.) Cedrenus in Nicephoro Logotheta. ὁ Μιχαηλ ὁ του Κομητος της χορτης την αρχην ἐγχειριζεται. *Tentoriorum Comes inſtituitur*: της χορτης meminerat Cedrenus idem in Leone Copronymi. κατεβαλον την χορτην. *Tentoria amiſit.*

67. Σκυφιας.) Pileolus interior ſummum verticem ſuper aures in gyrum ambiens eſt σκυφος, *calotta* quibuſdam, cui grandiores petaſi ſuperponuntur, ut ſubjungit Auctor σκυφιας μετ καπελιων.

68. Παπουτζιων.) Turcicum *Papuz* fecit Græcum παπουτζιον. Portius cum vulgo reddit, παπουτσιον, σανδαλον, ὑποδημα, *calceamentum*, &c. idque ſolitum & uſitatum.

2 Προετοιμάζουσι πτωχοὺς δώδεκα, καὶ ἐνδύουσι τοὺς ὑποκάμισα, ἤγουν χιτῶνας, * κυρτοβράκια, καὶ παπούτζια. καὶ τεθείσης ἐν τῷ τοῦ Βασιλέως κελλίῳ λεκάνης, ὁ Πρωτοπαπᾶς ἐκτὸς πρὸς τῷ θύρᾳ εὐρισκόμενος προιεῖ, εὐλογητὸν, καὶ λέγει τὸ τρισάγιον.

* Regia κυρτοβράκια

III. Deinde lecto per illum Evangelio, quando processit usque ad illa verba: *Mittit aquam in pelvim*; infundit Imperator aquam in pelvim.

3 Εἶτα τοῦ διακόνου ἀναγινωσκομένου παρ' αὐτοῦ, ὅταν εἴπῃ, τοῦ ὕδωρ βάλλει εἰς τὸν νιπτῆρα, ἐγχεῖ ἐν τῇ λεκάνῃ τὸ ὕδωρ ὁ Βασιλεύς.

IV. Postea adducunt jam antea præparatos pauperes sigillatim quemlibet, quorum quivis manu cereum ardentem gestat; & hoc quidem sedente; Protopapa autem Evangelium legente, illudque pronunciante: *Cœpit Jesus lavare pedes discipulorum*; idque sæpius, donec scilicet omnium pedes abluuntur; lavat Imperator dextrum cujusque pedem, lotumque sindone, qua præcinctus est, abstergit, & osculatur. Quo peracto terminatur officium lotionis.

4 Εἶτα φέρουσι τοὺς * προητοιμασμένους πένητας καθ' ἕνα βαστάζοντα κηρὸν ἀπτόμενον. καὶ τοὺτο μὲν καθίσαντος, ὁ δὲ Πρωτοπαπᾶς, ὡς εἴρηται, τὸ εὐαγγέλιον ἀναγινώσκοντος & λέγοντος τὸ, ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς τοὺς πόδας νίπτειν τοῖς μαθηταῖς, (καὶ τοῦτο πολλάκις, μέχρι δηλονότι πάντας νιφθῶσι) νίπτει ὁ Βασιλεὺς τὸν δεξιὸν πόδα ἑκάστου, καὶ ἀποπογίσας ᾧ ἡ κρεμαμένης ἔμπροσθεν τοῦτου σινδόνος ἠνιφθέντα πόδα, ἀπαζεται τοῦτον. καὶ ὅπου γενομένου τελειοῦται ἡ τοῦ Νιπτῆρος ἀκολουθία.

* I. προεταμασθέντας

V. Dantur autem cuilibet pauperi tria aurea numismata: Postmodum inchoatur Liturgia, seu Missa.

5 Δίδονται δὲ καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ αὐτῶν ἀνάλουσα νομίσματα τρία· καὶ μετὰ τοῦτο ἄρχεται ἡ λειτουργία.

VI. Et quidem Imperator induit ex supradictis suis gestaminibus quodcumque velit. Proceres ferunt usitata sibi indumenta: post absolutam Liturgiam abit Imperator in conclave suum. Mensa nuspiam instruitur.

6 Ὁ μὲν οὖν Βασιλεὺς φορεῖ ἐκ τῶν προειρημένων φορεμάτων αὐτοῦ οἷον ἂν βούλοιτο· οἱ δὲ γε ἄρχοντες τὰ συνήθη αὐτῶν φορέματα ἕκαστος· μετὰ δὲ τὴν ἀπόλυσιν, ἀπέρχεται μὲν ὁ Βασιλεὺς εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ· τράπεζα δὲ οὐδαμοῦ.

pag. 103.

VII. Deinde præstituto tempore canitur officium Vigiliæ, in quo leguntur duodecim Evangelia; tunc Imperatori a Protopapa * lampas traditur, reliquis autem proceribus & intra & extra tricli-

* grandis cereus

7 Ἔπειτα ψάλλεται * ἡ τῆς ἀγρυπνίας ἀκολουθία κατὰ τὸν τεταγμένον καιρὸν, καθ' ὃν ἀναγινώσκονται τὰ δώδεκα εὐαγγέλια, * τότε τῷ μὲν Βασιλεῖ δίδοται λαμπὰς παρὰ τοῦ Πρωτοπαπᾶ, τοῖς δὲ λοιποῖς ἄρχουσι πᾶσι, τοῖς τε ἐντὸς καὶ ἐκτὸς τοῦ τρικλίνου, κηροὶ, ὡς καὶ τῷ

* I. ἡ ἀγρυπνία
* ὅτε τε τῷ

Digitized by Google

τῆς φώτων ἡμέρας· ἵνα τινὰ δὲ λαμπάδα φέρει ὁ Βασιλεὺς τὸ εὐαγγέλιον ἀναγινωσκομένου.

8 Καὶ μετὰ τοῦτο ἀπόλυσιν, ὁ ἐντιμότερος τῶν καθευρεθέντων * ἀπὸ τῶν Βασιλέως λαμβάνων, ἑνὶ τῶν παιδοπύλων δίδωσιν ἀσκεπεῖ, ὃς κατέχει ἔξω περὶ τὰ πρόθυρα τοῦ κελλίου τοῦ Βασιλέως.

* Addit ἐκ τῶν ἀρχόντων ἀπὸ τῆς τοῦ Βασιλέως λαμβάνων χειρῶν.

9 Καὶ ὅτε γε πάλιν μέλλει ἀναγνωσθῆναι ἕτερον εὐαγγέλιον, ὁ δηλωθεὶς ἄρχων τὴν λαμπάδα λαμβάνων δίδωσιν αὖθις τῷ Βασιλεῖ· καθεξῆς ὁμοίως μέχρι τῆς δωδεκα.

10 Δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι ἐν τῷ παλλατίῳ τέσσαρες ἀγρυπνίαι γίνονται κατ' ἐνιαυτόν· τοῦ μεγάλου κανόνος, τῆς ἁγιοθέσου, τοῦ εὐαγγελισμοῦ, καὶ κατὰ ταύτην τὴν μεγάλην * ἑορτήν· ὅτι ὁ μὲν Βασιλεὺς ἵσταται ἐν ᾧ ἂν τῶν κελλίων αὐτὸς βούλοιτο καὶ πάσας τὰς ἀγρυπνίας, τῆς ἀκολουθίας ἀκούων. οἱ δὲ ἄρχοντες ἐν τῷ τρικλίνῳ.

* πέμπτην

11 Ἀπὸ δὲ τῆς πρώτης αὐτῶν ἐπιδημοῦσα ἐν τῷ παλλατίῳ εἰκὼν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τῆς Ὁδηγητρίας, μένει μέχρι καὶ τῆς μεγάλης κυριακῆς τοῦ Πάσχα· ὧν τινα εἰκόνα ἐρχομένην μὲν ἀπαντᾷ ὁ Βασιλεὺς ἐν τῇ πύλῃ τῆς τοῦ παλλατίου αὐλῆς· τῇ δευτέρᾳ δὲ ἀπερχομένῃ προπέμπει μέχρι καὶ τῶν ὑψηλῶν ἐκτός, ἐν γενομένῃ ἐκεῖσε μνήμης τῶν Βασιλέων, ὁ Βασιλεὺς ὑποστρέφει.

A nium, dantur cerei, sicuti in festo Luminum. * Quam lampadem gestat Imperator, dum Evangelium legitur.

VIII. Lectione finita, procerum quispiam ex honoratioribus * acceptam ab Imperatore *lampadem tradit alicui puero Aulico ex illis, qui nullo capitis tegmine utuntur, tenetque * illam extra ad vestibulum conclavis Imperatorii.

* acceptum
* cereum majorem
* illum

IX. Quando vero alterius Evangelii legendi tempus appetit, recipit * lampadem supra dictus ille ex procerum numero, eamque Imperatori tradit: & sic deinceps usque ad duodecimum Evangelium.

* Cereum

X. Scire oportet, quatuor quotannis Vigilias in Palatio peragi: Magni Canonis, Virginis Acathistæ, Annunciationis, & * hujus magni festi. Et in hisce Vigiliis Imperator eligit sibi arbitratu suo conclave, ut divinum officium audiat; proceres Triclinium occupant.

* magnæ hujus feriæ quintæ in cœna Domini

B

XI. A prima Vigilia peregrinatur * quasi in Palatio sanctissimæ Deiparæ Hodegetriæ imago: & ibi manet usque ad magnam Dominicam Paschæ: cui imagini venienti occurrit Imperator ad ipsam portam Palatii Aulæ; secunda vero Paschatis abeuntem deducit usque ad * excelsos gradus; & facta ibi Imperatorum commemoratione, Imperator revertitur.

* redundat

* locum Blachernarum τὰ ὑψηλὰ dictum.

IN CAPUT XII.

1. Τῇ μεγάλῃ δευτέρᾳ.) Non his modo Dominicæ Passioni ~~memorandæ~~ sacratis feriis, prout erudite demonstrat Gretserus, sed & continuo totius anni spatio totus quatuor Evangelistarum textus, in Ecclesia palam legitur, quod diserte his verbis edisserit doctissimus Allatius. Exceptis magnis solemnitatibus, quæ peculiare sibi poscunt Evangelium, in reliquis anni diebus ita dispertiuntur Græci, ut unius prius Evangelistæ textum, in tmemata dividant, & diebus applicent, donec finiat; postmodum alterius continuent, donec omnia ad exitum perduxerint, & diebus Dominicis a scriptore Evangelii nomen imponant: dicunt enim, ἡ πρώτη Κυριακὴ τοῦ Ματθαίου, ἡ δευτέρα τοῦ Ματθαίου, *Prima Dominica Matthæi*, *secunda Matthæi*, & sic de aliis. Id ut melius comprehendas, velim animadvertas Joannis Evangelii textum universum septem integris hebdomadibus legi, quæ a magna Paschæ Dominica, tribus diebus exceptis numerantur. Matthæi feria secunda post Dominicam Pentecostes ad subsequentem Parasceven Exaltationis diem festum, absolviturque hebdomadibus septem & decem. Harum undecim singulis diebus Matthæi lectionem continuant, a duodecima quinque tantum diebus Marci lectio assumitur, Sabbatis, & Dominicis Matthæi lectio restituitur, usque ad hebdomadem decimam & septimam, dummodo hæc postrema inter tempus Paschale occurrat, sin minus, non legitur. Lucæ Evangelium a feria secunda, quæ Dominicam post Exaltationem excipit, & integris hebdomadibus duodecim continuatur, ab initio tertiæ decimæ Marci percurritur in reliquis diebus, sed Sabbatis & Dominicis Luæ assumitur: Marci tandem inter Matthæi & Lucæ absumitur; quod vero superierit, Sabbatis & Dominicis quadragesimæ absolvitur. Hæc ille.

2. Πρὸ τῆς λατουργίας.) Absoluta Missa Lavipedium fieri præcipit Euchologium, quod populi commoditati, quam mysterio, quod observat Imperator, stat satius.

3. Τσοκάμισα.) Auctor explicat χιτῶνας: Svidas ἐνδύτας, ἐσώτατα ἱμάτια, *tunicas*: Simon Portius cum vulgo, ὑποχιτῶνας, ἐχίσαρκα, ἐνδοτάτους χιτωνίσκους, uno verbo, *interulas*.

4. Ποιεῖ εὐλογητόν.) A benedictione auspicatur, dicens: Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν· πάντοτε, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. *Edit. Paris. pag. 104.*

5. Τὸ τρισάγιον.) A ter repetita voce Ἅγιος, ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς.

6. Τοῦ εὐαγγελίου.) Cujus ἀρχὴ καὶ τέλος principium & finis sunt. *Sciens Jesu quia omnia dedit ei Pater* &c. Et. *Non estis mundi omnes*.

7. Ἡ τοῦ νηπτῆρος ἀκολουθία.) Quam qui desiderabit integram, nostra Euchologica, si merentur, adibit.

8. Τράπεζα δὲ οὐδαμοῦ.) Ob religiosioris jejunii præceptum, quod tamen etiam Monachis hoc die vino non interdicit. Euchologium. Δίδοται τὸ κατακλασθὲν· καὶ μεταλαμβάνομεν οἴνου μόνου. *Panis dividitur: solumque vinum* (hodie) *delibamus*.

9. Τῆς ἀγρυπνίας ἀκολουθία.) Voluptas quietis quantumlibet studiosa, in vigiliis, quas παννυχίδας vocant luxum quærit, de quibus Simocatta lib. 1. cap. 13. συνήθες γοῦν τοῖς ἐγχωρίοις ἐπὶ τοῖς λοχευμένοις παιδίοις ἑβδομαίαν ἄγουσι ἢ ἡμέραν συμποσίων ἑορταῖς καταπαννυχίζεσθαι: *Alexandrinæ civitatis incolis diem septimum a filiorum natalitiis agentibus, in more positum est, ut in commessationum festis noctem integram peragant*: dilectionis pariter fervor asperitatis amans, in Christi morte protractis per diem jejuniis, noctis omne spatium insomne molitur etiam in Impp. Palatiis adjungere. Παννυχίδας sacras non Ascetici modo fratres, sed & communioris, devotæ tamen vitæ præceptores suis scriptis celebrant. commendant in præcipuis Christi Domini & Deiparæ festis Ecclesiastica officia, ubi frequentiorem plebem ad concinendas Dei laudes convocant: hæc vero ἀγρυπνία τῶν παίδων adeo culta, ut κατὰ τὸ τεταγμένον καιρὸν *debito tempore*, circa secundam nimirum vel tertiam a serotino crepusculo horam non possit ab Imperatore non celebrari. De his festis Vigilatis tractat Allatius de lib. Eccles. Græco. dissertatione 1.

Digitized by Google

10. Τὰ δώδεκα Εὐαγγέλια.) Exhibet illa Græcorum ἁρμονίαν omnemque ex quatuor Evangeliistarum passionis historiam ordine decerptam concorditerque connexam comprehendunt: unumquodque vero τμῆμα sectio est historiæ passionis Dominicæ.

11. Λαμπάς.) Nullum aliud inter λαμπάδα & κηρὸν discrimen, quam inter communem & majorem, arteque exquisitiore comptum cereum; hic Imperatori, alter Aulicorum turbæ distribuitur.

12. Τοῦ μεγάλου κανόνος.) Canonis hujus concinendi ritum & institutionem e Synaxario fuse descripsit Gretserus: Canonem ipsum, ut & Andreæ Cretensis opus omne, Latinam interpretationem, & in utrumque notas ante paucos annos publico dedit e Prædicatorum familia fodalis Franciscus Combefis.

13. Τῆς ἀκαθίστου.) Ἀκάθιστος εἴρηται διότι ὀρθοστάδην πᾶς ὁ λαὸς τὴν νύκτα ἐκείνην ὕμνους Θεομήτορας μέλπει ait Callixtus in ejus diei Synaxario. *Illud festum irrequietum est, & in ejus nocte tota populus omnis sacros Dei genitrici pangit hymnos.* Ipse hymnus est ἀκάθιστος, quod interstitium quietemque ad diluculum usque non repetiat, & semper cantandus perseveret. E Triodii Synaxario historiam deprompsit Gretserus, concinniorem aliam e Regia Bibliotheca nuperrime post historiam Monothelitarum laudatus Franciscus Combefis evulgabit, & notas adjecit.

14. Τῆς ἀκολουθίας.) *Officium divinum* cujus partes ad invicem connexæ ordine se consequuntur, ἀκολουθία est, quasi *sequentia*.

15. Προπέμπει μέχρι τῆς πύλης.) Magna contentione dimicant Junius & Gretserus περὶ τῶν πύλης, *de gradibus excelsis C P.* ubinam reponendi? Ille in Blachernio templo, hic in Palatio sitos contendit. Inter contendentes arbiter neutri litem integram adjudico: a vero siquidem τῶν Τζηλῶν sensu aberrat uterque. Ecquis enim in hac voce gradus intelligendos, ac non potius excelsum ac fastigio sublime ædificium? At ne velut cæcitans & ignarus judex litem dirimam, aut potius Andabatarum more cum utroque pugnem, dubio certus auctor lucem afferat Nicetas Isaacii Angeli lib. 2. δείκνυσι τὸ παράθυρον, aliud exemplar legit τὴν θυρίδα ἐν τοῖς βασιλείοις τῶν Βλαχερνῶν, εἰς τὰ λεγόμενα Τζηλά, δι' ἧς ὁρᾶται ἡ τὰ ἱππήλατα πεδία τὰ ἐξωθεν τῶν ἐπάλξεων ἐν τοῖς Φιλοπατίοις καθυπτιάζοντα: *commonstrat fenestram Blachernii Palatii, in eo loco qui dicitur τὰ Τζηλά, & ab altitudine locum habet, unde patentes campi extra propugnacula in Philopatiis cernuntur.* Observa τὰ Τζηλὰ altum Blachernii Palatii, ædificium, unde subjecta Philopatiensis planities detegatur, non gradus quantumvis excelsos indicare, nec in majori Palatio quo soleret Imperator morari alios excelsiores gradus comminiscendos: eam ob rem, cum in exhibendis reddendisque honoris officiis, longius semper in decessu deducatur vir honoratus, quam in accessu eidem occuratur, par est, ut si τῆς Ὁδηγητρίας imagini, ἐν τῇ πύλῃ τοῦ παλατίου αὐλῆς, ad ipsam portam Aulæ Palatii, primum occurrit Imperator, longius multo deducat abeuntem, non ad fictos usque gradus excelsos, sed εἰς τὰ λεγόμενα Τζηλὰ ἐν τοῖς βασιλείοις τῶν Βλαχερνῶν, & quod ait hic Auctor μέχρι τῆς Τζηλῶν, longo viæ tractu, cujus accessionem indicat particula, μέχρι, ad locum nempe Τζηλὰ vocatum, quem Auctor ipse in Blachernio Palatio, vel ad illud juxta reponit cap. 15. num. 8. ubi ait Imperatorem ad Blachernarum templum, cui vicinum erat ejusdem nominis Palatium, a Barangis deduci, μέχρι τῶν Τζηλῶν, certe non ad excelsos gradus ejus e quo fuerat egressus Palatii, sed ad destinatum alterius, ad quod tendebat, locum.

CAPUT XIII. ΚΕΦΑΛ. ιγ.

Horæ magnæ Parasceves, & officium magni Sabbati.

* Αἱ ὧραι τῆς μεγάλης παρασκευῆς. * Deest in I. Reg.

1. MAGNA Parasceve canuntur horæ cum Tropariis, eo modo, quo in solemnitate Nativitatis Christi.

11. Postridie sive ad Liturgiam magni Sabbati, Imperator iterum ex suis gestaminibus fert, quod placet. Proceres autem sua gerunt insignia, ut prius explicatum est.

Edit. Paris. pag. 105.

111. Post Apostoli lectionem, vel ad illud: *Exsurge Deus judicans terram*; tres ex Lectorum ordine efferunt ex Ecclesia lauros, easque ante Imperatorem spargunt. Pueri quoque honorarii ex composito lauros ab illis, qui extra sunt, adferunt & spargunt, illisque Triclinium replent. Absoluto divino officio mensa nulla sternitur.

Ι. Ἡ μεγάλη παρασκευὴ ψάλλονται αἱ ὧραι μετὰ τῶν τροπαρίων, καθ' ὃν εἴπομεν τύπον, ἐν τῇ τῆς Χριστουγέννων ἑορτῇ.

2. Καὶ τῇ ἐπαύριον, ἤτοι εἰς τὴν λειτουργίαν τοῦ μεγάλου σαββάτου, ὁ μὲν Βασιλεὺς φορεῖ πάλιν ἀπὸ τῶν αὐτῶν φορεμάτων, οἷον ἂν βούλοιτο. οἱ δὲ ἄρχοντες τὰ ἑαυτῶν παράσημα, ὡς δεδήλωται.

3. Καὶ μετὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου ἀνάγνωσιν, ἤτοι εἰς τὸ, ἀνάστα ὁ Θεὸς κρῖνον τὴν γῆν, ἐξάγουσι τρεῖς ἀπὸ τῆς ἀναγνωσῶν δάφνας ἐκ τῆς ἐκκλησίας, & * πάτταυσιν ἔμπροσθεν τοῦ Βασιλέως. εἶτα ἐξ ἑτοίμου παιδόπουλα ὀρτσε τατοῦσι, φέρουσιν ἀπὸ τῶν ἐκτὸς δάφνας καὶ ἔστι, καὶ * ἀποπάττουσι, πληρούντες τόπον τὸ τρίκλινον. τράπεζα δὲ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν * ὐδαμοῦ.

* 2. mendose πατοῦσι
* 1. πάττουσι
* οὐδαμοῦ

IN CAPUT XIII.

1. ΨΑΛΛΟΝΤΑΙ αἱ ὧραι.) De quibus consulendum Triodium.

2. Εἰς τὴν λειτουργίαν.) Hora prima noctis dicendam. Triodium: ὀφείλει δὲ ἔχειν ἐγερθῆναι ὁ Ἐκκλησιάρχης ἅμα ὅταν ποιῇ ἀπόλυσιν ἡ ἐκκλησία τῆς λειτουργίας, ὑπάρχῃ ὥρα δευτέρα τῆς νυκτὸς. *Assurgere vero debet Ecclesiarcha, ut cum Ecclesia missæ finem dederit, secunda noctis hora sit completa.* Vespertinæ vero laudes quibus ipsa conjungitur decima diei hora incipiunt.

3. Ἀνάστα ὁ Θεός.) Versiculus Apostoli lectioni subnectendus.

4. Δάφνας.) Arbitror in lætitiæ pro Dominica Resurrectione argumentum, vel ad victoriæ, si bella premerent, felix omen Imperatori promendum.

5. Τράπεζα δὲ ὐδαμοῦ.) Eo quod in ipsa Ecclesia sobria valde habeatur refectio. Triodium ubi de Monachis hodie loquitur. μετὰ δὲ τὴν ἀπόλυσιν οὐκ ἐξερχόμεθα τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ καθήμεθα ἐν τοῖς τόποις ἡμῶν. καὶ εἰσέρχεται ὁ Κελλαρίτης, καὶ ἐπιδίδωσι τοῖς ἀδελφοῖς ἀνάκλασμα τοῦ ἄρτου, καὶ ἀνὰ ἓξ ἐγκύπτομεν, ἵνα φαγόντων, καὶ ἀπὸ

Digitized by Google

ἀπὸ πρωτοβολίου εἶναι. Facta post officium dimissione ex Ecclesia nusquam discedimus, verum in locis nostris consistimus. Accedens vero Cellarius frustulum panis distribuit fratribus, hoc est, unicuique ficus vel dactylos sex vinumque modicum e vasa vinario propinat.

ΚΕΦΑΛ. ιδ'. CAPUT XIV.

Ὁ ὄρθρος τῆς μεγάλης κυριακῆς τοῦ πάσχα. *Horæ Magnæ Dominicæ Paschalis.*

* Deest in f. Regio.

1 Ὁ ΔΕ τῆ μεγάλης κυριακῆς τοῦ πάσχα ὄρθρος ψάλλεται ἐν τῇ τρίτῃ, ἢ τετάρτῃ τῆς ἡμέρας ὥρᾳ γίνεται δὲ οὕτω. τοῦ Βασιλέως δόντος τῷ αὐτοῦ φορεμάτων φοροῦντες ἅττινα βούλεται, καὶ τῷ ἀρχόντων τὰ οἰκεῖα παράσημα, ἐξέρχεται ὁ Πρωτοπαπᾶς τῆς ἐκκλησίας μετὰ τοῦ Ἀρχιδιακόνου καὶ τινῶν τῶν Ἀναγνωστῶν, καὶ δίδωσι λαμπάδα τῷ Βασιλεῖ. καὶ οἱ ὑπηρέται ἄρχοντες, ὧν πολλάκις ἐμνήσθημεν, διδόασι πᾶσι τοῖς ἄρχουσιν, ὡς καὶ ἐν ταῖς προρρηθείσαις ἑορταῖς, κηρούς.

I. MATUTINUM magnæ Dominicæ Paschatis decantatur hora diei tertia, vel quarta, hunc in modum. Imperatore suis ex gestaminibus ferente, quæ magis arriserint; & proceribus itidem propria insignia gestantibus, egreditur Protopapa ex Ecclesia cum Archidiacono, & nonnullis Lectoribus, traditque Imperatori lampadem. Et administri proceres, quorum sæpe meminimus, porrigunt proceribus cereos, ut & in supra dictis festis.

2 Τῶν οὖν τῆς ἐκκλησίας θυρῶν κεκλεισμένων ὑσῶν, θυμιᾷ ὁ Πρωτοπαπᾶς· εἶτα ἐκφωνεῖ πρῶτον, δόξα τῇ ἁγίᾳ καὶ ὁμοουσίῳ, καὶ ζωοποιῷ καὶ ἀδιαιρέτῳ Τριάδι, πάντοτε, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. * καὶ τῷ ψαλτῶν τὸ, Ἀμήν, ἐπεισπόντων, ἐκφωνεῖ ἕτερος τὸ ἀναστάσιμον τροπάριον, τὸ Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, ἐκ τρίτου. ἔπειτα καὶ δεξάμενοι τοῦτο οἱ ψάλται ψάλλουσι, μέχρις ἂν ὁ Πρωτοπαπᾶς τὰς ταγμένας στίχους τελέσῃ, ἤτοι τὸ, ἀνασταίη ὁ Θεὸς, καὶ τὰς λοιπάς.

II. Ecclesiæ igitur foribus clausis, thus adolet Protopapa: Deinde elata voce canit illud: *Gloria sanctæ & consubstantiali, & vivificæ & individuæ Trinitati, omni tempore, nunc & semper, & in sæcula sæculorum*: Et Cantoribus subjicientibus, *Amen*, concinit iste Resurrectionis Troparium; *Christus surrexit a mortuis*, idque tertium. Postea excipientes Cantores decantant illud, donec Protopapa præscriptos * stichos percurrerit; illum scilicet; *Exsurgat Deus*, & reliquos.

* Desunt hæc tria verba in 2.

* versus

3 * Καὶ μετὰ ταῦτα, τοῦ Ἀρχιδιακόνου τὰ εἰρηνικὰ, ὡς ἔθος, εἰπόντος, ὁ Πρωτοπαπᾶς ἀνοίξας τὰς θύρας μετὰ χεῖρος εἰσέρχεται. ὕστερον δὲ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τὸ, Ἀναστάσεως ἡμέρα, λαμπρυνθῶμεν λαοί, γεγωνοτέρᾳ τῇ φωνῇ ψάλλοντες.

* καὶ μετὰ ταῦτα λέγει ὁ Ἀρχιδιάκονος τὰ εἰρηνικὰ, ὡς ἔθος, ὅλως τῷ ἐκτενῆ

III. * Post hæc Archidiacono preces pro pace, ut moris est, recitante; Protopapa aperiens manu sua fores, ingreditur. Qui cum comitatu suo in Ecclesia, illud: *Resurrectionis dies; exultemus populi*; sonantiore & sublimiore voce decantat.

Edit. Paris. pag. 106.
* Post hæc Archidiaconus recitat Pacifica & totam protensam orationem

4 Οὐ μὴν τῶν θυρῶν ἔτι κεκλεισμένων ὑσῶν λέγει, ὡς ἐν πολλαῖς τῶν ἐκκλησιῶν λέγεται, τὸ, Ἄραται πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ τὰ ἑξῆς.

IV. Cæterum januis adhuc clausis, non usurpat illud; prout in multis Ecclesiis usitatum est: *Attollite portas, Principes vestras*, & cætera.

5 Μετὰ δὲ τὴν ἀπόλυσιν τοῦ ὄρθρου, τοῦ Πρωτοπαπᾶ, καὶ τοῦ Ἀρχιδιάκονου ἑστώτων ἐν τοῖς προθύροις τοῦ βήματος· τοῦ μὲν τὸ εὐαγγέλιον, τοῦ δὲ τὸν σταυρὸν φέροντος, εἰσέρχεται ὁ Βασιλεὺς, * καὶ τὸ πρῶτον ἀσπάζεται τὸ εὐαγγέλιον, εἶτα τὸν Πρωτοπαπᾶν, ἔπειτα τὸν σταυρὸν, καὶ τὸν Ἀρχιδιάκονον.

* καὶ κατὰ πρῶτα

V. Absolutis matutinis laudibus, Protopapa & Archidiacono in vestibulo * tabernaculi stantibus, altero Evangelium, altero Crucem portante, ingreditur Imperator: & primo quidem osculatur Evangelium; deinde Protopapam; postea Crucem & Archidiaconum.

* sacri Tribunalis

6 * Ἐν ὅσῳ δὲ γίνεται ἕτοιμα θέντος ἐν τῷ τρικλίνῳ, ἅμα τῷ ἐξελθεῖν τῆς ἐκκλησίας τὸν Βασιλέα, * καὶ θυρῶν κλεισθεισῶν, καθίζει ἐπὶ τοῦ θρόνου, τοῦ μεγάλου Δομεστίκου τὸν σπάθιον φέροντος. καὶ ἡ μὲν λειτουργία ψάλλεται ἡσύχως μέχρι καὶ τῆς ἀναγνώσεως τοῦ Ἀποστόλου.

* Ἐν ὅσῳ δὲ γίνεται τοῦτο βασιλικοῦ θρόνου ἐστ. * καὶ τῷ

VI. Dum hæc fiunt, Imperatorio throno jam instructo, simul ac Imperator ex Ecclesia exit, foresque clauduntur; ille in solio residet, magno Domestico ensem præportante. Liturgia tacite psallitur usque ad Apostoli lectionem.

7 Οἱ δ' ἄρχοντες πάντες εἰσερχόμενοι ἕκαστος μέχρι καὶ τοῦ ἑκάστου ἀσπάζονται πρῶτον μὲν τὸν δεξιὸν πόδα τοῦ Βασιλέως, εἶτα τὴν δεξιὰν χεῖρα, καὶ μετ' αὐτὴν τὴν δεξιὰν αὐτοῦ παρειάν.

VII. Proceres vero omnes etiam usque ad novissimum, ingressi osculantur: primo quidem dextram pedem Imperatoris; deinde dextram manum; postea dextram genam.

8 Εἰ δὲ ἐν ᾧ τόπῳ διέλκεται τότε ὁ Βασιλεὺς, ἔνι καὶ Ποτεστάτος τῆς ἐν τῇ Γαλατᾷ Γενουϊτῶν, εἰσέρχεται καὶ ἀσπάζεται καὶ ἕτος μετὰ τοῦ αὐτὸν τὸν Βασιλέα, καθὰ καὶ οἱ ἄρχοντες, * ὡς δεδήλωται, ἤτοι τὸν πόδα, καὶ χεῖρα, καὶ τὴν παρειὰν αὐτοῦ. ψαλλομένου δὲ ἔτι τοῦ ὄρθρου, δίδονται καὶ πρὸς αὐτὸς κηροὶ, ὡς καὶ τοῖς ἄρχουσι. μετὰ δὲ τὸν ἀσπασμὸν ἀπέρχονται.

* Desunt hæc in 1. in 2. ἤτοι τοῦτον τὸν πόδα

VIII. Si vero, eo loco, in quo versatur Imperator, sit quoque Genuensium in Galata Potestatus seu Præfectus, ingreditur, osculaturque & ipse cum comitatu suo Imperatorem, quemadmodum & proceres, ut expositum est, nempe pedem, manum, & genam ejus: cumque adhuc matutinum decantatur, traduntur illis, sicuti & cæteris primoribus, cerei. Post osculum discedunt.

9 Βενετικοὶ δὲ ὅτε εἰς τὸ πολυχρόνισμα ἔρχονται, ὅτε μέλλει εἰς τὸν ἀσπασμόν· οὐδὲ αἰτία ἐστὶν αὕτη.

IX. Veneti vero neque ad multorum annorum comprecationem, neque ad osculum veniunt. Causa est ista.

Digitized by Google

x. Imperator Michael primus Palæologorum, perpetuum cum Genuensibus fœdus pepigit: in quo etiam de honore Imperatori habendo constitutum est; quando nimirum Potestatus ex Genua appellit, initio & tunc solum, ingressus ad venerationem Imperatoris, genua bis flectit; semel, simul ac Triclinii januam intret, & rursus in medio ejus; quo facto accedit & osculatur Imperatoris in throno sedentis pedem & manum.

xi. Similiter & alii Gennensium Primores peregre reversi, cum veneratione osculantur Imperatoris pedem & manum. In quotidiano autem cultu deferendo, ablatis cappuciis, secundo genua flectunt, & quando triremes eorum veniunt, sive multæ, sive paucæ, sive etiam una, Imperatorem faustis acclamationibus prosequuntur. Et hæc de Genuensibus dicta sunto.

Edit. Paris. pag. 107.

xii. Ad Venetos quod attinet, cum prædictus Imperator statuisset, paulo post arma contra illos sumere, non fecit cum illis perfectam pacem, sed modici temporis inducias. Quapropter accurate non sunt eorum consuetudines annotatæ, sicuti Genuensium.

xiii. Quando igitur venit Bajulus, quo primum die Imperatorem salutaturus & veneraturus est, genua ipse & socii solummodo flectunt; pedem vero nequaquam osculantur, Cæteris diebus, quando ad Palatium veniunt, cappucia sua tantum deponunt, non flectunt vero genua.

xiv. Eodem modo neque ad faustam multorum annorum apprecationem permanent, neque ad osculum veniunt, ut antea dictum. Neque istorum triremes, quando recenter appellunt, Imperatorem bene nominatis verbis prosequuntur. Et quidem quæ ad Francos spectant, ita se habent.

xv. Liturgia vero submisse, ut dictum est, psallitur, ita ut non audiatur, ubi Imperator sedet. Qui finito osculo surgit, statimque aperiunt Ecclesiæ januas: tum hymno trisagio dicto legitur Apostolus, atque ita perficitur Liturgia.

xvi. Post cujus finem abit Imperator ad mensam, cui ministrant magnus Domesticus, Domesticus, & Præfectus mensæ, prout in festo Nativitatis Christi, & Luminum, demonstratum est.

xvii. Circa vesperam abit Imperator ad sanctam Sophiam, audiensque vespertinos hymnos incensatur, seu thuris suffitu honoratur a Patriarcha, omnesque simul Aulici proceres, etiam ad ultimum usque. Et fit hoc tunc solum, non alia vice.

xviii. Erat olim moris, ut in his vesperis Imperator ingrederetur in Sanctum tabernaculum, Sanctæque mensæ thus adoleret, & clericis ex vestiario seu ærario suo centum libras auri liberaliter dono daret. Nunc mos iste desiit esse in more.

xix. Feria quinta hebdomadis, quam renovatione ἀνακαινήσιμον vocitant, recipit se Patriarcha cum Episcopis & reliquis Ecclesiæ primoribus, insuper & cum Archimandritis & monasteriorum Præfectis ad Palatium.

*Sacra igitur assumit

xx. * Mutat igitur Patriarcha vestes, & ad Imperatorem venit, stantem in throno suo. Proceres Aulici tunc non ad-

A 10 * Ὁ Βασιλεὺς Μιχαὴλ τῷ Παλαιολόγων ὁ πρῶτος ἐποίησε μὲν τὴν Γενουϊτῶν ἀγάπην διαιωνίζουσαν, ἐν ᾗ καὶ ἐτάχθη ἡ ὀφειλομένη ἀποδίδοσθαι τῷ Βασιλεῖ παρ' αὐτῶν τιμή· ἵνα, ὅταν δηλονότι * ὁ Ποτεστὰτος ἐλθῃ ἐκ Γενούας, ἀρχὴν μὲν μόνον, εἰσερχόμενος εἰς τὴν Βασιλέως προσκύνησιν, γονατίζει δεύτερον, ἅμα τῷ εἰσελθεῖν δηλονότι * τὴν τοῦ τρικλίνου θύραν, καὶ κατὰ τὸ * μέσον * αὐτῆς. καὶ μετὰ τοῦτο προσέρχεται καὶ ἁπτάζεται * τὴν τοῦ Βασιλέως πόδα καθημένου ἐπὶ θρόνου, καὶ * τὴν χεῖρα. * τούτου

11 Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ ἄλλοι τῶν Γενουϊτῶν ἄρχοντες ἐρχόμενοι ἐξ ἀποδημίας, προσκυνοῦντες ἁπτάζονται * τὴν τοῦ Βασιλέως πόδα καὶ τὴν χεῖρα. ἐρχόμενοι δὲ καθ' ἡμέραν εἰς προσκύνησιν αὐτῆς, ἀφαιροῦντες τὰ ἑαυτῶν B καπούτζια, γονατίζουσι δεύτερον. καὶ ὅταν δὲ ἔλθωσι * τέσσαρες τοῦτων· εἴτε πολλαὶ, εἴτε ὀλίγαι εἶεν, εἴτε καὶ μία, δοξολογοῦσι * τὴν Βασιλέα. * καὶ ἕπονται μετὰ τῶν Γενουϊτῶν.

* κάτεργα * καὶ οὕτω μὲν περὶ

12 * Περὶ δὲ τῶν Βενετίκων, ἐπειδὴ ὁ ῥηθεὶς Βασιλεὺς ἐβάλετο μετ' ὀλίγον μάχλιν ποιῆσαι μετ' αὐτῶν, οὐκ ἐποίησε δι' αὐτὸ τοῦτο αἰωνίαν τελείαν, ἀλλὰ * τριβάν, μέχρι τινὸς ὀλίγου καιροῦ. ὅθεν καὶ οὐκ ἠκρίβωσε τὰ τούτων ἔθιμα, καθὰ C τῶν Γενουϊτῶν.

* Περὶ δὲ τὰ * τρίβαν

29 Ὅταν δὲ ἔλθῃ * Παῦλος, καθ' ἣν μὲν πρώτην ἡμέραν προσκυνῆσαι μέλλει, γονατίζει μόνον ἐπάνω καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ· ἁπτάζεται δὲ τὸν τοῦ Βασιλέως πόδα ἀδιαλείπτως. εἰς τὸ ἔξης δὲ ὅταν ἔρχωνται, τὰ μὲν καπούτζια μόνον * αὐτῶν ἐκβάλλουσιν, οὐ γονατίζουσι δέ.

* Μπάυλος

* αὐτῶν

14 Καὶ τὴν τῶν τριῶν, ἤτοι εἰς τὸ πολυχρόνισμα προσκαρτερῆσαι ὅποι, ἤτοι εἰς τὸ ἀπαξιοῦν ἔρχονται, * ὡς δεδήλωται. ἀλλὰ καὶ τὰ τούτων κάτεργα, * ἕως τέσσερις δοξολογοῦσι. καὶ τὰ μὲν περὶ τῶν Φραγγῶν οὕτω.

* Deest in 1.

* Hæc duo verba desunt in utroque

15 Τῆς λειτουργίας δὲ ἡρέμα, ὡς εἴρηται, ψαλλομένης, ὥστε μὴ ἀκούεσθαι παντελῶς, ἔνθα ὁ Βασιλεὺς κάθηται, μετὰ τὸ τελεσθῆναι τὸν ἀπασμὸν ἀνίσταται. καὶ αὐτίκα ἀνοίγουσι τὰς τῆς ἐκκλησίας θύρας. καὶ μετὰ τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναγινώσκεται ὁ Ἀπόστολος, καὶ καθ' ἑξῆς ἐκτελεῖται ἡ θεία λειτουργία.

Deest in 1. articulus in 1.

Deest articulus fr. mei in 1.

16 Ἧς μετὰ τὴν ἀπόλυσιν ὁ Βασιλεὺς ἀπέρχεται εἰς D τὸν τράπεζαν, ἐν ᾗ ὑπηρετεῖ * ὅ, τε μέγας Δομέστικος, * καὶ ὁ Δομέστικος, καὶ ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, καθὰ προεδηλώθη ἐν τῇ τοῦ Χριστουγέννων ἑορτῇ, καὶ τῇ τῶν Φώτων.

* τὸ τε Δομέστικος ὁ μέγας * Tria verba desunt in 2.

17 Κατὰ δὲ τὸν ἑσπερινὸν ὥραν ἀπέρχεται εἰς τὸν ἁγίαν Σοφίαν ὁ Βασιλεύς· καὶ τῶν ἑσπερινῶν ὕμνων ἀκόων θυμιᾶται παρὰ τοῦ Πατριάρχου, ὅπως τε καὶ πάντες οἱ ἄρχοντες· καὶ γίνεται τοῦτο ὅπως μέχρι καὶ τῶν ἑκάτων, τότε δὲ μόνον.

18 Ἦν μὲν οὖν πάλαι συνήθεια, κατὰ τὸν τοιοῦτον ἑσπερινὸν εἰσέρχεσθαι τὸν Βασιλέα εἰς τὸ ἅγιον βῆμα, καὶ θυμιᾶν τὸν ἁγίαν τράπεζαν, δίδοσθαι τε κλῆρικοῖς ἀπὸ τοῦ βεστιαρίου κατὰ δωρεὰν χρυσίου λίτρας ἑκατόν· νυνὶ δὲ οὐ γίνεται τοῦτο. E

19 Κατὰ τὸν πέμπτον ἡμέραν * τῆς ἑβδομάδος, ἣν καλοῦσι Διακαινήσιμον, ἀπέρχεται ὁ Πατριάρχης εἰς τὸ παλλάτιον μετὰ τῶν Ἀρχιερέων, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀρχόντων, ἔτι τε καὶ τῶν Ἀρχιμανδριτῶν καὶ Ἡγουμένων.

* τῆς, ὃν καλοῦσι διακαινήσιμον ἑβδομάδος.

20 Ἀλλάσσει χιτῶνα καὶ ἔρχεται * πρὸς τὸν Βασιλέα, ἱστάμενον ὀρθὸν εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ. ἄρχοντες δὲ

* εἰς

πλὴν ἐκεῖνα παρέσεσιν, ἵνα εἶναι παρὰ σεσιν. ἵστανται ἀπ' αὐτῶν οἱ τῶ Ἀρχιερεῖς, ὡς εἴρηται, καὶ οἱ τῆς ἐκκλησίας ἄρχοντες * μετ' ἄλλων, ἂν εἴπομεν.

*μεθ' ὧν ἄλλων εἴπομεν

21 Θυμιᾷ τοίνυν ὁ Πατριάρχης τὸν Βασιλέα· εἶτα τὸν μὲν θυμιατὸν δίδωσι τῷ Ἀρχιδιακόνῳ· αὐτὸς δὲ προσερχόμενος εὐλογεῖ, καὶ ἀσπάζεται τὸν Βασιλέα ἐν τῷ στόματι, ἀνταπασπαζόμενος ὕπω καὶ αὐτὸς παρὰ τοῦ Βασιλέως.

22 Μετὰ δὲ τοῦτο, ὁ μὲν Πατριάρχης ἵσταται πλησίον αὐτοῦ· οἱ δὲ Ἀρχιερεῖς ἐρχόμενοι καὶ δύο ἀσπάζονται καὶ ὕπω τὸν Βασιλέα, * πρῶτον μὲν τὴν χεῖρα, εἶτα τὴν παρειάν. ἐφεξῆς δὲ πάντες οἱ ῥηθέντες ἄρχοντες τῆς ἐκκλησίας, Ἀρχιμανδρῖταί τε, καὶ Ἡγούμενοι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι. πληρωθέντες δὲ τούτου, ὁ μὲν Πατριάρχης δι' ἑαυτοῦ ἐπεισπέμπει αὖθις ἀπέρχεται· ὁ δὲ Βασιλεὺς εἰσέρχεται εἰς τὸ κοιτῶνα αὐτοῦ.

* 1. πρῶτον μὲν εἰς τὴν χεῖρα. 2. ἔπειτα τὴν χεῖρα. Utr. ἔπειτα πρὸς τὴν παρειάν.

23 Ἐν τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἑορτῇ, φορεῖ πάλιν ὁ Βασιλεὺς καταγῆ ἐσπερινὸν καὶ τὴν λειτουργίαν ἀπὸ τῶν φορεμάτων αὐτοῦ τὰ * πρὸς βύλησιν· ὡσαύτως καὶ οἱ ἄρχοντες τὰ ἑαυτῶν· καὶ γίνεται μὲν τράπεζα, καὶ τῷ κυριακῷ, τῷ μεγάλῳ Δομεστίκῳ ὑπηρετοῦντος, καὶ ὧν εἴπομεν.

* πρὸς βούλησιν

24 Ἐν δὲ τῇ τοῦ ἐσπερινοῦ ὥρᾳ, εἰ μὲν δείσκεται Πατριάρχης, ἀπέρχεται εἰς τὸν ἁγίαν Σοφίαν ὁ Βασιλεύς, καὶ ἀκούει παρ' αὐτοῦ τὰς τοῦ μεγάλου Βασιλείου εὐχὰς πλησίον τοῦ Διακονικοῦ. * εἰ δ' οὔ, ἐν τῷ παλλατίῳ παρὰ τοῦ Πρωτοπαπᾶ.

* εἰ δ' οὔ

25 Ἐν τῇ ὑψώσεως τοῦ σταυροῦ ἑορτῇ, γίνεται ἐκ ξύλων ἀναβάθρα ἐν τῷ * τειχλίνῳ, ἐν ᾧ * ἐνδύουσι βλατίῳ κοκκίνῳ. ὁ Πατριάρχης οὖν * ἐλθὼν ἐπ' αὐτῆς, εἰ ἄρα δείσκεται, * ἤ τις τῶν Πατριαρχῶν, ἐὰν ἐκδημῶν ἤ, τὸν τοῦ σταυροῦ ποιεῖ ὕψωσιν. ἐὰν δὲ τούτων μηδεὶς παρῇ, ὁ Πρωτοπαπᾶς ποιεῖ τοῦτο.

*2. τειχλίνιῳ * ἐνδύουσι * 1. ἀπελθὼν * εἴ τις ἕτερος ἢ ἑτέρων Πατριαρχῶν 2 ἤ τις τῶν ἑτέρων Πατριαρχῶν.

26 Δεῖ δὲ γινώσκειν, ὅτι κατὰ τὰς τῶν μηνῶν ἑκάστων ἀρχὰς γίνεται ἁγιασμὸς ἐν τῷ παλλατίῳ, ἀνὰ μόνην τὴν Σεπτεμβρίου, καὶ τὴν Ἰανουαρίου· καὶ ὁ μὲν πάπας, τὴν μὲν ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, τὴν δὲ ἐν τῇ ἕκτῃ γίνεται. γίνεται δὲ ὁ ἁγιασμὸς οὕτως.

27 Τοῦ Βασιλέως εἰς τὸν παράσασιν ἑσαμένου ψάλλεται ἔξω πρὸ τοῦ πρόθυρα τοῦ τειχλίνου τὸ ἐπίλοιπον. Κύριε ὅρθρου, εἶτα συμμαμένως ἡ ἀκολουθία τοῦ ἁγιασμοῦ. καὶ μετὰ τὴν ἀπόλυσιν ἔρχεται ὁ Πρωτοπαπᾶς. καὶ ἐκ πλαγίων αὐτοῦ ὅ, τε Ἀρχιδιάκονος, καὶ ὁ Πρωτοψάλτης, εἰ πάρεσιν, ἢ ἕτερός τις τῶν ἐχόντων ὀφφίκιον.

28 Φέρων ὁ μὲν Ἀρχιδιάκονος τὸν σταυρὸν· ὁ δὲ σκεῦος, τὸ κοινῶς ὕπω * καλούμενον οἰνοχόον, κωδωνίσκον ἔχον ἐντὸς μετὰ ἁγιάσματος, καὶ ὁ Βασιλεὺς προϋπαντᾷ τούτοις μίχρι καὶ ὀργυιῶν δύο, ἢ καὶ πλέον.

* 1. λεγόμενον

29 Καὶ λαβὼν ὁ Πρωτοπαπᾶς τὸν σταυρὸν * ἀπὸ τοῦ Ἀρχιδιακόνου, τίθησιν ἐπὶ μετώπου τοῦ Βασιλέως, καὶ λέγει ψιχίῳ· εἶτα ὁ μὲν Βασιλεὺς ἀπάζεται τὸν σταυρόν· οἱ δὲ τῇ παρασάσει δὲ πάντες βοῶσι τό, πολυχρόνιον.

* , vulgi dialecto. ἀπὸ τὸν Ἀρχιδιάκονον

30 Εἶτα ὁ Πρωτοπαπᾶς τὸν μὲν σταυρὸν δίδωσι τῷ Ἀρχιδιακόνῳ· τὸ κωδωνίσκον δὲ ἀπὸ τοῦ Πρωτοψάλτου λαβὼν, καὶ τοῦ ἁγιάσματος ἅπτει τῷ δακτύλῳ, ὡς ἔθος, ἀμφοτέρους τοὺς ὀφθαλμούς. μεταλαμβάνοντος δὲ εἶτα ἁγιάσματος ἀπὸ τοῦ κωδωνίσκου, πάντες αὖθις βοῶσι τό, πολυχρόνιον. καὶ τούτου γενομένου ἐξέρχονται μὲν ἔσω τοῦ τειχλίνου.

31 Τῆς δὲ παρασάσεως ἑσαμένης ἔτι, προσάγ-

A sunt, neque circumstant; sed eorum locum supplent Episcopi, ut diximus, & Ecclesiæ Primores cum aliis, de quibus jam dictum. *Edit. Paris. pag. 108.*

xxi. Incensat, seu thuris suffitu honorat Patriarcha Imperatorem: deinde tradit thuribulum Archidiacono. Ipse vero accedens benedicit & osculatur Imperatorem in ore; eodemque modo fert ipse osculum ab Imperatore.

xxii. Postea Patriarcha stat vicinus Imperatori. Episcopi porro duo simul accedentes osculantur & ipsi Imperatorem: primum quidem manum, deinde genam. Postea idem faciunt omnes Ecclesiæ proceres, Archimandritæ etiam & Monasteriorum Præfecti. Quibus peractis, Patriarcha precationem sacram superaddens, discedit. Imperator suum in conclave se confert.

xxiii. In festo sancti Spiritus induit iterum Imperator in Vesperis & Liturgia ex suis gestaminibus, ea quæ volet. Similiter proceres quoque gestant sua; & mensa apparatur, utpote Dominico die, magno Domestico, & aliis, de quibus diximus, Imperatori ad mensam ministrantibus.

xxiv. Circa vespertinum tempus confert se Imperator ad sanctam Sophiam, si Patriarcha præsens sit: auditque ab illo magni Basilii precationes prope Diaconicum; sin minus, a Protopapa in Palatio.

xxv. In festo Exaltationis sanctæ Crucis erigitur in Triclinio ligneum tabulatum, quod etiam ornant panno * coccineo; in quo Patriarcha ascendens, si præsens sit; vel alius ex Patriarchis, si tunc Constantinopoli versetur, Crucis exaltationem peragit. Si nullus horum adsit, tunc facit hoc Protopapa.

* sericeo coccineo

xxvi. Nosse oportet, principio cujusvis mensis * institui benedictionem in Palatio, excepto Septembri, & Januario: nam in priore fit hæc benedictio die decimoquarto; in posteriore, die sexto. Peragitur autem benedictio hunc in modum,

* aquæ sanctæ benedictionem fieri

xxvii. Imperatore suo in comitatu stante, canitur extra, circa vestibulum Triclinii, id, quod de Matutino restat. Deinde absque ulla interruptione officium * benedictionis; quo absoluto, venit Protopapa, & a latere ejus Archidiaconus, & Protopsaltes, si adsit; vel alius quispiam ex iis, qui officio aliquo funguntur.

* aquæ benedicendæ

xxviii. Archidiaconus fert Crucem, iste vero vasculum, vulgo Oenocheum nominatum, quod intus continet * urceolum cum benedictione: quibus Imperator obviam it ad duas usque orgyas, vel etiam amplius.

* craterculum aqua benedicta plenum

xxix. Protopapa acceptam ab Archidiacono Crucem imponit fronti Imperatoris cum precibus. Deinde Imperator osculatur Crucem; at vero omnes, qui circumstant, acclamant illud: *Ad multos annos.* *pag. 109.*

xxx. Postmodum Protopapa Crucem Archidiacono tradit; accepto que a Protopsalta urceolo, & * apprehensa digitis, ut moris est, * sanctificationis materia, ungit frontem & oculos Imperatori. Dum autem Imperator ex * urceolo inungitur, omnes iterum intonant: *Ad multos annos.* Quo peracto, exeunt isti ex triclinio.

* accepta * aqua benedicta * craterculo

xxxi. Manente adhuc circumstante

Digitized by Google

comitatu, si quod Imperatorium beneficii in alium conferendi mandatum in promptu sit; subsignat illud Imperator, omnibus iterum illud, *Ad multos annos*, accinentibus. Habet porro hujusmodi mandatum ferme eamdem vim, quam aurea bulla. Sic enim initio scribit: *Donat Majestas mea huic vel illi, hoc vel illud*, Et hæc sunt festa in Palatio peragi consueta.

Α μανος δ' εργασίας ὄντος ἑτοίμου, ὑπογράφει τοῦτο ὁ Βασιλεύς, πάντως αὖθις βοώντων τὸ, πολυχρόνιον. ἔχει δὲ δυνάμιν τὸ τοιοῦτον πρόσταγμα ἐγγὺς χρυσοβούλου. οὕτω γὰρ ἀπ' ἀρχῆς γράφει· δωρεῖται ἡ Βασιλεία τῇ δεῖνι τὸ δεῖνα τι. καὶ αὗται εἰσιν αἱ ἐν τῷ παλατίῳ πανήγυρεις ἑορταί.

IN CAPUT XIV.

1. ΑΛΛΕΤΑΙ ἐν τῇ τρίτῃ.) Vulgo tamen & ubique circa matutinum crepusculum incipit hoc officium. Pentecostarium. περὶ ὥραν ὄρθρου σημαίνει: *circa laudum horam, sub auroram, sit signum.*

2. Δίδωσι λαμπάδα.) Ut Archipresbyter in Palatio, ita ubique Superior hoc munere fungitur. Typus Pentecostarii. ὁ δὲ ἡγούμενος διανέμει τὰ κηρία τοῖς ἀδελφοῖς. *Fratribus distribuit cereos Superior.*

3. Τυπάρται ἄρχοντες.) Lectores & Canonarchas intellige, de quibus c. 6. n. 2. & 3. & c. 8. n. 2. ὑπάρται, quia Protopapæ subditi, ἄρχοντες, quia Palatini.

4. Τῶν τῆς ἐκκλησίας θυρῶν κεκλεισμένων.) Consentit Pentecostarii typus: Sacerdotem enim candidis vestibus ornatum cum fratribus cereos ardentes gestantibus sinistro latere egressum in Narthece jubet consistere, ac Ceroferariis accensa lumina deferentibus, viamque sternentibus, celebrem ingressum peragere, ἐνεπομένους δὲ, inquit, ἐντὸς τοῦ ναοῦ μόνος ὁ κανδηλάπτης, ἅπτει τὰ κηρία πάντα, καὶ τὰς κανδήλας· εἶτα ποιήσας πυρεῖον ἓν, τίθησι τοῦτο μέσον τοῦ ναοῦ, καὶ ἕτερον ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν. καὶ βαλὼν θυμίαμα εἰς αὐτὰ· βαλὼν δὲ καὶ εἰς τὸ θυμιατὸν θυμίαμα πολὺ, ἀπαωρεῖ τοῦτον ἐντὸς τοῦ βήματος. *Intus vero manet luminibus accendendis Præfectus, qui cereos & lampades addito lumine accendit. Rogum vero in templi medio componit, aliumque e sacrarum foribus regione, & in utrumque thus immittit: in thuribulum autem alia thuris copia posita sublime intra sacrum Tribunal suspendit.*

5. Εἶτα ἐκφωνεῖ.) Ibidem. ὁ δὲ ἱερεὺς μετὰ τὸ θυμιάσαι ἐξελθὼν τοῦ νάρθηκος τὰς ἁγίας εἰκόνας, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς πάντας, ἑστῶτας ἔμπροσθεν τῶν βασιλικῶν πυλῶν κεκλεισμένων ἔσωθεν, ποιεῖ σφραγῖδα μετὰ τοῦ θυμιατοῦ, λέγων. Ἐ Δόξα τῇ ἁγίᾳ, &c. *Postquam sacras imagines cunctosque Fratres accenso thure Sacerdos in Narthece suffumigaverit, coram regiis foribus clausis adhuc perseverantibus stat rectus: & cruce thuribulo facta, dicit.* Gloria sanctæ, &c.

6. Χριστὸς ἀνέστη.) Adeo frequens personat in Ecclesiis hic Modulus, ut germane Paschalis, omnemque Paschali spatio laudem Deo reddendam, ut Latinis Alleluja, includere videatur. Gretserus integrum profert.

7. Καὶ τοὺς λοιποὺς.) Sunt hi duo alii. ὡς ἐκλείτει κανὼν, καὶ τὰ ἑξῆς· οὕτως ἀπολαμβάνει καὶ τὰ ἑξῆς.

8. Τὰ εἰρηνικά.) Conglobatæ pro variis rebus preces a Diacono pronunciandæ, quarum primæ pacem exorantes, εἰρηνικῶν reliquis nomen imponunt. Ἐν εἰρήνῃ τ Κυρίῳ δεηθῶμεν. ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον. ℣ Χάριτος, ὑπὲρ τῆς ἄνωθεν εἰρήνης τοῦ Κυρίου, δεηθῶμεν. ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον. ℣ Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης τ σύμπαντος κόσμου, τοῦ Κυρίου δεηθῶμεν· ὁ χορός. Κύριε ἐλέησον· ἔ τὰ ἑξῆς. Vide Chrysostomi liturgiam.

9. Ἀναστάσιμος ἡμέρα.) Reliquum suggerit Pentecostarium. λαμπρυνθῶμεν λαοί· πάσχα Κυρίου, πάσχα. ἐκ γὰρ θανάτου πρὸς ζωὴν, καὶ ἐκ γῆς πρὸς οὐρανὸν Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμᾶς διεβίβασεν ἐπινίκια ᾄδοντας.

10. Ἀσπάζεται τὸ Εὐαγγέλιον.) Evangelio primum, mox autem dati Imperatori oscula consuetudinem referunt in Monasteriis Καλόγηροι, de quibus Pentecostarium. Ψάλλομεν τό, Χριστὸς ἀνέστη, πολλάκις, ἕως ἂν ἀσπάσωνται οἱ ἀδελφοὶ ἀλλήλους. ὁ δὲ ἀσπασμὸς γίνεται οὕτω. λαμβάνει ὁ ἱερεὺς τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, ἑστὼς πρὸ τῶν θυρῶν τ ἁγίου βήματος· ὁ δὲ Καθηγούμενος ἐλθὼν, καὶ ἀσπασάμενος τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, καὶ τ ἱερέα, λαμβάνει ἐκ τ χειρῶν αὐτοῦ τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον: ἔ ἵσταται ἐκ δεξιῶν τοῦ ἱερέως, εἶτα οἱ ἀδελφοὶ κατὰ τάξιν αὐτῶν, ἀσπάζονται πρῶτον τὸ ἅγιον Εὐαγγέλιον, εἶτα τὸν ἱερέα, ἔ τ Καθηγούμενον· καὶ ἵστανται κἀκεῖνοι ἔνθα τύχωσι, καὶ ἀσπάζονται ἀλλήλους. *Usque dum mutuum sibi dederint Fratres osculum, canimus frequentius,* Χριστὸς ἀνέστη. *Hoc autem modo peragitur osculum. Sacerdos accepto sacro Evangelio, stat e regione sancti Tribunalis valvarum. Monasterii vero Præfectus Sanctum Evangelium, Sacerdotemque deosculatus, de manibus Sacerdotis illud accipit; & a dexteris ejus consistit. Tum reliqui Fratres sanctum Evangelium ordine deosculantur, deinde Sacerdotem, & Præfectum: quocumque vero loco steterint invicem deosculantur.*

Edit. Paris. pag. 110.

11. Εἶτα τῷ δεξιᾷ χεῖρα.) De Imp. minore majorem salutante, & ejus pedem exosculante, & ab eodem oris osculum reportante, Gretserus hic egregie. At si alter alteri eques occurrat, quid tum? Cantacuzenus lib. 1. c. 35. ἦθος ἐπεκράτησεν ἀρχαῖον παρὰ τοῖς Ῥωμαίων βασιλεῦσιν, ὅταν μίλωσιν ἀλλήλοις συμπυγχάνοντες, τοὺς μὲν ἑπομένους ἑκατέρους ἀφ' ἵππων καταβάντας ἐπεδαι πεζῇ. αὐτοὺς δὲ συμμίξαντας ἐφ' ἵππων, τὸν μὲν νεώτερον κύπτοντα, & προσβυτέρου βασιλέως περιπτύσσεσθαι τὴν χεῖρα, τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πρότερον περιελόμενον πῖλον· ἀνακύπτοντα δὲ ἐκεῖθεν, εἰς τὸ πρόσωπον αὐτὸν & πατέρα ἀντιφιλεῖν. *Vetus consuetudo apud Romanos Impp. vigebat, ut cum alter alteri obviam fieret, qui utrumque sequerentur, a jumentis descendentes, pedibus ambularent; ipsi in equis manentes congrederentur: & junior aperto prius capite, eo inclinato, senioris dexteram cum osculo arriperet, indeque suscipientem pater vicissim oscularetur.* Solam manum senioris junior osculabatur quondam. Basilius enim Macedo Michaele ad lectum deducto τῷ χεῖρα φιλήσας ἐξῆλθεν, *manum ejus osculatus discessit.*

12. Οὗτε μὴν εἰς τὸν ἀσπασμόν.) Ad Francos Venetosque urbe CP. ejiciendos Michaeli Palæologo copias auxiliares promiserant Genuenses. Hinc communia pacis concordiæque fœdera. Veneti vero, ut qui cum Francis imperaverant, fœdam cum Græcis concordiam, & opprobrium subjectionemque redolens fœdus inire detrectaverunt. Vide Gregoram superius relatum, necnon Petrum Justinianum Venetorum & Genuensium vario Marte inter se decertantium bella historiæ Venetæ lib. 5. describentem, ac tandem ipsum Michaelem victoriis elatum, haud tamen insolescentem, Venetos, a quibus sibi cavendum rebatur, de pace firmanda exorantem.

13. Καπύτζια.) Pilei genus ante pauca sæcula in Europa usitatissimum. Latini, *Capucium*: Galli, *Chaperon*: Itali *Capuzzo* dicebant. De quo consulendus doctissimus Stephanus Paschasius disquisitionum Francicarum lib. 8. c. 18. & 45. *Capitium* vocat Paulus Æmilius in Joanne primo.

14. Τῆς λειτουργίας ἤρεμα Ψαλλομένης.) Ne cantus Regiam adorationem interturbet, vel hæc Ecclesiæ officio videatur conjuncta.

15. Οὗτος τε, καὶ πάντες οἱ ἄρχοντες.) Celebri Palmarum festo solet Patriarcha cruces & cereos in populum distribuere, quasi δεξιουμένους τοὺς τὸ πανκράτιον τῆς νικῆς νεμηθέντας, τιμίων ἐξ ἁγίων σωρῶν ἁγιάσμασι, καὶ κηρίων φωτοβόλων χαρίσμασι. οὐδὲ γὰρ δέλεαρ σκιαμαχεῖν τοὺς πιστοὺς, κατ' ἐκείνους τοὺς νεκιόφρονας, ἀλλ' ὡς ἤδη τῆς δικαιοσύνης τὸν ἥλιον βλέποντας, τὴν νίκαν Σιὼν διὰ πάλης φωτίζοντα: *qui victores in certamine jejunii pretiosarum sanctarumque crucium lustrationibus, & cereorum lucentium donis excipit. Quippe non cum umbris dimicare si-*

Digitized by Google

deles vult, fatuorum more, ſed eos veluti jam aſpicere juſtitiæ ſolem, qui novam Sionem per pullum illuminat. Feria tertia ſequenti, quæ τῶν κατηχήσεων, Catechumenis inſtruendis dicatur, minuta thura concurrenti populo dat in manus circa auroræ tempus. ὁμιλῶν οἷον διὰ τούτων αὐτοῖς, καὶ ὑποτιθέμενος, μὴ παννυχικῶς, ἀλλ' ἀγωνιστικῶς τῶν ἑφεξῆς τριῶν ἡμερῶν τὸ κάθισον ἀναδέξασθαι· γρηγορήσωμεν τοίνυν καὶ ἑφεξῆς, καὶ τοῖς ἀγρυπναῖσιν Ἰουδαίοις συναγρυπνήσωμεν, &c. *indicare per hæc volens & admonere: ne feſtivo more, ſed pugilum ritu, trium deinceps dierum curriculum ſuſcipiant. Igitur deinceps et iam vigilemus, & cum Judæis excubias agentibus, excubemus.* Feria quarta iterum incenſa cereoſque ſpargit: ἵνα ὁ λαὸς τὰς χεῖρας πάλιν ἐπὶ τὸ τῆς νηστείας οὐρανοδρομῇσῃ πέλαγος, καὶ τὴν νύκτα τῶν ἁγίων παθῶν τοῦ Χριστοῦ λαμπάσι καταπυρσεύσῃ: *ut populus rurſum manus ſuas ad jejunii pelagus proſpero curſu dirigat, noctemque ſanctarum Chriſti paſſionum faculis accenſis colluſtret*, Sancto die Paſchæ perſolutis matutinis precibus populum omnem ad ſanctum oſculum nota 10. deſcriptum excipit, ac ſimul minuta æra, τετράφαλα, ob trium Impp. ſimul regnantium effigiem iis impreſſam, vocata dividit: κατὰ πατέρα φιλόστοργον νιὸν θεωτὸν ἰδόντα παῖδας ἀμύμονας, ἀπὸ μακρᾶς καὶ κινδυνώδους ἀποδημίας ἀβλαβῶς ἐνδημήσαντας ἐν φιλήματι ἁγίῳ περιχαρῶς καταπάζεται, καὶ ἀνοίξας τοὺς θησαυροὺς τῆς εὐλογίας αὐτῷ δεξιῶται αὐτοὺς κομίσασθαι, ἀλίγοις μὲν κατὰ τὸ φαινόμενον, πολλοῖς δὲ κατὰ τὸ νοούμενον: *more nimirum patris liberorum amantis, qui jam primum filios videt ex longinqua & periculoſa peregrinatione domum illeſos redeuntes, lætabundus eos cum oſculo ſancto ſalutat, & apertis benedictionis theſauris, numiſmatis eos excipit, exiguis quidem illis ſecundum ſpeciem, ſed plurimis, ejus ratione quod intelligitur.* Hæc ex Balſamone Meditato de incenſis quæ a Patriarcha dari ſolent &c. Juris Græc. lib. 7. quibus, ſi conjectura placeat, lubens addiderim Aulicos proceres ad Regiam παράϛασιν, officiaque Eccleſiaſtica iis diebus & iiſdem horis ad Palatium convenientes, nec dato thure vel oſculo a Patriarcha exceptos, eo jam accenſo veſpertinis in precibus honorari, ne vel pretii vel benedictionis ſperata parte videantur excidiſſe.

15. Ἡν μὲν οὖν πάλαι σωιδῆται.) Sugillantur hic a quibuſdam recentiores Græci tamquam adulatoriæ artis non imperiti, qui Imperatori ferme omnia etiam Epiſcopalia & Sacerdotalia munia tribuerunt: inter cætera ingreſſum ad altare, & jus ſacram menſam thure vaporandi, adderent etiam & conciones ad populum habendi. Itane vero Theodoſio Principi alii ex Occidente vel Oriente Pontifices adulabantur, qui ante ſeveriorem Ambroſii correptionem, ipſi præceſſoribuſque ad ſanctum Tribunal ingreſſum permiſerant? Itane Valentem religionis hoſtem palpavit Baſilius ubi lubens eum ἐντὸς τοῦ πετάσματος ait Nazianzenus, excepit? Nugantur certe qui recentioribus Græcis appingunt, quod Concilium Trullanum Can. 69. κατὰ τινα ἀρχαιοτάτην παράδοσιν *ex antiquiſſima traditione* teſtatur uſitatum, ut *cum voluerit creatori munus offerre intra ſacrum altare ingrediatur.* Choſroes Perſarum rex, infidelis licet, filium tamen Sergii Martyris beneficio ſe ſuſcepiſſe arbitratus, crucem auream in templi ejus altari dedicavit. Qui ejus juſſu deferebat, ait Simocatta lib. 5. ὡς τὸ τίμιον ὄπος ἀλεὶς ἀφικνεῖται, τὰ τε δῶρα τοῦ τε βασιλέως ἅμα τοῖς γράμμασι ἐν τῷ ἱερᾷ τεμένει τῇ τραπέζῃ, *ad templum uſque miſſus advenit, donaque regis ſimul cum litteris ſacræ circumpoſuit menſæ.* Num potius mendacii convincendus erat Balſamon in eumdem Canonem nobis opponens. περὶ δέ γε τῶν Λατίνων μανθάνω, ὅτι οὐ μόνον λαϊκοὶ ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες εἰς τὸ ἅγιον βῆμα εἰσέρχονται, καὶ κάθηνται ἰσαμένων πολλάκις καὶ τῶν ἱερουργούντων. *De Latinis autem audio, quod non ſolum viri Laici, ſed & mulieres in ſanctum Tribunal ingrediuntur, & ſedent; præſentibus ſæpe illis qui ſacrificant.* Thus quidem Laici Latini non vaporant in altari, at cum Lectorum choro datis etiam Lectorum inſignibus, de quibus c. 17. nota 44. Græci ſuum Imperatorem aggregaverint, nullo irreligionis crimine accuſandi, ſi, quod egit Salomon Paralip. 6. ut converteret faciem, & benediceret univerſæ multitudini Iſrael, Chriſtianus princeps Chriſtiano populo bene precari audeat. Non arroganter itaque vel temere Pontificum uſurpata poteſtate *cera characterem imprimit* Imperator Græcus, (quis enim qui Græcarum litterarum ſit elementis imbutus τειχηρίῳ σφραγίζειν ita interpretatur?) ſed *trifurco* ſive *tricipiti cereo*, Trinitatis, a qua benedictionis ſcaturiunt rivi, ſymbolo, ex dilectionis affectu, Eccleſiaſticæ dignitatis conſortio, & ſi velis poteſtatis conceſſione, benedictionem, quam parentes filiis, impertiuntur populo. Cæterum licet vulgatus Balſamonis textus non exhibeat unde, quod inſuper objicitur, deſumatur, *quinetiam Imperatores populum ad eum inſtituendum docent, quod ſolit illius regionis Antiſtibus conceſſum eſt*: communis tamen Eccleſiæ ſenſus illis ab hoc charitatis officio, quod etiam pueris per Eccleſias in laudem Sanctorum declamantibus conceditur, noluit interdictum.

17. Τοῦ Βεστιαρίου.) *Theſaurum* βεστιαρίου voce nonnumquam intelligendum præſens locus oſtendit, nec non c. 7. n. 31. hujus operis. *Edit. Pariſ. pag. 111.*

18. Κατὰ δωρεάν.) Romanus Argyrus octoginta libras auri, ait Cedrenus, ex ærario Imperatorio quotannis pendi juſſit. Aliæ viginti forſan deinceps additæ.

19. Λίτρας.) Auri libram Budæus de aſſe lib. 5. non minus aureis ſolatis centum æſtimat; Lexicon Juridicum, ſeptuaginta duobus; Paulus Diaconus, decem: ubi namque Theophanes ἑκατὸν νομίσματα, ipſe decem libras numerat: Blaſtares, octo pretium ejus cenſet cap. 7. τοῦ Τσοιχεῖου. ἡ παρ' ἡμῶν νομιζομένη λίτρα νομίσματα ἔχει ὀκτώ. *Quæ apud nos libra, octo nummis cenſetur.*

20. Τῆς ἐκκλησίας ἐρχόντων.) Ii ſunt præcipui magnæ Eccleſiæ Officiales ac in dignitate conſtituti, quos etiam vulgo τὴν Πατριάρχου σύγκλητον, *Patriarchæ Senatum* dicunt.

21. Εὐλογεῖ.) Orationem a Patriarcha pronunciari ſolitam reperies in Euchologicis noſtris ὁσάκις ἔρχεται ὁ Πατριάρχης εἰς τὸν Βασιλέα ἐκπορίτως δὲ τῇ πέμπτῃ τῆς διακαινησίμου, *quoties Imp. adit Patriarcha, ſpeciatim vero feria quinta poſt Paſcha.*

22. Εὐχὴ ἑσπερινή.) Oratio ſecunda a Patriarcha fundenda eodem Euchologii loco reperitur ad calcem operis.

23. Ἐν τῇ ἁγίᾳ πεντηκοστῇ ἑορτῇ.) Luctus & contritionis potius quam alacritatis ſpiritualis argumentum eſt apud Græcos feſtum Pentecoſtes, maxime poſt meridiem, qua ſecundo, ut ajunt, veſpertinæ decantantur preces. Tunc frequentes audiri gemitus, & ex peccatorum recordatione, non adeo pectus pugnis, quam cælum undi ſuſpiriis conſuevit, ut ſi quid luxus in mores invexit Paſchalis ſolemnitas, vel ejus decurſu diſſolutionis nonnihil ſecum attulit hominum in vitia prona libertas, totum id corrigat dolor ſpiritus ſponte aſſumptus, & contractas ſordes pœnitentiæ abſtergant lamenta. Eo fine ſanctum de cælis Spiritum cum lachrymis advocant, ex profundiore humilitate preces ingeminant, ac genuum inflexionibus quibus jam deſuetus erat populus ſibi ſubjectus, eum iterato velut lugubri quadrageſimæ tempore affligere parat Eccleſia. Commune igitur cum aliis templum Imperator ipſe frequentat, ut pœnitentiæ cum aliis conſors, communes etiam aliis precum fructus referre mereatur.

24. Οὔπω μὲν τράπεζα.) Nondum enim advenit luctus hora, nec Dominica feſtivitas jejunii moleſtiæ poteſt admiſceri.

25. Ἐν δὲ τῇ τῶν ἁγίων πνευμάτων ὥρᾳ.) Qua, σημαίνει τάχιστα ἤδη τὴν τῆς γονυκλισίας ἀκολουθίαν, *ſit ſignum ſolito citius, propter (moroſum) geniculationis officium.*

26. Τὰς τοῦ μεγάλου Βασιλείου.) Habes illas orationes, earumque legendarum ritum, nec non & totius hujus officii expoſitionem ex ipſo Baſilio, & Matthæo Blaſtare in Euchologicis noſtris; reliquum officium in Pentecoſtario reperies.

Digitized by Google

27. Πλησίον τῦ Διακονικῦ.) A pompa luxuque cum abhorreat præsentis officii Pentecostes humilitas, *elevatiora subsellia*, θρόνυν, thronum, sedem honoratam respuit Imperator, & ad dextrum altaris latus, quo Διακονικόν, *Diaconis data* est *sedes* humili corporis gestu in altari a Sacerdote pronunciatas Basilii Vespertinas preces audit. De Diaconico plura te doceat eruditus Allatius de recentiorum Græcorum templis opusculo: in Euchologio quoque nonnihil de eo delibavimus.

28. Ἀναβάθρα.) Elevandæ in altum crucl ad ejus exaltationem etiam corporeo gestu oculis demonstrandam præparatur in medio triclinio *tabulatum*, ἀναβάθρα, de qua redibit sermo.

12. Πρωτοσύγκελλοι.) Qui primus omnium Σύγκελλος, ac ideo temporis ordine Πρωτοσύγκελλος legitur, fuit Anaſtaſius ille Presbyter, cui, referente Theophane, quam conceperat de fide perverſam ſententiam, publice pronunciandam in Eccleſiæ conventu dedit Neſtorius, ὁμιλίαν περὶ πίστεως ἐκδέδωκε τῷ ἑαυτοῦ Συγκέλλῳ, *homiliam*, inquit, *de fide ſuo Syncello tradidit*. Hic autem cum ſublato e vivis Neſtorio, Patriarchæ dignitatem non exceperit, nihil aliud eo vivente adeptus, quam ut eſſet convictus ejus particeps, domus cellæque conſors, animæ rebus in dubiis director, in arduis conſiliarius, in ſecretis conſcius, ac indiviſus in proſperis & adverſis ſocius. Hoc primum primi qui legitur Syncelli munus, hæc ut vera nominis expoſitio ita pariter officii finis & cognitio ſincerior. Evagrius de ipſo Syncello lib. 6. c. 2. Τοῦ Νεστορίου ἥττωρ ἐρασθὴς, ὅς καὶ σωεκδημῶν οἱ γέγονε πρὸς τὴν ἐπισκοπὴν ἀναίροντι. *Fidus ac Neſtorii amore flagrans Anaſtaſius, qui et quoque ad Epiſcopatum regendum profecto viæ ſe comitem adjunxit.* Socrates lib. 7. c. 32. σωὼν αὐτῷ Ἀνασάσιος πρεσβύτερος, ἅμα αὐτῷ ἐκ τῆς Ἀντιοχείας κληθείς. τοῦτον δὲ τιμῆς ἠξιοπόθησε, καὶ ἐν τοῖς πράγμασι συμβούλῳ ἐχρῆτο. *Anaſtaſius Presbyter una cum eo Antiochia profectus verſabatur, ejuſque conſuetudine utebatur, & in magno honore, eique in rebus gerendis conſiliarius habebatur.* Presbytero deinceps hujuſmodi in cibi, cellæ, ſecretorum, vitæ denique omnis ſocietatem adſcito, procedentibus annis factum eſt, ut qui in Eccleſiæ cetu amicos, in Palatio quoque notos allegerat, nullo, ſi quæ forent, ejus merita virtuteſque ignorante, defuncto Patriarcha, in ejus locum ſucceſſor eligeretur; quique nomine Syncelli vel dignitate penes Patriarcham adhuc in vivis agentem, ceu ejus ſincerior *Concellaneus*, inſignis vixerat, idem poſt lethum ut in Eccleſia thronum, ita κελλίον ipſum & ſecretius Patriarchii penetrale occuparet. Videtur mos hujuſmodi circa Leonis Iſauri tempora invaluiſſe, de quo Cedrenus: Εὗρεν οὖν ἐν τούτῳ σύμμαχον Ἀνασάσιον Σύγκελλον τοῦ ἁγίου (Γερμανοῦ) σωτεθείμενος αὐτῷ τοῦ θρόνου δεξόμενον γενέσθαι. *Invenit perverſitatis animi (hoſtilitatis in imagines) colluctatorem Anaſtaſium S. Germani Syncellum, cui ſe eum throni ſucceſſorem facturum promiſit.* Invaluiſſe dixi, non primo morem inſtitutum, jam enim ſub Anaſtaſio Seniore, Τιμοθέου ἀποθανόντος, Ἰωάννῃ τὸν Καππαδόκῃ πρεσβύτερον καὶ Σύγκελλον, Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον προχειρίσαντο. *Mortuo Timotheo*, ſcribit Theophanes, *Joannes Cappadox Presbyter & Syncellus, Conſtantinopolis Epiſcopus fuerat ordinatus.* Et ſub Juſtino pariter Seniore, Ἰωάννου ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τελευτήσαντος, Ἐπιφάνιος πρεσβύτερος τῆς αὐτῆς ἐκκλησίας καὶ Σύγκελλος ἐχειροτονήθη. *Joanne Conſtantinopolis Epiſcopo defuncto, Epiphanius ejuſdem Eccleſiæ Presbyter, & Syncellus fuerat pariter promotus.* Majora ſemper incrementa more capiente, Stephanus Leonis Sapientis frater, quem Baſilius pater Clero CP. ſociarat, educandumque ac Syncelli dignitate ornandum Photio dederat, ait Leo Grammaticus, Στέφανος ἀδελφὸς Λέοντος κληρικὸς ὢν καὶ Σύγκελλος, ὃν μετὰ Φώτιον Πατριάρχου ἀναιρεθέντα παρ' αὐτοῦ, καὶ παιδευόμενος, eodem Photio ſecundo ſubmoto, confeſtim in ejus locum ſuffectus eſt Patriarcha. Cedrenus vitæ Leonis initio, Προσέταξεν ὁ Λέων τοῦ θρόνου Φώτιον καταγαγεῖν· καὶ πόδας ὁ Στέφανος Σύγκελλον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν ὁ βασιλεὺς Πατριάρχου προβάλλεται. *Juſſit Leo Photium throno dejici. Et e veſtigio in ejus locum fratrem ſuum Stephanum Syncellum ſubrogat.* Et in eodem Leone, Χειροτονεῖται Πατριάρχης ὁ Σύγκελλος Εὐθύμιος, *Euthymius Syncellus Patriarcha creatur.* Conſuetudinem hanc quaſi legem habitam narrat Cedrenus idem in Monomacho. ἐκείνου γὰρ (Πατριάρχου) ἀποθανόντος, ὁ Σύγκελλος εὐθὺς εἰς τὸν τούτου θρόνον ἐγκαθίζετο. *Patriarchæ mortuo confeſtim ſuccedebat Syncellus.* πάλαι dixerat nonnihil ſuperius: Monomachi enim ætate, conſuetudo vel ex quæcumque de Syncellis ad Patriarchatum ſubvehendis extincta erat, & penitus abrogata. Eo tamen, ac ſequentibus temporibus, non unus modo, ſed & plures Syncelli: ac tandem inter eos primas tenens Protoſyncellus, cujus nomen deinde plures ambierunt. Verum integram Syncellorum cohortem aliquando miratus, ac de iis cum Græcis ipſis colloquutus, percepi, ex ea, quæ ſemper inter eos viguit dignitatum ambitione, vel titulorum cupiditate profluxiſſe, ut qui Patriarchatum expeterent, vel Syncellos in munere vellent æmulari, nomen primum aucupatos. Priſtini vero temporis Syncellus, Patriarchæ licet ſucceſſor deſignatus, quo deſiderii ſucceſſionis a ſe amoveret ſuſpicionem, ubi Patriarchæ conſacrificabat, populum ad preces pro eo & ejus ſalute, nec non ei vita longæva obtinenda fundendas hortabatur: quod dum facerent pariter per CP. Eccleſias alii Presbyteri, exin quaſi Syncelli nomen promeriti, ea ſe dignitate promovendos curarunt: ac ut viget & aliis præferri quærit honoris cupiditas, qui magna in Eccleſia Syncellus preces hujuſmodi denunciaret faciendas, Protoſyncellus, ut reliquis anteponendus ac dignior eſt appellatus: ac ubi Sacerdotes vel Metropolitæ Patriarchæ concelebrantes id muneris fuerunt executi, Syncellorũ quoq; ac Protoſyncellorum honorem ſibi arrogarunt. Audi Cedrenum in Romano Argyro ἐτίμησε δὲ Συγκέλλους Μητροπολίτας τρεῖς, *Fecit etiam tres Syncellos Metropolitas.* Plures itaque Syncelli: adeo ſublimis etiam honoris cupidine moti, ut in conſeſſu a Sacerdotibus in Miſſa habendo Metropolitis ſe præferri contenderent. Idem Cedrenus inferius, ἐγένετο δὲ καὶ ἡμέραν τὴν ἁγίας Πεντηκοστῆς ταραχὴ, διὰ τὰ καθέδραν ἐν τῇ λειτουργίᾳ, μὴ κατασχεῖν τοὺς Μητροπολίτας προκαθίσαι αὐτοὺς τοὺς Συγκέλλους ἐν τῷ σωθρόνῳ. *Die Pentecoſtes ſacro tumultuatum eſt ob ſeſſionem in Miſſa habendam: Metropolitis non ferentibus ſuperiore ipſis loco ſedere Syncellos.* Ipſi nihilominus Metropolitæ aliquando Syncelli, ut præmiſi. Cedrenus idem in Baſilio & Conſtantino Romani FF. ὁ Σύγκελλος Στέφανος καὶ ὁ Νικομηδείας πρόεδρος. *Syncellus Stephanus Nicomediæ Præſul.* Pene præterieram, non Syncellum modo, qui Patriarchæ *Concellaneus*, ac ejus πνευματικὸς foret, ſed & qui Imperatori præſtaret idem officium, eo nomine vocatum, quod maxime ſemper eum comitaretur, ac in Palatio ad ejus *cellam*, (κελλίον enim etiam Imperatoris ſecretius penetrale dictum ſuperius) *Concellaneus* Σύγκελλος, ac præ aliis dignus μέγας Πρωτοσύγκελλος habitaret. *Aderant ei* (ſi Phranzis interpreti fides habenda) *Sacerdotes ſui* (Palatini nimirum) *& ſpiritualis pater Gregorius magnus Protoſyngelus.* De Joanne Imp. loquitur ad Concilium Florentinum viam capeſſente. Scribit porro Protoſyngelum, prout alii Græce Σύγγελον, ob eamdem cum Σύγκελον pronunciationem, & ignoratam Συγκέλλου propriæ vocis ſignificantiam & originem.

Edit. Pariſ. pag. 143.

Digitized by Google

13. Καθηγούμενοι.) Quos ἡγουμένους quoque dicimus: προηγουμένους autem, *qui* hos in officio *præcesserunt*, & superiorum munere, quo se abdicarunt, sunt functi.

14. Τῷ σφραγίδα.) Πρόβλησιν, προχείρισιν, *promotionem* intellige, quæ facto crucis signo compleretur. Requires in Euchologicis: & consules postremam superioris capitis Notam.

15. Μανδύων αὐτῶν τοταμούς.) Superius Pontificum indumentum extra Missarum solemnia est Mandyas Pallio quam similis, ad fauces fibula nexus, sinibus & rugis amplissimus, & omnino insignis. Ad ejus latera circa ventrem affixæ sunt tæniolæ albi rubrique coloris ternæ, quibus undequaque variatur & adornatur. Tæniolæ illæ sunt τοταμοί, de quibus in præsenti, eamque gratiam & scientiam designant quam intellexit Christus ipse Dominus, dicens: Flumina de ventre ejus fluent, &c. ac propterea circa ventrem appictæ: superius ad collum & angulos inferiores sunt τόματα, quatuor nimirum additi panniculi quadri, de quibus singulis Symeon Thessal. Episcopus. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ ἀρχιερατικὸς διδάσκει μανδύας, τοταμοὺς μὲν ἔχων ἐφ' οἷς τὰ προειρημένα· τόματα δὲ εἰς τύπον παλαιᾶς τε, καὶ καινῆς χάριτος, ἃ ὑπεράνω κεῖνται τῶν τοταμῶν. *Hoc idem Pontificio declaratur Mandya, qui flumina quidem habet, propter ea quæ diximus: pocula vero in typum veteris & novæ gratiæ.*

ΚΕΦΑΛ. κά.

Περὶ πενθίμων βασιλικῶν φορεμάτων.

Regia indumenta

1 ΠΑΤΡΟΣ Βασιλέως ἀποθανόντος, ἢ μητρὸς, ἢ γυναικὸς αὐτοῦ, ἢ μιᾶς υἱοῦ καὶ ἐγγόνου Βασιλέων ὄντων· ὁ κρατῶν, λευκὰ * φορέματα φορεῖ μέχρι καιροῦ, ὅσον ἂν βούλοιτο, εἶτα κίτρινα ἄνευ μαργελλίων, * καὶ μετὰ ταῦτα λαμπροφορεῖ.

** Addunt* ἴσως τὰ αὐτὰ πάλιν μετὰ μαργελλίων,

2 Εἰ δὲ θεῖος, ἢ θεία πρὸς πατρὸς, ἢ ἀδελφὸς αὐτοῦ Δεσπότης ὤν, ἤτε καὶ μὴ, ἢ ἀδελφὴ, ἢ υἱὸς, κίτρινα μὲν καὶ τότε, χωρὶς δὲ μαργελλίων, εἶτα μετὰ μαργελλίων.

3 Καθ' ὃν δὲ καιρὸν ὁ Βασιλεὺς λευχειμονεῖ, ὡς εἴρηται, διὰ τοὺς αὐτοῦ γνησίους πάντες μελανειμονοῦσιν, οὐκ ἄρχοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ λαοῦ, οἱ δὲ ἀπὸ τεθνεώτος γνήσιοι, ἀπὸ Βασιλέως κίτρινα φοροῦντος, μέλανα αὐτοὶ ἐνδύονται ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἕως ἡμερῶν τεσσαράκοντα. Καὶ μετὰ ταῦτα ἱεράτεια, μέχρις ἂν ἀλλάξοι ὁ Βασιλεὺς, καὶ τότε λαμπροφοροῦσι καὶ οὗτοι.

4 Ἀνὰ δὲ ὧν εἴρηται, εἰ συμβαίνει τινὰ ἕτερον τῶν καθ' αἷμα συγγενῶν αὐτοῦ * τελευτῆσαι, οὐδαμῶς φορεῖ κίτρινα ὁ Βασιλεύς. Ἂν δέ τινος τῶν γνησίων αὐτοῦ, ἢ θείου, ἢ ἀνεψιοῦ, ἢ ἐξαδέλφου γυνὴ τελευτήσῃ, ἢ ἀδελφὸς, ἢ υἱὸς, ὁ τὸν τεθνεῶτα ἀποβαλὼν, ἐναβιβάζει ἐν τῷ ἑαυτοῦ * οἴκῳ τὰς τεταγμένας πενθίμους ἡμέρας, ἤτοι μέχρις τῆς νενομισμένων ἐννάδων. Καὶ μετὰ τοῦτο ἔρχεται νυκτὸς, καὶ προσκυνεῖ τὸν Βασιλέα μελανειμονῶν. Καὶ ἔκτοτε * ἐκτὸς μὲν ἐνδεδυμένος ἐστὶ μέλανα· τὸν δὲ Βασιλέα προσκυνῶν φορεῖ ἱπράτεια. οὐδὲ γὰρ ἐνδεδύμενον ἐστὶ μελανειμονεῖν ἐν τῷ παλατίῳ.

1. ἀποθανόντων

* ἑαυτῷ

* ἐκτὸς

* αὐτὸς

* τινὰ

CAPUT XXI.

De Lugubribus Imperatoris gestaminibus.

1. PATRE Imperatoris mortuo, vel uxore, quin & filio & nepote, si Imperatores fuerint; Imperator quandiu placuerit, & pro libito, fert candida vestimenta, deinde citrina sine margellis, postea splendidis vestibus amicitur.

11. Si mortem obierit patruus, aut amita ex patre, vel frater ejus, Despotæ honore decoratus, & quamvis hoc etiam honore careat; vel soror, vel filius, citrina fert tunc quoque indumenta, absque margellis; postea cum margellis.

111. Quo tempore Imperator gestat albas vestes, ut dictum est, propter suos propinquos defunctos; omnes pullas vestes ferunt, non proceres modo, sed & populus: propinqui vero ejus, qui obiit, Imperatore citrina gestante, nigris vestimentis etiam coram Imperatore usque ad quadragesimum diem utuntur: postmodum * cæruleis, donec Imperator vestes mutet: & tunc ipsi quoque * splendidis vestibus amiciuntur.

* cæsiis, sive subviridibus

* candidis

1v. Præter hos, de quibus diximus, si contingat aliquem alium ex sanguine junctis mori, nunquam & nuspiam fert citrina Imperator. Si alicujus ex cognatis, puta patrui, * consobrini vel patruelis uxor in fata concedat, vel frater vel filius; is ex cujus domo funus prodiit, domi diebus luctui destinatis, videlicet usque ad nonum diem se continet. Et postea noctu venit, indutusque nigris vestibus Imperatorem adorat. Et ab hoc tempore extra Palatium induitur vestimentis nigris: cum vero ad Imperatorem venerandum procedit, portat cærulea. Neque enim fas est nigras vestes in Palatio ferre.

* nepotis

Edit. Paris. pag. 144.

* cæsia

IN CAPUT XXI.

1. HMEPΩN τεσσαράκοντα.) Defunctorum recolendæ memoriæ sacri sunt dies tertius, nonus, quadragesimus, & annuus a morte. τοῖς τεθνηκόσι ἀποτελεῖται, inquit Nicephorus Callistus, τὰ τρίτα, τὰ ἔνατα καὶ τὰ τεσσαρακοστά, Rationes subdit: Tertio die, faciei, qua dignoscitur homo, diformen deperditur; nono, corpus tabescit, solo corde adhuc incorrupto manente; quadragesimo tandem, etiam cor cum reliqua corporis mole tabo corruptionique ex intero cedit. Aptius alii, τὰ τρίτα apud Græcos Resurrectionem Christi post triduanam sepulturam; τὰ ἔννατα, novem Angelorum choros, quibus mortuos aggregari precantur; τὰ τεσσαρακοστά, luctum Israelitici populi in Moysis morte ad quadragesimum usque diem productum, quo defunctis lachrymas, precesque parentare possumus, affirmant designare. Hujus mentis est Neophytus Rhodius in sua Synopsi vernacula, Clementem in Const. Apost. lib. 8. cap. 48. sequutus.

2. Τῶν νενομισμένων ἐννάδων.) De quibus superiore Nota. Sacros in feriis agendis novem dies refert Blastares, τοῦ Δ στοιχείου c. 8. adeo ut Alexius Imp. edita Novella sanxerit: nemini licere demortui parentes,

Digitized by Google

vel uxorem, vel heredes, vel fidejussores ante novem dierum luctui dicandorum præfinitum tempus, accusare, causam in eos intentare, vel in judicium trahere: Θεσπίζομεν μηδενὶ ἐξεῖναι τὸ τελευτήσαντος τοῖς γαμετῆς, ἢ τῶν γυναικὸς, ἢ τοῖς κληρονόμοις, ἢ τοῖς ἐγγυηταῖς, πρὸ τῶν ϡθ' ἐννέα ἡμερῶν προθεσμίας τοῦ πένθους, αἰτιᾶσθαι, ἢ παραγγέλλειν, ἢ εἰς δικαστήριον ἕλκειν.

CAPUT XXII. Α ΚΕΦΑΛ. κβ'.

De futura sponsa & Imperatrice. Περὶ * μιλλονύμφης Δεσποίνης.

Reg. 1. μέλλον νύμφης.

1. OPORTET & hoc scire, Domna sponsa peregre adveniente, vel terra vel mari, ubi dies ille, quo appulsura & urbem ingressura est, innotuit, occurrit ei Imperator, maritus ejus, novus sponsus cum Imperatore patre suo, si sit superstes: sin minus, ipse solus.

1 ΧΡΗ καὶ τοῦτο γινώσκειν, ὅτι Δεσποίνης νύμφης ἐρχομένης ἔξωθεν ἢ διὰ ξηρᾶς, ἢ διὰ θαλάσσης, καθ' ἣν ἡμέραν, καθ' ἣν μέλλει ἀποσωθῆναι εἰς τὴν πόλιν ἐγνωσμένην ὖσαν, προσυπαντᾷ παύτην ὁ Βασιλεὺς καὶ ἀνὴρ αὐτῆς ὁ νεόνυμφος μετὰ τοῦ Βασιλέως καὶ πατρὸς αὐτοῦ, εἰ ζῇ ἔτι· εἰ δ' * οὔ, αὐτὸς μόνος,

* Reg. ωῦ

* ut appellat ad locum

2. Et quidem, si terra adveniat, consuetudine receptum est, * ut locum petat, quem *ad Fontem* nominant. Si in triremibus, tunc exscendit prope Templum Blachernarum extra civitatem, ubi commodum fuerit.

2 Καὶ εἰ μὲν διὰ ξηρᾶς ἔρχεται, πρέζεύειν αὐτὴν ἐξελθεῖν πρὸς τὴν Πηγήν. εἰ δὲ μετὰ * τριήρων, πλησίον τοῦ ναοῦ τῆς Βλαχερνῶν ἔξω τῆς πόλεως, ὅπου ἂν τύχοι εἶναι ἐπιτήδειον.

* κατέργων

3. Præoccupato igitur sive hic, sive illic diversorio; eorum, qui in suprema dignitate sunt, & Senatorum, & reliquorum Principum uxores præstantiores & nobiliores excipiunt Dominam & novam sponsam, regie illam & omni humanitatis genere prosequentes atque honorantes, occurrentibus etiam Imperatoribus, vel utroque, vel novo sponso, eoque solo, si pater non supereſt, prout explicatum est.

B 3 Προκαταλαμβάνουσαι πάντως καταγωγὴν ἢ ἐνταῦθα, ἢ ἐκεῖ, καὶ τῶν ἀξιωματικῶν καὶ συγκλητικῶν, * καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχόντων γυναῖκες αἱ κρείττους καὶ εὐγενέστεραι, ὑποδέχονται τὴν Δέσποιναν καὶ * νεόνυμφον ἐρχομένην, φιλοφρονούμεναι βασιλικῶς αὐτὴν καὶ θεραπεύουσαι, προσυπαπάντων καὶ τῶν Βασιλέων, ἢ καὶ ἀμφοτέρων, ἢ τοῦ νεονύμφου καὶ μόνου, ἂν μὴ καὶ πατὴρ ᾖ, καθάπερ εἴρηται.

* αἱ

* νεονύμφην

4. Si ergo in triremi veniat, obvius fit illi circa arcem ad portam Eugenii equo insidens cum proceribus. Si terra advenerit, occurrit ei extra civitatem, ut dictum est. Postea abeunt Imperatores, vel Imperator, ibidem ea relicta.

4 Εἰ μὲν οὖν μετὰ * τριήρους ἔρχεται, προϋπαντᾷ αὐτῇ περὶ τὴν ἀκρόπολιν εἰς τὴν τοῦ Εὐγενίου πύλην ἵππος ὢν ὁ Βασιλεὺς μετὰ τῶν ἀρχόντων. εἰ δ' ἀπὸ ξηρᾶς, ἔξω τῆς πόλεως, ὥσπερ εἴρηται. μετὰ δὲ ταῦτα, οἱ μὲν Βασιλεῖς, ἢ ὁ Βασιλεὺς ἀπέρχεται καταλιμπάνων αὐτὴν ἐκεῖσε.

* κατέργων

Edit. Paris. p. 145.

v. Ex prædictis primariis fœminis vel Reginæ & Imperatrices, si fuerint, vel Sebastocratorissæ, vel Cæsarissæ, vel aliæ reliquis nobiliores, calceant eam rubris calceis, paratisque Imperatoriis ornamentis & gestaminibus, regifice comitata ac deducta, proficiscitur equo insidens in Palatium. Et postea præstituto die nuptiarum solemnitas peragitur.

C 5 Ἀπὸ δὲ εἰρημένων * ἀρχοντιασσῶν, ὑποδῦσιν αὐτὴν τὰ ἐρυθρὰ ἢ Βασίλισσαι, ἐὰν ὦσι, ἢ Σεβαστοκρατόρισσαι, ἢ Καισάρισσαι, ἢ αἱ εὐγενέστεραι τῶν λοιπῶν. Ὅπλων δὲ προητοιμασμένων καὶ φορεμάτων βασιλικῶν, καλεῖσα βασιλικῶς, καὶ προπεμπομένη, ἀπέρχεται εἰς τὸ παλάτιον ἔφιππος. τελουμένων μετὰ ταῦτα καὶ τῶν γαμικῶν τελετῶν ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ.

* Correctæ ἀρχοντισσῶν.

Regium 2. finit hic, & adjungit Τέλος.

Ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὡς οἱ * Παρδόβαλλοι, ὁπηνίκα φέρουσι τοὺς Πάρδους, ἱππόται εἰσέρχονται εἰς τὸ παλλάτιον, καὶ ἱππόται ὁμοίως ἐξέρχονται. ὡσαύτως καὶ οἱ τὰ κρυοπήγια φέροντες * παρσινοχόοι, ἔφιπποι καὶ αὐτοὶ ἐντὸς τοῦ παλλατίου εἰσέρχονται.

1. Παρδοβάγιλοι

* παρσινόχοοι

Ἕως ὧδε τὰ τῆς ὀφφικιαλίων τῆς Βασιλέων Κωνσταντινουπόλεως ὀνόματα, καὶ τῆς ὀφφικίων τῆς μητρὸς ἐκκλησίας.

Desunt.

IN CAPUT XXII.

1. ΠΕΖΕΤΕΙΝ.) *Ex equo vel curru desilire, & pedes incedere.*

2. Περὶ τῶν Πηγῶν.) Urbis CP. situs triangularis est: ejusque latera duo alluuntur mari: tertium continenti obtenditur. Ad eam itaque adveniens itinere terrestri Imperatrix, ad Pegem Ecclesiam celeberrimam, & Regium simul Palatium, qua continentem respicit urbs, desilit: sin mari appellat, circa Blachernas loco portus commodissimo, ubi aliud Blachernense dictum Palatium, terram salutat. Ecclesiæ porro Πηγῆς nomen est a *fonte* non minus continuo miraculorum profluvio, quam perennibus aquis exuberante. Ad salutares ejus aquas, si a Marciano, qui postmodum Romanum Imperium obtinuit, deferretur, lumen oculorum recuperaturum cæcus per divinam visionem est monitus. Tulit ille ἐκ τῆς Πηγῆς Marcianus cæcum, cæcus visum ex aquis retulit. Inde ait Menæum Græcorum miraculorum τῶν Πέγης origo, & celeberrimum loco nomen factum: ἐν τῷ ναῷ τῆς Πηγῆς ἔστιν ἀφθόνως ἐκφέρουσα, in templo ipso non adeo fons quam miraculorum ubertim decurrentium latex emergit, ait Cantacuzenus. Justinianus fonti:

Digitized by Google

Templum ſuperſtruxit. τὸν θεοτόκον Πηγὴν ὁ Ἰουστινιανὸς ἔκτισε, ſcribunt Orig. CP. Extat adhuc locus, Chriſtianis Turciſque venerandus, quodque ſupereſt Templum nulla ruina fœdatum, antiquitate non modice venerandum, ob pretium omne ſuperantes aquas a plebe Χρυσοπηγῆς, Aurei fontis accepit appellationem.

3. Πρὸς τὸν ἀκρόπολιν.) Ad urbis eum angulum, qui Chryſopolim oppidum Aſiaticum ex adverſo reſpicit, ubi hodie Principis Turcarum Regia: vulgus κέρας, *cornu* vocat.

4. Ἀρχοντισσῶν.) Legendum omnino ἀρχοντισσῶν. ἀρχοντιασσῶν enim nec uſus, nec Lexica, nec auctoritas docet. Eſt autem ἀρχόντισσα, *domina, fœmina nobilis*. Simon Portius, ἀρχόντισσα, δέσποινα, δέσποτις, Κυρία. *domina, hera*. Inter præcipuas hujuſmodi ἀρχοντίσσας. Cedrenus habet ζωστὰς, quæ Patriciorum cingulo & honoris inſigni uterentur.

5. Τὸ δοῦσιν αὐτὴν τὰ ἐρυθρά.) Non minus capiti corona, quam rubra calceamenta fuerunt pedibus Imper. inſignia. Logotheta de Joanne abdicante ſe Imperio: καὶ τὰ μὲν ἐρυθρὰ πέδιλα ἀπεβάλετο, καὶ τὸ περιμέργαρον πυραμίδα, εἰς ὃν καὶ λίθος ὑπερκάθηται κόκκινος. ἃ βασιλικὰ σύμβολα. *Deponebat rubra calceamenta, cum pileo pyramidis in formam compoſito, in cujus ſummitate carbunculus effulgebat: ea ſunt Imperatoris inſignia*. A regibus Albæ, tum ad ſe deduxit, tum ad poſteros Imperatores Roman. calceorum hunc colorem tranſmiſit Julius Cæſar. Dio lib. 43. τῇ ὑποδέσει τῇ ὑψηλῇ καὶ ἐρυθροχρόῳ ᾗ τοὺς βασιλέας τοὺς ἐν Ἄλβῃ ποτὲ γενομένους, ὡς καὶ φοσικῶν σφισὶ ὄντων τὸν Ἴουλον ἐκέκτητο. *Calceis altis coccinis, ut reges Albæ, quos propter Julum genere attinebat, utebatur*. Ammianus pedum tegmina purpurea vocat, quæ a Comite Largitionum ſervabantur. Hinc repetita toties in Græcorum hiſtoriis: Φοινικᾶ πέδιλα, πέδιλον ἐρυθρὸν, κοκκοβαφεῖς, ἢ φοινικοβαφεῖς, ἐρυθροβαφεῖς πέδιλον, ἐρυθρὰ ὑποδήματα. Ex pluribus unum aut alterum exemplum depromo. Botoniates apud Annam Comnenam exuens ſe Imperio, at non ejus inſignibus. μόνον ἔσομαι, φησὶ, τοῦ δὲ βασιλείας μετέχων ὀνόματος, καὶ τῆς ἀφημίας, καὶ τῶν ἐρυθρῶν πεδίλων. *Solum ero particeps Imperatorii nominis, & acclamationis, & rubrorum calceorum*. De Alexio ſcribit Gregoras, qui filiæ ἐρυθροῖς ὑποδεδέσθαι χρηπῖσι προστάξει, ἵν' αὐτή τε καὶ ὁ ταύτῃ συζυγησόμενος τῆς βασιλείας ἔσοιτο διάδοχος γένηται. *Rubros calceos induci juſſit, ut ipſa, & is cui nuptura eſſet, Imperio ſuccederent*. Ut Imperatrici nobiles fœminæ rubra calceamenta induebant, ſic non niſi proceres viri pedibus Imperatoris illa conſueverant immittere. Cantacuzenus qui fuerint deſignat lib. 3. cap. 27. νέος δὲ βασιλεὺς πρότερον ἐδῆτα βασιλικῷ ἐνδὺς, ἔπειτα ὑπ' ἀμφοῖν τῶν ἀπάντων τοῖς ἐρυθραῖς χρηπῖσι τοὺς πόδας κατεκόσμει. τὸν ἕτερον μὲν ὑπὸ τῆς ἀγχιστείας καὶ αἵματι προσηκόντων ὑποδούμενος, τὸν δὲ λοιπὸν ὑπὸ τῶν τὰ πρῶτα φερομένων ἐπ' εὐγενείᾳ καὶ λαμπρότητι μισθοφόρων Λατίνων. *Tum novus Imperator primum veſtem Imperatoriam induit; deinde in conſpectu omnium pedes crepidis purpureis exornat: quarum dexteram ei ſanguine proximi; ſiniſtram ex conductitiis Latinis nobilitate, & ſplendore generis primi inducunt*. Alta fuiſſe hæc calceamenta Dio monſtravit, vocans ea ὑπόδεσιν ὑψηλὴν. ad genu pertinuiſſe teſtatur Procopius lib. 3. de Ædif. Juſt. ὑποδήματα μέχρι εἰς γόνυ φοινικοῦ χρώματος, ὃ δὴ βασιλέα μόνον Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν ὑποδεῖσθαι *Rubri coloris calceamenta genu ſcontingentia, quibus ſolus Romanorum Perſarumque Imperator utitur*. τζάγγας, ideo vel τζάγγια barbaro nomine dicta exiſtimo: de illis actum ſuperius. *Edit. Pariſ. pag. 146.*

6. Ἐν ἡμέρᾳ ῥητῇ.) Finem hic ſcriptis imponit e Regiis MS. alterum, & vocem τέλος addit: ut quod ſequitur alieni auctoris opus eſſe conjiciamus.

7. Παρδόβαλα.) Alia lectio, παρδοβάγιλοι, *qui pardos curant*. feras enim ad oſtentationem vel delectationem principes enutriunt. βάϊλον ſuperius *procuratorem, bajulum* referre diximus: βαϊούλα vice, nonnumquam, βάγιον apud Theophanem, vel etiam βάγιλον lego: Regium hic habet παρδοβάγιλον: qua de cauſa *pardorum curatorem* expono.

8. Παρσινόχοοι.) Regium correcte παροινόχοοι, qui pincernis adminiſtrant, & aquas vel puriores vel ſalubriores, aut certe nives aut glaciem vino refrigerando equis aliunde vehunt.

Digitized by Google

Digitized by Google

JACOBI

GRETSERI

SOCIETATIS JESU

IN LIBRUM

GEORGII CODINI

CUROPALATÆ

DE OFFICIIS ET OFFICIALIBUS MAGNÆ

Eccleſiæ, & Aulæ Conſtantinopolitanæ,

COMMENTARIORUM

LIBRI TRES.

QUIBUS NON TANTUM CODINUS,

ſed & varia alia tam Græcorum quam Latinorum

monumenta explicantur & illuſtrantur.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX
CAPITUM LIBRI PRIMI
OBSERVATIONUM.

CAP. I. *Quis Codinus? quando? quæ libri inscriptio? Varia ejusdem vocabuli apud recentiores Græcos scriptura. Numerus Clericorum in magna Ecclesia.* Pag. 131

CAP. II. *Dubitationes quædam circa primum Catalogi quinarium; de Exocatacælis, deque magno Oeconomo.* 132

CAP. III. *Quis magnus sacellarius, & quis ὁ σακελλίου.* 135

CAP. IV. *De Chartophylace.* 138

CAP. V. *De Scevophylace, & Protecdico.* 139

CAP. VI. *De secunda Pentade officiorum & officialium.* 140

CAP. VII. *De tertia Pentade officiorum & officialium Ecclesiasticorum.* 141

CAP. VIII. *De quarta Pentade officiorum & officialium Ecclesiasticorum.* 145

CAP. IX. *De quinta Pentade officiorum & officialium Ecclesiasticorum.* 146

CAP. X. *De sexta Pentade officiorum & officialium Ecclesiasticorum.* 148

CAP. XI. *De septima Pentade officiorum & officialium Ecclesiasticorum.* 150

CAP. XII. *De octava Pentade officiorum & officialium Ecclesiasticorum.* 152

CAP. XIII. *De nona Pentade officiorum & officialium Ecclesiasticorum.* 153

CAP. XIV. *De aliis quibusdam officiis Ecclesiasticis a Citrio numeratis, deque illis quæ hodie apud Græcos usitata sunt.* 154

CAP. XV. *De officiis Ecclesiasticis aulæ Constantinopolitanæ, potissimum de Archidiacono.* 155

CAP. XVI. *De sacris vestibus ministrorum Ecclesiæ.* 157

INDEX CAPITUM LIBRI SECUNDI
Observationum.

CAP. I. *De inscriptione hujus partis; De Despota, deque Sebastocratore.* 160

CAP. II. *Cæsar, Magnus Domesticus, Panhypersebastus, Protovestiarius, & plures hujus generis.* 162

CAP. III. *Percurruntur reliqua officialium nomina, quæ continentur in catalogo capitis secundi.* 165

CAP. IV. *Explicantur obscura quædam vocabula ex capite tertio.* 167

CAP. V. *Explicationes & observationes circa reliquorum procerum Aulicorum insignia, quæ Codinus capite quarto exequitur.* 171

CAP. VI. *Observationes & explicationes in caput quintum Codini, quod est de ministeriis aulicorum.* 176

INDEX CAPITUM LIBRI TERTII
Observationum.

CAP. I. *Observationes & emendationes in caput sextum, quod est de feriis.* 184

CAP. II. *Observationes ad caput septimum, quod est de Mensa Imperatoris.* 192

Digitized by Google

INDEX CAPITUM.

CAP. III. *Observationes in caput octavum, quod est de Epiphania Domini.* 195

CAP. IV. *Observationes in caput nonum, quod est de festo adorandæ Crucis.* 198

CAP. V. *Observationes in caput decimum, de festo Palmarum.* 199

CAP. VI. *Observationes ad caput undecimum, quod est de luctu Imperatoris.* 200

CAP. VII. *Observationes ad caput duodecimum, quod est de officio magnæ Hebdomadæ.* 202

CAP. VIII. *Observationes ad caput decimum tertium, de Parasceve & Magno Sabbatho.* 209

CAP. IX. *Observationes ad caput decimum quartum de festo Paschæ.* ibid.

CAP. X. *Observationes ad caput decimum quintum, de festis extra palatium.* 213

CAP. XI. *Observationes ad caput decimum sextum, quod est de Fossato.* 217

CAP. XII. *Observationes ad caput decimum septimum, de coronatione Imperatoris.* 218

CAP. XIII. *Observationes ad caput decimum octavum, & decimum nonum, de creatione Despotæ, Sebastocratoris, & Cæsaris.* 222

CAP. XIV. *Observationes ad caput vigesimum, de Electione Patriarchæ.* 223

CAP. XV. *Observationes ad caput vigesimum primum, de lugubribus Imp. gestaminibus.* 227

CAP. XVI. *Observationes ad caput vigesimum secundum.* ibid.

CAP. XVII. *Miscellanea quædam.* 228

CAP. XVIII. *Errata quædam Georgii Douse in versione Codini detecta.* 233

CAP. XIX. *Supplementa pro originibus Constantinopol.* 239

Addenda Codino. 240

Digitized by Google

JACOBI GRETSERI
SOCIETATIS JESU
OBSERVATIONUM
ET EMENDATIONUM
IN
GEORGIUM CODINUM
CUROPALATAM,
DE OFFICIIS ET OFFICIALIBUS MAGNÆ ECCLESIÆ, Aulæque Conſtantinopolitanæ,
LIBER PRIMUS.

Edit. Pariſ. pag. 151.

QUIS CODINUS. QUANDO. QUÆ LIBRI INSCRIPTIO. Varia ejuſdem vocabuli apud recentiores Græcos ſcriptura. Numerus Clericorum in Magna Eccleſia.

CAPUT I.

QVis fuerit Georgius Codinus Curopalata, & quo ſeculo vixerit, non habeo dicere; ut nec illud, num Curopalatæ nomen, ſit cognomen, an officii Palatini. Illud liquet, ſequiore jam Græcia, & cum ad interitum tenderet, floruiſſe, poſt Cantacuzenum ſcilicet, vel cum illo.

2. Præter hunc librum, qui nobis eſt in manibus, ſcripſit idem Codinus παρεκβολὰς ἐκ τῆς βίβλου τῶ Χρονικῶ περὶ τῶν πατρείων τῆς Κωνσταντινουπόλεως, *Selecta ex libro Chronico de originibus Conſtantinopoleos*. quæ jam Græce & Latine exſtant: tametſi longe copioſiora in Bibliotheca Bavarica aſſervantur. Titulus ita a Junio formatus eſt. *Georgii Codini liber de officialibus Palatii Conſtantinopolitani, & officiis magnæ Eccleſiæ*. Nam alter titulus, quem ex manuſcripto quodam codice adducit, prorſus nihil ad hunc librum facit. παρεκβολαὶ ἐκ τῆς βίβλου τοῦ Χρονικῶ περὶ τῶν πατριῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ἢ πόθεν ἐκλήθη Βυζάντιον, σωμπεθεῖσαι παρὰ Γεωργίου Κωδίνου. Nihil, inquam, ad hunc locum hic titulus facit, quia eſt illius alterius de originibus Conſtantinopoleos, cui etiam ab editore recte præfigitur; licet non, ut Junius, τῶν πατρείων, a recto πατρεὰ; ſed melius τῶν πατρείων a plurali τὰ πάτρεια, nobis exhibeat; quo titulo etiam Heſychius Mileſius librum ſcripſit, qui jam vulgatus eſt. Et nota ſunt ex Suida, Diogenis Cyziceni τὰ πάτρια Κυζίκου, *res patriæ* ſeu *origines Cyzici*. *pag. 152.*

3. Et tamen ſuaviſſime nugatur Junius, cur liber iſte de officiis παρεκβολῶν appellationem tulerit, nempe, *quod ex libro, cujus inſcriptio eſt*, Chronicum, *excerptus fuerit, Chronicum hoc fuiſſe publicum Palatii Conſtantinopolitani, in quod Acta Curopalatæ retulerint, in quorum cuſtodia idem quoque liber fuerit*. Quid eſt nugas agere, ſi hoc non eſt? cum epigraphe iſta non ad hunc librum, ſed ad alium de originibus Conſtantinopoleos ſpectet, prout ab interprete totidem verbis eidem libro præfixus eſt. *Apiva Junius.*

Digitized by Google

Varia orthographia recentioris Græcitæ.

4. Recentiores Græci in orthographia dictionum, præsertim peregrinarum, varii sunt: addunt, ut παλλάτιον, κουροπαλάτης, δίβελλιον, φριμμικήριος, φλάμμουλον, & in pure Græcis κρέμμαδαι, pro, πάλατιον, κουροπαλάτης, δίβέλιον, φριμικήριος, φλάμουλον, κρέμαδαι.

Addunt etiam initio vocabulorum si inchoentur a β vel π, β mutato in π, ut βαίουλος, μπαΐουλος, Βελλαρμίνος, Μπελλαρμίνος, apud Gabrielem Episcopum Philadelph. in libro de sacramentis, μπάλλα: *palla*, *pila*. Μβασία, *Basa*, & id genus alia sine numero. Imo in ipso etiam vocabulo suum hoc μ adjiciunt ante β vel π, ut ῥομπέρτος, pro ῥοπέρτος, apud Annam in Alexiade, ταμπάριον, pro, ταπαρεῖος.

Detrahunt, σέλα, σακιλάριος, pro, σέλλα, σακιλλάριος, vel σακκιλλάριος.

Nec tamen hæc nimis scrupulose observant: hinc τὸ π sine adjectione τοῦ μ, sæpissime invenias, ut παπέλλα, παπέλλιον, πατερίκιος, πατριάρχης, & id genus alia innumera. Vide Glossarium Græcobar. π.

Plures Clerici, non officiales fuere.

5. Caye autem, ne novem pentadas Clericorum percurrens, suspiceris etiam ætate Codini non fuisse plures Clericos magnæ Ecclesiæ, quam his novem quinariis enumerentur: nam Officiales tantum hoc indice continentur. Olim quidem fuisse numerosissimum Clerum liquet ex Novella tertia Justiniani, qui, ne nimium diffunderetur, ad certum numerum restrinxit. *Sancimus*, inquit, *ne quando in sacrosancta majore Ecclesia ultra* LX. *presbyteros*, *diaconos vero mares centum*, *fœminas* XL. *& subdiaconos* XC. *lectores autem ultra* CX. *cantores ultra* XXV. *existant*, *ut universis reverendiss. clericorum majoris Ecclesiæ numerus in* CCCCXXV. *personis*, *& centum præterea ostiariis* (*ut vocant*) *consistat*. *In sanctissima igitur Majore almæ hujus urbis nostræ Ecclesia*, *& tribus illi sacris ædibus ei coadunatis*, *tanta clericorum multitudo esto*, *neminem eorum*, *qui nunc sunt*, *ejiciendo*, *tametsi multo major numerus existat*, *quam a nobis definitus est*: *nemine item de cætero per ullum ordinem*, *qui hoc tempore est*, *adjiciendo*, *donec intra hunc numerum mensura consistat*.

Justinianus Clericorum numerum definivit.

Heraclius itidem Clericos restrinxit.

Heraclius Imperator in Diplomate de numero definito Clericorum Magnæ Ecclesiæ Tom. 1. Juris Græco-Roma. *Religiosorum presbyterorum catalogus ad* LXXX. *diaconorum vero marium ad* CL. *fœminarum diaconissarum*, *ad* XL. *subdiaconorum*, *ad* LXX. *lectorum ad* CLX. *cantorum ad* XXV. *ostiariorum ad* LXXV. *quacumque tandem caussa*, *redigatur*. Idem Imperator Clericos officiales hoc numero definivit, nimirum ut essent Syncelli duo, Cancellarii duodecim, Defensores decem, Referendarii duodecim, Notarii quadraginta, Scevophylaces presbyteri quatuor, Scevophylaces Diaconi sex, Lectores duo, &c. quæ cum officialibus Codini non satis concinunt. Sed in his nihil erat apud Græcos constantius, quam ipsa inconstantia, & mutandi mos indefinens. Index primus Officialium qui novem pentades antecedit, non videtur esse a Curopalata: cur enim bis battologice, nec satis constanter, eosdem eodem propemodum loco percenseret? Nolui tamen omittere, cum in editione Juniana exstet, &, nisi me fallit memoria, etiam in altero Codice Bavarico.

Edit. Paris. pag. 153.

DUBITATIONES QUÆDAM CIRCA PRIMUM catalogi quinarium. De Exocatacælis, deque Magno Oeconoma.

CAPUT II.

1. CAtalogus Officialium Magnæ Ecclesiæ deest in altero manuscripto Bavarico, quemadmodum & in Lautheriano: sed cum ab aliis exemplaribus repræsentetur, minime omitti debuit, quandoquidem ab ipso etiam libri titulo promittitur.

2. Ante novem pentadas seu quinarios Officialium Magnæ Ecclesiæ premittitur Officialium index, qui sola vocabula continet, at nec omnia, nec ordinate, ut antea dictum. Noluimus tamen præterire, ne quis fidem nostram desideraret: pleraque non tam sunt Officiorum indigitamenta, quam inanium titulorum crepitacula, etiam extra Constantinopolim ad alias Græcanicas Ecclesias prolata, ut videre est in Turcograeciæ lib. 4. ubi exstat epistola Clericorum insulæ Chii ad

Digitized by Google

Patriarcham Conſtantinopolitanum, in qua invenies *Sacellarium Chii*, *Logothetam Chii*, *Protoſyngelum Chii*, *Caliarchum Pneumaticum & Protecdicum Chii*, *Canſtriſium Chii*, *Protopſalten Chii*, *Dicæophylacem Chii*, *Nomophylacem Chii*, *Referendarium Chii*, *Doctorem Evangelii*, *Doctorem Apoſtoli*.

Nomina potius inanium titulorum quam officiorum.

Dividit Codinus officia Magnæ Eccleſiæ in novem pentadas ſeu quinarios. Extant etiam iſtę pentades Tom. 1. Juris Græco-Romani lib. 4. in ipſa calce, ſed tribus pauciores, quia index ille tantum ſex pentadas adducit.

Officiales primæ pentadis.

3. In prima ergo Pentade apud Codinum continetur, 1. *Magnus Oeconomus*. 2. *Magnus Sacellarius*. 3. *Magnus Scevophylax*, ſeu *cuſtos ſacrorum vaſorum*. 4. *Chartophylax*. 5. ὁ σακελλίου, *curator* ſeu *præfectus Sacelli*. 6. *Protecdicus*, ſeu *defenſor primus*. Ubi mirum vocari pentadem, quæ ſex complectatur.

Quare prima pentas ſex Officiales contineat.

Sed hanc admirationem eximet nobis Joannes Epiſcopus Citri in Reſponſis ad Conſtantinum Cabaſilam Dyrrhachii Archiepiſcopum, ita ſcribens lib. 5. Juris Græco-Romani, Tom. 1. fol. 327. τὸ τῶ πρωτηκδίκου δὲ ὀφφίκιον ἐν τοῖς ὑποβεβηκόσιν ὂν ἐκπαλαι, ὕστερον τοῖς ὑπερέχουσι συνετάγη παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας λήξεως πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Γεωργίου τοῦ Ξιφιλίνου. τῇ τοιαύτῃ δὲ ταύτῃ ἐπινικολύθησε, καὶ γνώμῃ γενικῇ ἢ ἐν ἁγίοις μητροπολίτου Θεσσαλονίκου Εὐσταθίου, ἐπαινέσα καὶ ἐξαίρουσα καὶ γεγονὸς, ὡς δὲ λόγως, καὶ ἀμέμπτως πραχθέν. *Officium Protecdici olim minoribus annumerabatur. Poſtea majoribus adſcriptum eſt a beatæ memoriæ Georgio Xiphilino Patriarcha Conſtantinopolitano. Quod factum ſuffragio ſuo approbavit itidem Euſtathius Metropolitanus Theſſalonicenſis, ſummis laudibus, tamquam rectum rectæque rationi conſentaneum, id evehens.*

Protecdicus inter majora officia recenſitus.

Cum ergo olim quinque dumtaxat hoc quinario comprehenderentur, jure Codinus πενταδα nominavit, reſpiciens nimirum ad antiquiorem, non ad illum a Xiphilino introductum numerum. Nam & Balſamon in *Melete*, ſeu diſceptatione ſua de officio Chartophylacis, & Protecdici, Tom. 1. Juris Græco-Rom. fol. 455. quinque tantum in hac prima claſſe ponit, omiſſo Protecdico, eoſque dicit eſſe quaſi quinque ſenſus Patriarchę, quibus tamquam inſtrumentis, negotia omnia exequatur. Vocat etiam horum quinque Eccleſiaſticorum procerum miniſteria, πέντε σεκρέτων διαγῆ λογοθέσια, hoc eſt, *ut interpres vertit, quinque ſecretorium religioſa ratiocinia*. Rectius forte: *quinque ſecretorum conſiſtoria*. nos *rebus expediendis præfectos*. Et quivis horum habebat ſua in functione plures adjutores, quos Balſamon vocat *Chartularios*, τῶ κόπου συμμετοχὰς, καὶ σεκρετικὰς διακονητὰς, *Laboris conſortes*, *Senatuſque illius ſeu Conſiſtorii ſeu Conſilii adminiſtros*.

Balſamon in prima pentade quinque recenſet.

Edit. Pariſ. pag. 154.

Adjutores plures cujuſvis Officialis.

5. Appellabantur iidem ἐξωκατάκοιλοι ἄρχοντες; ut Balſamon docet, & Joannes Citrius, etſi in hujus Reſponſis ſcribatur hoc nomen in penultima non per οι, ſed per η, ἐξωκατάκηλοι, & Latine, Exocataceli, ut in editione Bonefidii. Sed vitioſe: nam recta ſcriptura eſt ἐξωκατάκοιλοι, Latine *exocatacœli*. Graviter errat Junius cum pag. 5. & 6. verbum hoc in duo dividit, ἔξω καταχοίλων, itaque interpretatur, *Catacœlorum*, *qui foris ſunt*: nugæ. Unicum vocabulum eſt, non duo. Quare legendum, ὁ πρωτονοτάριος θύρα τῆς ἐξωκαταχοίλων. Hinc etiam reformanda lectio pag. 131. & 133. editionis Junianæ, * ubi Junius, ἓξ κατέχοιλοι, redditque, *Sex Catacœli*: Quam lectionem vitioſam eſſe, (licet in Bavaricis quoque Codicibus appareat) vel ex deſcriptione Protonotarii diſcere poterat: ubi ſcriptum in ſuis etiam exemplaribus reperit, ἐξωκαταχοίλων. quamvis male disjunxit, quæ conjungenda erant. Quomodo ergo nunc ex ἔξω procudit nobis ἓξ? Eo item nomine non poteſt ferri illa lectio: quia ἄρχοντες iſti vocabantur tunc etiam ἐξωκατάκοιλοι, quando erant tantum quinque, ut ex Balſamone planum: non ergo a numero dicti ſunt ἓξ κατάκοιλοι.

Junius male dividit vocem ἔξω καταχοίλων, & ἓξ κατάκοιλοι.

* *Vide Codinum cap. 9. n. 4. & 5.*

6. Sed quæ notio hujus nominis ἐξωκατάκοιλοι? Ut Junio ſuaviter *de vallibus, & de Eccleſiis in editiore loco Conſtantinopoli ſemper exſtructis* philoſophanti aſſentiar, committere non poſſum: ſed eum qui ex *Exocatacœlis* nobis *Catacœlos* procudit, falſam itidem originationem fabricare, nec inſolens, nec novum videri debet, cujus falſitas cuivis abſque mora ſubolebit, qui hęc Junii verba cum ſenſu perpenderit. *Maximæ Eccleſiæ præerat Patriarcha; reliquis Paſtores fui, qui dicebantur Catacœli,* κατὰ τὰς κοιλάδας, *ſinguli commorantes*. Scilicet Conſtantinopoli omnes Parochi habitabant in vallibus; nullus in excelſiore urbis loco: alioquin *Juniani Catacœli* nomen tueri non potuiſſent. Nec plures in

Tertius Junii error in notione confictæ vocis. ἐξοκαταχοίλων.

Digitized by Google

tanta civitate Parochi erant, quam quinque aut ſummum ſex: Nomen enim *Catacœli*, ſeu, ut nos ſcribimus, *Exocatacœli*, quinque, vel ſex dumtaxat obtinebant.

Petri Gregorii Toloſani opinio rejicitur.

7. Nec magis veriſimilia de iſtis apponit nobis Petrus Gregorius Toloſanus lib. 15. cap. 9. Syntagm. univerſi Juris, ubi dicit, a Græcis vocari *Evicellos* Epiſcopos nonnullos, nulli Metropolitano ſubjectos; Patriarchis familiares & ſuffraganeos, ſemperque aſtantes; quales deſcribit Vvilhelmus Tyrius lib. 14. Belli ſacri cap. 12. quos ipſe Tyrius dicit a Græcis appellari *Cancellos*. Petrus Gregorius ſuſpicatur ſubeſſe mendum. Forſan enim ſcripſit Tyrius „ *Catacelos*, ut rectus ſit, κατάκηλος, κατάκηλοι, a κατακηλέω, quod eſt *permulceo, ſuavitate animum delinio*. Hinc κατακηλητικὸς, *vim demulcendi habens*. Et cur non hinc itidem κατάκηλος? Illud alterum *Evicellos* format Petrus Gregorius παρὰ τὸ ἀκήλης, hoc enim nomine ſignificant Græci *ſtantes ſine motu, quietos*; Hinc apud Heſiodum πόντος ἀτρύμων, ἀκήλος.

κατάκηλος a κατακηλέω nil facit pro Exocatacœlis.

Evicelli nil ad Exocataeelos.

8. Sed hæc nihil ad Exocatacœlos noſtros faciunt; ſive iſti *Evicelli* a P. Grerio allati aliquando in rerum natura extiterint, ſive ex cerebro eximii illius Jureconſulti prognati fuerint, ut ego quidem exiſtimo, legendum enim apud Tyrium *Cancellos*, id eſt, ſyncellos, ejuſdem cellæ ſocios & habitatores. Et nupera editio Tyrii ſyncellos exhibet: tametſi prior illa lectio melior, & ſcripturæ vulgatæ propior ſit.

Exocataeli Patriarcharum diaconi. *Edit. Pariſ. pag. 155.*

Adde Concellos iſtos fuiſſe Epiſcopos, tametſi ſuffraganeos, ut Tyrius appellat. At Exocatacœli noſtri non erant Epiſcopi, ſed Patriarchales diaconi, Valeant ergo iſti *Evicelli*, antehac inanditi, Tyriuſque ſuos *Concellos*, & Codinus ſuos *Exocatacœlos* retineat.

Conjectura pro Exocataeœlis. ſ. Exocataeœtis.

9. Neſcio an audeam proponere conjecturam meam, quam diu jam premo; ſed promatur, quandoquidem nullius periculo prometur. Quid ſi unica litterula mutata legamus ἐξωκατάκοιτοι? *qui foris dormiunt, qui foris cubant*, non in Patriarcheo: olim namque proprias Eccleſias adminiſtrabant, & ſic ſua domicilia extra Magnæ Eccleſiæ limites incolebant, in iiſque quietem capiebant. Canon Trullanus 46. de Monialibus, παντελῶς δὲ αὐταῖς ἐξωκοιτεῖν οὐκ ἔξεστι. Ubi Zonaras Græcus interpres: ᾧ μηδὲ ἔξω τῆς μονῆς τινὰ νύκτα διάγειν. τοῦτο δὲ τὸ, ἐξωκοιτεῖν. *Neque fas illis eſt noctem extra cœnobium agere: hoc enim eſt* ἐξωκοιτεῖν, *abnoctare, extra cubare, dormire*. Probabilior redderetur conjectura, ſi ἐξωκαπακοιτεῖν, legeretur. Verum prior quoque lectio ſuſpicioni noſtræ aliquid veriſimilitudinis conciliat; longeque plus fulcimenti adhuc accederet, ſi aliquis manuſcriptus Codex ἐξωκαπακοίτας nobis repræſentaret. Apud Nicetam in vita Ignatii lege Λέων ὁ καλούμενος καπακοίλας, ſed nihil hic ad rhombum. Tempore Leonis Armenii, & ante itidem, Clerici Palatini non in Palatio, ſed foris in privatis ædibus commorabantur, & tertia circiter vigilia noctis ad Elephantinam (portam) congregabantur, indeque ad Eccleſiam abibant, & matutinas preces Deo perſolvebant, ut ſcribit Joannes Curopalata, in Leone Armenio. Poſtea in Aula ſeu Regia habitarunt; eo quod interfectores Leonis Armenii, nocte Nativitatis Domini his Clericis immiſti, Templum ingreſſi eſſent, & Leonem trucidandi occaſionem, nec fruſtra captaſſent. Quid ſi Exocatacœlis quoque mos extra Patriarchicum pernoctandi fuit? Erant olim iſti Exocatacœli ſacerdotes; poſtea ab Patriarcha quopiam in Patriarchalium Diaconorum numerum redacti; ut Patriarcha diebus ſolemnioribus miniſtris honoratioribus non careret, ut patet ex ipſo Codino capite 9. numero 4. & ſequentibus.

Auctoritas Exocatacœlorum.

10. Magnæ fuerunt auctoritatis *Exocatacœli*, quam ex his pauculis Codini verbis colligas: ἅτοι κάθηνται ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ συνόδῳ μετὰ τοῦ Ἀρχιερέως. *Iſti* (Exocatacœli) *ſedent in ſacra ſynodo cum ipſo Patriarcha*. Chartophylaci, uni ex iſtis moverunt aliquando litem Epiſcopi, διὰ τὸ προκαθῆσθαι αὐτὸν τοῦ Ἀρχιερέως, ὁπηνίκα δέοι πάντας συνέρχεσθαι κατά τινα χρείαν, καὶ συνεδριάζειν καὶ αὐτὸν πρὸ τῆς εἰς τὸν ἁγιοσύνην σου εἰσελεύσεως, *quod ſederet ante Epiſcopos, quoties illos convenire ob aliquam neceſſitatem oportebat, antequam ad Patriarcham ingrederentur*. Verum pro Chartophylace reſcripſit Alexius Comnenus; Extat Novella ejus inter illas, quas cum Ecloga ſeu Synopſi Juris Romani edidit Leunclavius

Exocataeli ſeſſione Epiſcopis ſuperiores.

Exocatacœli in Florentino

Eorumdem fit mentio in Concilio Florentino, tamquam auctoritate & di-

Digitized by Google

gnitate in Clero Græcanico valde excellentium. ὁ δὲ πάπας ὁ πατριάρχης ἠσπάζετο ἰσάμωμον ἐν τῇ παρειᾷ, ἡμεῖς δὲ καθημένῳ τὴν δεξιὰν αὐτοῦ, καὶ τὴν παρειὰν σὺν τοῖς ἐξωκατακοίλοις. *Patriarcha Papam ſtantem oſculatus eſt in gena. Nos vero cum Exocatacœlis ſedentis dexteram atque genam oſculati ſumus.* παραγενομένου δὲ αὐτῷ τοῦ βασιλέως τοῦ ἁγίου τῷ καρδιναλίων καὶ πάντων τῷ Ἀρχιερέων, καὶ τῷ ἐξωκατακοίλων. *Præſentibus Imperatore, Cardinalibus, & omnibus Epiſcopis, & Exocatacœlis.* Hactenus de Exocatacœlis in genere. Concilio genam & dexteram Papæ oſculati.

11. Quod attinet ad Oeconomum, qui primus inter Exocatacœlos, ejus officium his verbis deſcribit Codinus *. ὁ μέγας οἰκονόμος κρατεῖ πάντα τὰ κτήματα τῆς ἐκκλησίας, καὶ πᾶν τὸ ἐσοδιαζόμενον ἐξ αὐτῶν, καὶ οἰκονομεῖ τῷ Ἀρχιερεῖ, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ. Quæ ſic interpretatur Junius. *Magnus Oeconomus, qui in omnes poſſeſſiones Eccleſiæ auctoritatem habet, omnemque reditum, qui ex eis percipitur. Miniſtrat autem ſacerdoti ſummo & Eccleſiæ hac Oeconomica procuratione.* Quanto brevius & diſtinctius dixiſſet; *Magnus Oeconomum eſſe illum, qui in omnes facultates proventuſque Eccleſiæ jus habet; procuratorque eſt Epiſcopi ſimul ac Eccleſiæ.* Breviter eumdem deſcripſit Balſamon: καὶ ἔχει πῶν ἐκκλησιαστικῶν κτημάτων τὴν φρόνοιαν ὁ μέγας οἰκονόμος. *Curam gerit Eccleſiaſticarum facultatum magnus Oeconomus.* * num. 2. Officium Oeconomi qui primus in Exocatacœlis. Edit. Pariſ. pag. 156.

Natum eſt autem illud, ὁ μέγας, ex recentium Græcorum ambitione, qui officiis & dignitatibus titulum μεγάλου admodum liberaliter præponebant; & ſæpe duo officia, cæteroquin paria, aliter non diſtinguebant, quam vocis τοῦ μεγάλου appoſitione. Qua in re longe parciores & reſtrictiores ſunt ſemperque fuerunt Latini, qui & ad omnes, etſi virtute & eruditione præſtantes, raro hoc elogium quaſi prænomen aut cognomen tranſtulerunt, cum tamen apud Græcos nihil ſit frequentius, quam illud, ὁ μέγας, ὁ μέγας, &c. ſæpe ex muſca μέγαν elephantem facere ſolent. Et jam quoque ex ingenito faſtu μεγάλου titulo mirifice ſeſe circumſpiciunt. ὁ μέγας ῥίπωρ, ὁ μεγὰς σακελλάριος, ὁ μέγας οἰκονόμος, cum ſint omnium prope mortalium longe miſerrimi propter jugum Turcicum. μέγας ambitioſus Græcorum titulus.

QUIS MAGNUS SACELLARIUS. & quis ὁ σακελλίου.

CAPUT III.

1. Ὁ μέγας σακελλάριος appellatur a Ioanne Citrio, ὁ ἐπὶ τῆς μεγάλης σακέλλης, *qui magnæ ſacellæ præeſt.* At ὁ τοῦ σακελλίου, vocatur quoque ὁ ἐπὶ τὴν μικρᾶς σακέλλης, ἤγουν ὁ σακελλάριος; *qui præeſt parvæ ſacellæ.* In Turco-græcia non male dicitur *ſacellius*. Quid vero σακέλλα, ſeu ſacella, ſeu σακέλιον ſeu σακέλλιον, ſeu σακέλλιον? his enim nominibus utuntur recentiores Græci, a quibus ſacellarii magni & minoris nomina deducunt. σακέλλιον, inquit Svidas, βαλάντιον, μαρσύπιον, ἐξ οὗ καὶ σακελλάριος. *Sacellium eſt crumena, marſupium, a quo & ſacellarius.* Heſychius: σακέλλα, ὅπου τὸ χρυσίον τίθεται σακέλλιον, ὁμοίως. *ſacella, ubi aurum ponitur: ſacellium, ſimiliter.* σακέλλιον quid. σακέλλα.

2. Nec dubium, nomen hoc ad Græcos veniſſe ex Latino; ſeu potius multis communi vocabulo, *ſaccus, ſacculus, ſaccellus*, extricto altero C. Hinc Germanicum *SacKle*, & *SecKel*, pro *loculis*; & *SecKelmaiſter* quæſtor, *præfectus ſacculi*, ſeu *ſaccelli*. Quare ſi duos iſtos propriis nominibus afficere velimus, tum ὁ μέγας σακελλάριος erit nobis *der groſſ oder groſſer SecKelmaiſter.* ὁ τοῦ σακελλίου, ſeu *ſacelli*, *der Klain SecKelmaiſter*; quia Eccleſiæ pecunias curabant, aſſervabant, expendebant. Et hæc eſt primaria appellationis hujus ratio; petita nimirum a *ſacculo*, hoc eſt, ab ærario Eccleſiaſtico, cui præerant. Magnus ſaccellarius & qui præerat ſacellio, pecunias Eccleſiæ tractabant.

3. Interim alia quoque munia obibant; nam *Magnus ſacellarius poteſtatem habet in virorum & mulierum monaſteria, quo in munere adminiſtro utitur illo, qui Antiſtes monaſteriorum appellatur*, de quo Codinus in quinta Pentade, ſicut & ὁ τοῦ σακελλίου adjutorem habet ἄρχοντα τῆς ἐκκλησιῶν, de quo in quinto Quinario. Non abſimilia Balſamon. *Magnus ſacellarius curam gerit monaſteriorum, tam eorum quæ ſunt intra urbem, quam* τῶν περατικῶν, hoc eſt, quæ ſunt in Pera, ſeu Peræa; cum civitatis Imperatricis decima tertia regio ſit Pera, ſeu Peræa, ut patet ex deſcriptione Urbis Conſtantinopolitanæ; inter cujus regiones locum decimum tertium obtinet *Sycena*; quæ alio nomine *Pera*, & hodie *Galata*. Cum ergo ad Conſtantinopolitanam urbem pertineat; non immerito curam & inſpectionem habet *ſacellarius* in Monaſteria erant ſub magſacellario. Peratica monaſteria quæ ſunt in Pera.

Digitized by Google

monaſteria, quæ in Pera ſita ſunt: quæque Balſamon vocat *Peratica*; a Pera enim urbe deduxit hoc nomen.

4. Minor ſacellarius, ſeu *ſacellius Catholicas Eccleſias ſua in poteſtate habet, & ſacelin, ſive ſacellium*, inquit Codinus. Ubi mentio fit ſacelli, ne cogitares curam Eccleſiarum excludere *ſacellium* proprie dictum. Et quamvis in deſcriptione officii *Magni ſacellarii* denuo non repetatur cura *ſacellæ*; attamen ipſum nomen id ſatis indicat: nemo enim proprie, imo forſan ne apte quidem nominatur abſolute *ſacellarius*, eo quod curat tam virorum, quam Virginum monaſteria. *Minori ſacellio* tribuit Balſamon, in ſua diſceptatione de Cartophylace, etiam curam & adminiſtrationem Emphyteuſium: ait enim; ὁ σακελλίου, *prefectus ſacelli* curam gerit τῶν καθολικῶν ἐκκλησιῶν, *Catholicarum Eccleſiarum* (inepte interpretes *Eccleſiarum in genere*: quem errorem non ſemel errat) πρὸς δὲ καὶ ἐμφυτεύσεων τὴν διοίκησιν, *inſuper etiam Emphyteuſium curam & adminiſtrationem habet*.

Edit. Pariſ. pag. 157.

Sacellarius minor præter Eccleſias Catholicas curat ſacellium proprie dictum, ſ. pecunias.

Emphyteuſes minor ſacellius curat.

In Turcogræcia ſubditur alia cura, nempe ſupplicum & confugientium ad Eccleſiam. Interea non expungitur cura proprie dicti *ſacellii*; tametſi neſcio quam vere Turcogræcia hoc munus ſacellio tranſcribat; cum ibidem paulo poſt idem munus aſſignet Protecdico, τὰς πρόσφυγας ἀναδέχεσθαι, *confugientes ad Eccleſiam recipere*: ut interpretatur Turcogræcus Cruſius: utut ſit, ὁ σακελλίου a *minori ſacello pecuniario ſeu ærario*, nomen habet, ut *major ſacellarius a majore ſacello*: non aliunde, neque talis nominatur niſi reſpectu ad curam ſacelli.

Protecdici & ſacellii munus confunditur.

Proprie uterque ſacellarius curabat ærarium.

5. Quare non ſatis aſſequor, quod Balſamon affirmat in Melete ſua de Cartophylace & Protecdico: τὸ σακέλλιον παρὰ Ρωμαίοις εἶναι παρὰ τὸ διοικεῖν καὶ φυλάττειν, *apud Romanos eſſe ab adminiſtrando & cuſtodiendo*: aut enim loquitur Balſamon de derivatione vocis: & tunc σακέλλιον non magis eſt παρὰ τὸ διοικεῖν καὶ φυλάττειν, quam παρὰ τὸ τύπτειν καὶ μάχεσθαι. aut loquitur de ſignificatione vocum; & tunc verum eſt, *præfectum Sacellio*, ſeu *Sacellarium* eſſe διοικητὴν καὶ φύλακα, & hanc præfecturam eſſe φυλακὴν *cuſtodiam*; ſed non ideo omnis φύλαξ eſt *ſacellarius*, nec omnis φυλακὴ, *cuſtodia ſacelli*; ſed ille tantum φύλαξ eſt *ſacellarius*, cui *ſacella* credita eſt, & illa tantum *cuſtodia ſacellæ*, quæ circa ſacellam occupatur: Alioquin ſi omnis phylax eſſet *ſacellarius*, etiam opiliones & caprarii eſſent *ſacellarii*; quia ſunt φύλακες, *cuſtodes*, ut alias abſurditates taceam.

Derivatio Balſamonis explicata.

6. Quod ſi quid aliud *ſacellii* nomen obtinuit, ejus curatorem ſeu cuſtodem, quo minus *ſacellarium* vel *ſacellium* appelles, non impedit. ἡ τὰς κακούργους δὲ φυλάττουσα πατριαρχικὴ σακέλλη, ἐντεῦθεν, καὶ οὐκ ἄλλοθεν μετωνόμασαι, ὥσπερ δὴ καὶ τὸ σακέλλιον. *Hinc* (a cuſtodia) *Patriarchicus carcer dictus eſt ſacella, quemadmodum & ipſum ſaculium*. Sed nec a cuſtodia, nec propter cuſtodiam Patriarchicus carcer dictus eſt *ſacella*; ſed aliam ob cauſſam, quæcumque illa fuerit: alioqui omnis carcer, quatenus cuſtodia eſt, vocaretur *ſacella*; quod non eſt ita; ſicut & apud Germanos non omnes carceres, ſed certi quidam, vocantur *ſacci*, *SacK*, non ob cuſtodiam præciſe, quia alioqui omnes carceres appellarentur *ſacci*; quia omnes ſunt cuſtodiæ; ſed alias ob cauſſas, quas nominis impoſitor ſpectavit. Quoad carcerem, *ſacellæ* nomen tulerunt Virginum monaſteria, cum ſint quaſi quidam carceres; quia nulli egredi licet, niſi graviſſima urgente cauſſa, nec ſine honeſto comitatu, qui ducant & reducant, ut præcipitur in 46. Canone Truſſano. Et huc ſpectant illa, quæ in Turcogræcia pag. 203. ex Auguſtano MS. Pachymeris Codice annotantur. ὅτος (ὁ μέγας σακελλάριος) ἐπιτρέπει τὰ ἱερὰς σακέλλας, δηλονότι τὰ γυναικεῖα μοναστήρια. *Iſte* (magnus ſacellarius) *adminiſtrat & curat ſacras ſacellas, nempe monaſteria fœminarum*.

Sacella Patriarchicus carcer dictus & qua notione.

virginum monaſteria *ſacella* dicta.

7. Si quis ob hujuſmodi ſacellas earum curatorem velit quoque ſacellarii nomenclaturam tuliſſe, cum hoc non pugnabo: dummodo non abnuat, ſacellarium primario nominatum a ſacello pecuniario, ſeu ab ærario; ut ſupra diximus. S. Anaſtaſius Sinaita in ſuo Hodego dicit *ſacellarium* eſſe nomen Syriacum. σάκελλα γὰρ τὸ δέχεσθαι εἴρηται. *Nam ſacella eſt receptaculum, a recipiendo ſic dictum*. Nec mirum; *ſaccum* & *ſacellum* omnes linguas pervagatos, etiam in Syriacam irrepſiſſe.

Sacellarius nomen Syriacum.

pag. 158.

8. Ex his quæ hactenus dicta, facile erit judicium facere; quam vera ſint, quæ de *ſacellario* & de *præfecto ſacellii* Junius commentatur pag. 245. & 246. *Nomen eſt ambiguum*, σακελλάριος, inquit Junius. Sit ita; quandoquidem Joannes Citrius ἐπὶ τὴν μικρὰς σακίλλης etiam *ſacellarium* nominat, cujus plura forte exempla non reperies; aptius *ſacellius* vocabitur, ſi uno nomine vocare velis: *nam modo perſonarum*

Junius refutatur, ſacellarium ad perſonas, ſacellium ad loci cuſtodiam trahens.

Digitized by Google

rum reſpectu dicitur, qui ſacris hominibus & DEO dicatis præfectus eſt, modo rerum, locorumque; puta is, qui templis, domibuſque ſacris. At ὁ τῶ σακελλίου non modo parietibus templorum præerat; ſed & clero ad illa templa pertinenti; & confugientibus quoque ad illa templa: hoc enim eſt κρατεῖν τὰς καθολικὰς ἐκκλησίας. Ergo & ὁ τῶ σακελλίου non modo in res & loca; ſed & in perſonas jus habuit, æque ac magnus ſacellarius. Cadit ergo hæc Juniana diſtinctio: *Hominum procuratio & præfectura dicitur ſacellaria; locorum vero ſacellium.* Ex quo auctore probas hoc diſcrimen? quis ille, qui priore illo vocabulo tua notione utitur? Certe *ſacellarium* deducit Balſamon a *ſacella*; & hanc, a *ſacello*, ut & τὸν τῶ σακελλίου, quod ait eſſe ὑποχορισικὸν, ſeu diminutivum a *ſacello*, ſeu *ſaccello*: nam diminutivum a diminutivo formari, ut a *ſacello*, *ſacellium*; (ſicut Latine a ſacculo *ſaccellum*, *ſaccellulum*) nemo neſcit.

Nec verum illud: σακελλίου, id eſt, *rerum ad ſacras ædes & ſaccella pertinentium*. Nihil minus: quia nihil hic de ſacellis quæ Latinis *Sacella*, *Cappellæ* (unde Sacellanus & Cappellanus:) nec ὁ τῶ σακελλίου, *a ſacris ſacellis*, quæ ſunt Cappellæ, nomen habet; nec ad curam ejus ſpectabant ſacræ veſtes, vaſa, reditus, & id genus alia ad templa ſeu ſacella ſacra (quas Græci vocant παρεκκλησίας, ſeu παρεκκλήσια,) pertinentia; quia hæc alios curatores habebant, ut ex ipſo Codino notum eſt; * noſter autem *ſacellarius* & *ſaccellius* nomen hoc habent a *ſacello*; & ſi primam originem repetere velimus, a *ſacco*, ut ſupra probatum eſt, *n.* 1. 2. &c.

σακέλλιον non eſt ſacellum, id eſt, ædicula ſacra.

* num. 4.

9. Coronidis loco addamus & hoc *ſacellarii* nomen eadem formatione & notione ne Latinis quidem ignotum fuiſſe. Adſcribam verba Onuphrii ex libello de interpret. obſcurarum vocum Eccleſiaſticarum. *Sacellarius, alias ſaccularius, a ſaccello pecuniarum, quas erogabat dictus, &c. Hunc hodie Theſaurarius repræſentat. Cujus muneris Bibliothecarius* (Anaſtaſius) *ſæpe mentionem facit. Dictus autem eſt a ſacco, ſaccularius, vel a ſacello, id eſt, parvo ſacello, ſacellarius, quæ vox apud Auguſtinum extat in commentariis Pſalmorum.* Hæc Onuphrius. *Sacelli* nomen pro theſauro ſeu ærario uſurpat quoque Corippus lib. 4. de Laudibus Juſtini, his verbis.

Sacellarius etiam Latinis dictus ærario præfectus.

Sacellus, ærarium.

Patricius ſenio fulgens Calinicus honoro,
Qui pater Imperii meruit jam factus haberi,
Gratior auguſti ſervans pia gaza ſacelli:
Namque illi moriens mox Juſtinianus honores
Contulerat, fidæque prius naraverat auri
Conſilii ſecreta ſui.

Fuit ergo Calinicus iſte *ſacellarius*, ſed aulicus, non eccleſiaſticus. S. Gregorius Magnus lib. 4. epiſt. 34. nominat ſe *ſacellarium* Romanum. *Putavi interdum*, inquit Illuſtriſs. Baronius Tom. 8. Anno Chriſt. 595. num. 17. *in textu Gregorii pro ſacellarium, legi debere ſaccellarium, quaſi a ſaccellis ſumptum nomen, quod ſatis ipſe Gregorius docet, dum oſtendit, ſacellarium fuiſſe Theſaurarium pecuniæ publicæ, cujus rei gratia oportuit ipſi creditos eſſe pecuniarum ſacculos; ob idque ſacellarium dictum eſſe. Huic meæ ſententiæ ſuffragatur idem Gregorius in epiſtola * ad Honoratum diaconum; ubi agens de ſolutione conſuetæ pecuniæ gro dignitate conſulari adipiſcendæ, ait: Magis ex ſe agat dilectio tua, quatenus oblatis in ſaccella conſuetudinibus, honores mereatur accipere. Ubi per* ſaccella, *certum eſt intelligi Principis pecuniariam capſam, & proinde per ſaccellarium, Theſaurarium. In quam ſententiam & Iſidorus *, Fiſcus, inquit, eſt ſaccus publicus.*

* Greg. l. 12. epiſt. 27. indict. 7.

* Iſid. Orig. l. 20. c. 9.

10. Sed nil opus ulla mutatione; nam & *ſacellarius* eſt *ſaccellarius a ſacello*, ſimplici *c*, vel a *ſacella*, quam nobis paulo ante Corippus deſcripſit: quia Latini Græcos imitati, aliquando alterum *c* expungunt. Idem ergo eſt *ſaccellarius* & *ſacellarius*. Quapropter probare non poſſum ejuſdem magni viri diſcrimen, quod ſtatuit hunc in modum: Apud Latinos, ſi *ſaccellarius* ſcribitur a ſaccellis, Theſaurarius Eccleſiæ intelligitur. Si vero per ſimplex *c*, *ſacellarius* a ſacello, qui ſcilicet *ſacello* (cappellæ) præeſt, ſignificatur. Secus ſe res habet, ut ex dictis planum relinquitur. Vide etiam Cujacium lib. 10. Obſerv. cap. 27. ubi de *ſaccolario* a ſacculo, & *ſaccellario* a ſacello multa ſcribit. etſi alio ſignificatu horum nominum.

Edit. Pariſ. pag. 159.

Nulla diſtinctio ſacellarii & ſaccellarii.

Digitized by Google

DE CHARTOPHYLACE.

CAPUT IV.

Chartophylax & Chartularius distinguuntur.

1. CHartophylacem male vocant Leunclavius & alii *Chartularium*; nam *Chartularius* alterius officii & inferioris nomen est, continetur que in nona Pentade Officiorum Ecclesiasticorum; at *Chartophylax* principem locum tenet, quippe quartus inter Exocatacœlos. Junius Latine *præfectum chartis* nominat. Nescio quam idonee. Ego libenter vocem retineo Græcam. Unde componatur & derivetur, liquet absque meo admonitu. Plus tamen significat, quam ipsa vocabula fronte prima præ se ferant. Quocirca Balsamon in sua disceptatione de Chartophylace, refutat illos, qui volunt Chartophylacem παρωνυμίζεσθαι ἐκ τῦ φυλάττειν μεμβράνας, καὶ κωδίκια, *denominari inde quod membranas & codices custodiat*, quamvis si nomen præcise consideare velimus, hæc notatio a veritate non recedat: sed in impositione nominum, monent sapientes, non tam videndum est se, *a quo*, quam *ad quid* nomen imponantur. Ea de caussa licet a custodia *chartæ* nomen traxerit, longe tamen plura ad ejus curam & administrationem pertinebant: ipse enim sua in potestate habebat ἐκκλησιαστικὰ χαρτῶν δικαιώματα, *litteras, in quibus jura & privilegia Ecclesiæ continebantur*; uno verbo, *Archivum* dicere possis. κριτὴς τῶν ὅλων ὑποθέσεων τῶ ἐκκλησιαστικῶν, ἔχων τὰς γαμικὰς ὑποθέσεις, *judex omnium Ecclesiasticarum caussarum, & matrimonialium controversiarum*: ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς κλήροις ὑποθέσεσιν ἔνδικος, ὡς δεξιὰ τῦ Ἀρχιερέως χείρ, *Quin & in cæteris Clericorum caussis cognitor & judex est, & tamquam dextra Patriarchæ manus*; quo nomine afficitur etiam a Balsamone, qui *Chartophylacem os & labra* Patriarchæ vocat, aitque esse Patriarchæ id, quod Moysi fuit Aaron, & Baruch Hieremiæ, cujus chiroconiam & ordinationem copiose describit; fieri namque consuerat cum impositione manuum, & appensione βυλωτηρίου, *Bulloterii*, de pectore instar *Rationalis* Aaronici dependentis, claviumque traditione, quorum omnium mysteria fusius enarrat Balsamon, ipse etiam hoc munere aliquando functus, ut testatur in disceptatione quadam matrimoniali lib. 7. Juris Græco-Rom. Tom. 1. fol. 458. qui & his verbis officium ejus exaggerat. τὰς πατριαρχικὰς διαγνώσεις καλλιγραφεῖ & ὑπογραφαῖς οἰκείαις, καὶ σφραγίσι κατεμπιδοῖ, καὶ μεγάλῳ δικαστηρίῳ προκάθηται, καὶ δικαιοδοτεῖ καθ' ἕνα μὲν παντὸς ἀνθρώπου, & οἵας ἂν εἴη τύχης καὶ φύσεως, περὶ ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων καὶ σφαλμάτων ψυχικῶν διορθώσεως, καθ' ὅλην ἱερωμένων καὶ μοναχῶν, περὶ πάσης ἐγκλιματικῆς καὶ χρηματικῆς αἰτιάσεως. *Patriarchales sententias, & decisiones in litteras refert, propriis subscriptionibus sigilloque confirmat, Concilio magno præsidet, & jus dicit cuivis homini cujuscumque fortunæ & sexus, de Ecclesiasticis quæstionibus & delictorum ad animam pertinentium correctione; etiam sacerdotibus & monachis in quibuscumque controversiis & accusationibus.*

In nominum impositione quid attendendum.

Chartophylax Jura & privilegia Ecclesiæ servabat, & Judex caussarum sedebat.

Patriarchæ dextra, & os Chartophylacis. Initiatio impositione manuum, appensione bullotetii & clavium traditione peracta.

Chartophylax ante Episcopos sedit, Episcopi q. Vicarius. *Edit. Paris. pag.* 160.

2. Etiam ante Episcopos sedebat, quę prerogativa cum multorum telis olim appeteretur, defensa est proprio edicto ab Alexio Comneno, quod Leunclavius edidit, totumque recitat Balsamon in sua *Melete*, seu disceptatione pro Chartophylace contra Protecdicum, qui & ipse Chartophylaci litem de loco & statione moverat: sed Balsamonem patronum & advocatum non indisertum, & in hoc munere satis exercitatum reperit; quem solum ait ex toto τῶ προκαθημένων numero honestatum esse geminis Ecclesiasticis ordinibus, nimirum *Episcopatus*, & *secreticis*; quia non modo caussas temporales cognoscebat tamquam judex; sed & spirituales, animæque salutem concernentes dijudicabat, eamque fere his in rebus potestatem habebat, qua nunc præditi sunt Episcoporum nostrorum Vicarii.

Insignia antiqua Chartophylacis desita.

3. Olim quoque aurea tiara insignitus foras prodibat; licet hunc morem jam sua ętate desiisse Balsamon scribat. In festo tamen sanctorum Notariorum maxime magnificus erat Chartophylax; cujus gloriam ita describit Balsamon ad Photi Nomocanonem T. VIII. cap. 1. ὁ καὶ καιρὸς χαρτοφύλαξ ἀπὸ τῦ παρόντος ἐδίκτυ δικαιῦται καβαλλικεύειν καὶ τὸν λευκὸν τῶ ἁγίων τοπαρχιῶν τὸ πατριαρχικὸν ἄλογον μετὰ ὀθονίᾳ λευκῇ. ἔδει δὲ τὸν κεφαλὴν αὐτῦ, ὡς καλδηναρίῳ πατριαρχικῷ, σκέπεσθαι μετὰ τῆς χρυσῆς τιάρας, ἥτις καὶ ἐν τῶ χαρτοφυλακίῳ ἀπόκειται. *Cartophylax, qui pro tempore est, a præsenti edicto potestatem habet, equitandi equum Patriarchæ, in supplicatione seu processione sanctorum Notariorum, cum candido linteo; oportebat autem ejus caput utpote Patriarchalis Cardinalis, tegi aurea tiara, quæ etiam in Chartophylacio seu Tabulario*

Digitized by Google

asservatur. Græci Cardinalem vocant Καρδινάειον, Καρδινάλιον, Καλδινάειον, mutato ρ in λ.

4. Suos habebat in hoc munere administros; & inter cæteros, duodecim Notarios. Locus, in quo jus dicebat, & quæ suæ functionis erant, tam asservabat, quam peragebat, χαρτοφυλακεῖον dicebatur: quod nomen reperies Tom. 1. Juris Græco-Rom. fol. 256. & de Notariis Cartophylaci subservientibus mentio quoque fit fol. 249. Scribitur & χαρτοφυλάκιον a Svida, de quo hanc præscribit regulam, nescio quam veram. τὰ παρὰ φυλάσσω πάντα, διὰ τῦ ἰῶτα γράφεται, καὶ προπαροξύνεται, οἷον χαρτοφυλάκιον, θησαυροφυλάκιον, σκδοφυλάκιον· & τὰ τούτοις ὅμοια, πλὴν τῦ σιτοφυλακίου. *Omnia a verbo* φυλάσσω, *per jota scribuntur, & acuuntur in antepenultima, ut Chartophylacium, excepto Sitophylaceio.* Administri & Chartophylaceum.

5. Porro cum Balsamon & alii, Chartophylacem omnibus omnino pręponere videantur, sive negotiorum, sive privilegiorum magnitudinem & multitudinem spectes, merito mirari possis, cur Codinus tantæ dignitatis virum quarto loco in prima Pentade collocet. An ordinem dignitatis non servavit? An & cæteri *Exocatacœli* Episcopis anteponebantur, tametsi Diaconorum quasi munere fungerentur, sicut & jam in Ecclesia Romana Diaconi Cardinales antecedunt omnes Episcopos? Et certe isti *Exocatacœli* videntur in Constantinopolitana Ecclesia quasi *Cardinales* fuisse. Cardinalium quasi vicem Exocatacœli functi.

Coronidis loco addamus definitionem Chartophylacis, quam Turco-Græcia adfert fol. 203. ex Pachymere Augustano, χαρτοφύλαξ ὁ πᾶσαν ὑπόθεσιν διάγων, Quæ tamen definitio restringenda, ne cæteris *Exocatacœlis*, nihil prorsus, quod agant, remaneat.

Apud Joannem Citrium proponitur hæc quęstio: *An liceat Antistiti præsente Chartophylace, alteri cuivis committere potestatem signandi vel sigillandi (τῦ σημειῦσθαι) idque vel semper, vel tantum semel, aut aliquoties.* Resp ondet Citrius non licere. Nam τὸ σημειῦσθαι τὰ παριμπίπτοντα, *signare quæ in dies incidunt, inviolabiliter Chartophylacis officio annexum esse; nisi forte hujusmodi quid faciendum sit longe dissito in loco; tum enim Præsulem mittere posse, quem velit. Absentis autem vel ægrotantis vicem obire Commentariensem.* Jus signandi est Chartophylacis.

6. De Chartophylace ita scribit Anastasius Bibliothecarius in Notis ad Actionem secundam synodi octavæ abs se in Latinam linguam conversę. *Chartophylax interpretatur chartarum custos. fungitur autem officio Chartophylax apud Ecclesiam Constantinopolitanam, quo Bibliothecarius apud Romanos, indutus videlicet infulis Ecclesiasticorum ministrorum, & agens Ecclesiastica cuncta prorsus obsequia, exceptis illis solis quę ad sacerdotale specialiter ac proprie pertinere probantur officium. Sine illo præterea nullus Præsulum aut Clericorum a foris veniens in conspectum Patriarchæ intromittitur: nullus Ecclesiastico conventui præsentatur; nullius epistola Patriarchæ missa recipitur, nisi forte a cęteris Patriarchis mittatur: nullus ad pręsulatum, vel alterius Ordinis clericorum, sive ad pręposituram Monasteriorum provehitur, nisi iste hunc approbet, & commendet, atque de illo ipsi Patriarchæ suggerat, & ipse præsentet.* Anastasius amplissima munia Cartophylaci etiam infulato tribuit. *Edit. Paris. pag.* 161.

DE SCEVOPHYLACE ET PROTECDICO.

CAPUT V.

1. SCevophylax est is, quem multis in locis *Custodem* appellant; cui in supellectilem sacram arbitrium & auctoritas. τῷ ἱερῶν κειμηλίων τὴν ἐπιμέλειαν. ἔχει ὁ μέγας σκδοφύλαξ. *Sacrorum cimeliorum curam habet magnus Scevophylax*, inquit Balsamon. Nec aliter Codinus. Scevophylax κρατῶν τὸ σκδὶν τῆς ἐκκλησίας, *Habens in sua potestate sacrum instrumentum, seu Ecclesiæ supellectilem*. Quidam vertunt *sacristam*, non incommode, nisi forsan refragetur judicium illis, qui res veteres novis vocibus significanter exprimi, patienter ferre non potest. Hinc σκδοφυλάκιον, ubi sacrum instrumentum adservatur. Neque enim agnoscit Svidas σκδοφυλακεῖον convenienter regulæ suæ, de qua antegresso capite, numero quarto. Sacri instrumenti custos Scevophylax.

2. Protecdicus vertitur a Bonefidio *Primarius actor*: Rectius, *Primus defensor*. Ejus officium erat, teste Codino, εἰς τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν αἰχμαλώτων, *curam gerere captivorum*. Vocatur ab eodem κριτὴς τῶν ἐγκληματικῶν ὑποθέσεων: *Judex controversiarum, quæ in accusatione versantur*. Quo circa non probo descriptionem, quam Tur- Captivos curat Protecdicus.

cogræcia adducit fol. 218. ὁ πρωτέδικος ὁ τῶν πρόσφυγας ἀναδεχόμενος, *qui confugientes ad Ecclesiam recipit*: ut interpretatur auctor Turcogr. sed male. Nam confugientium ad Ecclesiam cura pertinebat πρὸς τὸ σακελλίου, *ad sacellii præfectum*, ut supra dictum c. 3. numero 4. Itaque si definitio hæc probanda sit, aliter explicari debebit, ut per πρόσφυγας intelligamus illos qui ex captivitate ad Christianos spe libertatis confugiunt; non autem illos, qui confugiunt ad Ecclesiam, tamquam ad asylum, impunitatis gratia. Dicitur πρωτέδικος, respectu aliorum ἐκδίκων seu *Defensorum*. plures enim erant; ad quorum munus pertinebat quoque pauperum & infirmorum cura, ne opprimerentur a potentioribus, ut docet Balsamon in sua de Chartophylace & Protecdico disceptatione: & olim quidem laici hoc officio fungebantur, postea tamen Clericis commissum est. Protecdicum retulit inter Exocataccelos Xiphilinus Patriarcha, ut cap. 2. num. 3. diximus: antea enim minoris subselli magistratus erat. ἐκδικεῖον apud Balsamonem locus est, ubi οἱ ἔκδικοι, quæ muneris sui sunt, asservant, consultant, & peragunt: ἐκδίκησις est ipsa *defensio*, seu τὸ ἐκδίκων actio.

Respectu aliorum Defensorum dictus primus Defensor.

3. Observandum est etiam in Romana Ecclesia fuisse antiquitus *Defensores*; unumque ex illorum numero præcipuum, qui *primus Defensor* audiret. Quorum officium breviter describitur (verba Onuphrii refero) a Pelagio in *Rescripto* ad Antoninam Patritiam, quæ postulabat Monachum fieri *Defensorem*, in quo ostendit officium Monachi & *Defensoris* convenire non posse. *Illis enim*, inquit, *quies, oratio, labor manuum* (competit) *at iis cauſſarum cognitio, conventiones, actus, publica litigia, & quæcumque vel Ecclesiastica instituta, vel supplicantium necessitas poscit. Ex decreto Urbani patet, Procuratoris nomine intelligi quemlibet Ecclesiasticarum rerum administratorem, ut verbi gratia*, Præpositum, Oeconomum, Vicedominum; Defensoris nomine advocatum, sive Castaldum, & judicem &c. *Quorum quidam Defensores sine adjectione;* quidam *Defensores Regionarii* dicti sunt, *quod scilicet in singulis regionibus distributi essent. Quorum primus vel princeps primicerius Defensorum dicebatur, magnæ in Ecclesia Romana existimationis.* Hæc Onuphrius in explicat. vocum Ecclesiast.

Romanis quid Defensor fuerit.

Monachi & Defensoris distinctio.

Edit. Paris. pag. 162.

Defensor etiã castellus, & judex, fuit.

Defensorum regionariorum princeps dictus Primicerius defensorem.

Docet Baronius, *Regionarios defensores* institutos fuisse a S. Gregorio anno Domini DXCVIII. ut sicut erant septem *Regionarii Notarii*, & totidem *Regionarii Diaconi*, ita etiam essent septem *Defensores Regionarii*, cæteris dignitate præstantiores; de quibus, qui plura cupit, is Illustriss. Baronium consulat anno Christi DXVIII. Hæc de prima Pentade Officiorum & Officialium Ecclesiasticorum.

DE SECUNDA PENTADE OFFICIORUM & Officialium.

CAPUT VI.

1. IN hac continentur, 1. Protonotarius. 2. Logotheta. 3. ὁ χαρτοφύλαξ. 4. Referendarius. 5. ὁ ὑπομνηματογράφων. *Post Exocataccelos primus est Protonotarius*, inquit Joannes Citrius. Ex quo liquet, quare vocetur θύρα τῶν ἐξωκατακοίλων, *Janua Exocataccelorum*; nimirum, quia proximus a primis est; quasi *janua* seu *primus ingressus ad Exocataccelos*. Hinc evanescunt commenta Junii, qui de *Janua* seu *Thyra*, multa nugatur *ex usu non Orientalium*, sed suo. Ait, θύραν seu *Januam* dici, *quisquis aditum ad superiorem præbet: quem Latine*, inquit, *cum Festo admissivum, aut cum recentiori Admissionalem commode nuncupaveris*. Quo fit, ut ex *Protonotario* faciat *Ostiarium*, seu Janitorem *Exocataccelorum*. Quis autem umquam audivit Protonotarium esse θυρωρὸν seu *Ostiarium*? θύρα igitur, hoc est, *Janua* nominatur, non quod sit *Janitor*, seu *Admissionalis*; sed quia est proximus ab Exocataccelis. Nec est, quod Junius a *Janizeris* subsidium petat. Alii enim nomen hoc non a *Janua*, sed ab alio longe diverso vocabulo deducunt, ut in Pandecte Turc. videre licet.

Protonotarius unde Janua ad Exocataccelos dictus.

Commenta Junii Orientalia, a Janizaris petita.

2. Illud insuper festivum est, cum ait, *Protonotarii fuisse, ut quæ foris a Cataccelis vel per Cataccelos ad Patriarcham afferebantur, ea acciperet*. Quo auctore hoc affirmas? Nam dicenti dumtaxat, si crederemus; omnia crederemus, etiam aperte falsa. *Protonotarii* fuit curare *Pittacia*, ut inquit Codinus. *Pittacia*, ait Cujacius ad Tit. 37. lib. 12. Cod. Justiniani, *sunt rationes & Commentarii annorum militarium. Eodem nomine significantur etiam epistolæ, album, notoria.* ita in jure civili: hic *militares an-*

Junius festivissime nullo auctore nihil probat.

Quid *Pittacia*, quæ Protonotarius curabat.

Digitized by Google

nonæ locum non habent. Est ergo πιττάκιον proprie, quod nos vocamus, Ecclesiastica consuetudine & appellatione, *Breve*, (hinc *Breve* Apostolicum, & Germanicum *Brieff*, pro epistola, & in Annalibus Latino Barbaris *Brevigerulus* (ein Brieffträger) seu *Breviculum*; seu *Breviarium*; (unde Germani suum *Brevier* formarunt, pro libro sacerdotali, ex quo horæ Canonicæ persolvuntur.) Occurrit hæc vox *Breve* aliquoties in legibus Francicis, & in Synodo Meldensi Can. 4. Glossarium, πιττάκιον, *Pittacium*, *Brevis*. Anna in Alexiade sua: καὶ τὰ βιβλία εἰς μέσον τηνικαῦτα προυτίθετο, βρεβία καῦτα ἡ συνήθεια οἶδε καλεῖν, ἐν οἷς ἀναγράφεται τὰ ἐν ἑκάστῳ πμένει ὄντα κειμήλια. *In medium tunc allati sunt libri, quos consuetudo Breviaria vocare solet, in quibus describuntur, quæ in unoquoq; templo sint cimelia*. Hæc notavit Pithœus ad leges Francicas. Hujusmodi ergo *Brevibus* conficiendis præerat Protonotarius, & posset forte ὁ εἰς τὰ πιττάκια, unico, & etiamnum Ecclesiasticis functionibus usitato vocabulo dici *Abbreviator*, vel potius *Breviator*: qua voce utitur etiam Justinianus Novell. 105. Est etiam *Breve*, & per consequens *Pittacium*, *Inventarium*; quod ab Optato lib. 1. vocatur *commemoratorium*. Item *Brevis*. *Brevis*, id est, index, *auri & argenti Cæciliano traditur*, *adhibitis testibus*. Et absolute Indicem, & summariam rei comprehensionem significat. Inde in legibus Francicis & apud Nithardum lib. 4. Histor. verbum *Imbreviare*, hoc est, aliquid in Breve, seu inventarium referre. De Pittacio vide etiam Heribertum Rosyveidum nostrum in Onomastico ad Vitas patrum. Zonaras in Concilii Chartaginensis Canones: βρέβιον ἡ ἐπιτομή λέγεται καὶ συντομος γραφή. βρεβίω δὲ καὶ λατῖνος τὸ τέμνω, καὶ βρεβίτας ἡ συντομία. *Breviarium idem est, quod compendium, & scriptio contractior. Brevio enim apud Latinos idem est, quod scindo, & Brevitas compendium*.

Πιττάκιον Propr. Breve.

βρεβία Græcis usitatum.

Protonotarius Abbreviator.

Edit. Paris. pag. 163.

3. De origine vocis πιττάκιον, hæc Moschopulus. πιττάκια δωρικῶς τὰ λεπτὰ περιτμήματα ἐκ δερμάτων, ἀφ' οὗ ἡμεῖς πιττάκια λέγομεν. *Pettycia Dorice appellantur minuta illa ex pellibus segmenta; unde nos Pittacia nominamus*. Etiam Latinæ Ecclesiæ Protonotarius usitatus fuit, qui & Primicerius Notariorum: de quo vide Onuphrium in explicat. vocum obscurarum Ecclesiast.

πιττάκιον a Doribus ortum

4. Sequitur *Logothetæ*, quem Nicetas lib. 7. rerum a Manuele gestarum, Latinis qui esse *Cancellarium*, qui a *cancellis* nomen habet, ut ipsum nomen satis indicat. *Erat moris*, inquit Casaubonus in Flavium Vopiscum, *ut Principum & magistratuum secreta (ita vocarunt loca, ubi de negotiis pro ratione muneris quisque sui tractaturi convenirent) in aditu primo vela, & deinde Cancellos haberent: Græci hos vocant κιγκλίδας, θυρώκτους, ut & Cassiodorius, fenestratas januas; qui vela servabant, Velarii dicti: qui cancellos, Cancellarii. Vox non admodum antiqua, nec multo ante Vopisci tempora cœpta usurpari. Cancellariorum præcipuum munus erat, ut ad cancellos hærerent, admissiones curarent, & ne quid tumultus, ut fieri amat in turba, audiretur, prospicerent. Simillimum munus hodie in Curia eorum, qui Ostiarii dicuntur: quare ut re, sic & nomine conveniunt, quod acceperunt hi ab hostio, illi a cancellis, qui pro ostio erant*. Hæc origo nominis, quod successu temporis amplissimæ dignitatis tam in Ecclesia quam in Regum & Principum aulis indicium esse cœpit. Vide Onuphrium lib. jam sæpius citato, & Cujacium in Paratitlis ad lib. 1. Cod. Justinianei tit. 51.

Usus & origo Cancellorum & Cancellariorum, Velorum & Velariorum.

5. Redeamus ad Logothetam, qui a ponendis seu discutiendis rationibus hoc nomen traxit, Hinc *discussor rationum* a quibusdam appellatur; & forte non male *Rationalem* vocaveris. Etsi *Rationalis* generali notione quivis procurator dicitur, ut docet ad Lampridium & Capitolinum Casaubonus. Sed nil vetat, generalem notionem restringere; præsertim cum Codinus dicat, Logothetam esse εἰς τὸ λογογραφεῖν, *ad conficiendas & scribendas & discutiendas rationes*. Talis profecto nec male nec absurde *Rationalis* appellabitur. Hinc etiam non inepte appellabitur λογογράφος; si enim ejus est λογογραφεῖν, cur non παρὰ τὸ λογογραφεῖν appellaretur λογογράφος? Non ignarus sum, quid in Codice Justinianeo lib. 10. L. 1. de Logographis decernatur, & quid ad illam quoque legem tradat Cujacius; sed nos Ecclesiasticarum dumtaxat appellationum vim & originem hoc loco indagamus, & pro viribus explicamus.

Addit Codinus, ejusdem Logothetæ fuisse τὰς δημοσιακὰς καὶ ἐκκλησιακὰς ὑποθέσεις λογογραφεῖν. Junius vertit: *Logothetæ rationibus, & quidem rationibus ad populum principemque sacerdotum pertinentibus præscribendis præest*. Male, vertendum enim; *Logothetæ præest discutiendis & conscribendis rationibus, tam quas reddunt qui ex plebe, quam qui ex ordine Ecclesiastico*.

Junius correctus.

Extat apud Joannem Citrium quæstio; ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ἀξιώμα- Quæ ἀξιώμα-

Digitized by Google

τὰ ἀρχοντικὰ ἐκκλησιαστικὰ idemque ὑποθέσεις.

σι, τὶς πρῶτος, ἢ τὶς δεύτερος, &c. *In dignitatibus Eccleſiaſticis principalibus quis primus, quis ſecundus, &c.* Reſponſio eſt: primus eſt magnus Oeconomus, ſecundus magnus Sacellarius, &c. Iſti enim, & alii quos Citrius commemorat, habebant ἀρχοντικὰ ἀξιώματα, horumque negotia ſunt, & appellantur ἀρχοντικαὶ ὑποθέσεις; non autem illa tantum, quæ ad ipſum Patriarcham ſeu Epiſcopum pertinent.

Edit. Pariſ. pag. 164.

Cæterum infra cap. 5. num. 18. ita deſcribit Codinus magnum Logothetam, ut prorſus in Cancellarios noſtros deſcriptio illa competat. Ait enim Magni Logothetæ eſſe *curare Imperatoris mandata & litteras, ad Reges, Sultanos, & Toparchas.*

Cancellarii & Logothetæ munus convenit.

Bonefidius rejectus.

6. Poſt Logothetam adeſt *Canſtriſius*; quem Bonefidius in Jure ſuo Orientali vocat *Caſtrenſem*: male. Nil enim loci *Caſtrenſi* in Eccleſia, & Eccleſiaſticis officiis.

Canſtriſius a Caniſtro formandus.

Dicitur ergo *Canſtriſius*, quaſi *Caniſtrius*, a *Caniſtro*. Jus ei erat εἰς τὸ κάνστριον, inquit Codinus *in Caniſtrum*; καὶ εἰς τὸ ἀλλάσσειν τὸν Ἀρχιερέα. Ejus etiam munus erat Patriarcham ſeu Epiſcopum, quando veſtes in re divina peragenda mutandæ erant, adjuvare, & induere, una cum Hieromnemone: ſic enim Joannes Citrius; *Hieromnemonis officium*, ἡ κόνῳ ἐξ ἀνάγκης προσήκει, ἐπειδὴ συλλειτουργός οὗτός ἐστι τῷ κανστρισίῳ εἰς τὸ περιτιθέναι τῷ ἱερὰν στολὴν τῷ Ἀρχιερεῖ μέλλοντι ἱερουργεῖν. *Diacono convenit neceſſario, quia adjutor eſt Canſtriſio, in veſtiendo Patriarcha ſacris operaturo.* Itaque *Canſtrion* nihil aliud videtur hic eſſe, quam veſtiarium; ſeu locus veſtium ſacrarum; & ipſe *Canſtriſius* nihil aliud, quam is, qui inter Palatinas dignitates appellatur *Veſtiarius*.

Canſtrion veſtiarium Pontificalis amictus.

Turcogræcus male κάνστριον *thuribulum* vertit.

7. Fuit & in Romana Eccleſia peculiaris *Veſtiarii* dignitas & officium, ut ex Anaſtaſio Bibliothecario docet Onuphrius. In Turco-græcia fol. 285. dicitur κανστρίσιος, *qui in Liturgia tenet* τὸ κάνστριον τῷ θυμιαμάτων, *quod ego thuribulum interpretor*, inquit auctor. At inſcite. Quis enim umquam audivit κάνστριον eſſe thuribulum? niſi forte etiam caniſtrum ſit thuribulum. nam a *Caniſtro*, ſeu diminutivo *Caniſtrio*, fit *Canſtrion* per ſyncopen, idemque eſt quod κάνιον, contracte, κανοῦν, ita ut κανστρίσιος, integre ſit κανιστρίσιος, *præfectus Caniſtrio*, ſeu *Caniſtro*; cujus præfecturam extendit quoque Junius ad *penariam*. At nobis, & ipſi etiam veritati, niſi fallor, ſatius videtur *Canſtriſii* officium veſtiario circumſcribere; & *Canſtrii* nomine nihil aliud accipere, quam locum ubi veſtes Pontificales aſſervabantur; uno verbo, *veſtiarium*.

Junius Caniſtrion ad penum extendit.

Error Junii.

Referendarius a referendo nomen trahens, hodie etiam in Eccleſiæ uſu manet mittebatur ex officio ad Imperatorem, καὶ εἰς μέγαν ἄρχοντα. Male Junius, *ad ſacerdotem maximum:* nam ὁ μέγας ἄρχων dignitas erat Palatina, ut clarum ex ipſo Codino, cap. 2. n. 7. officio 35. Palatino.

Commentarienſis etiam politicum officium.

9. ὑπομνηματογράφων εἰς τὸ γράφειν τὰ ὑπομνήματα, Latine a *Commentariis* ſeu *Commentarienſis ſcribendis Commentariis præfectus*, qui Græcis etiam ὑπομνηματογράφος, & κομβιταήσιος. Nomen officii non tantum Eccleſiaſtici, ſed & Politici, ſaltem apud Latinos, de quo multa Illuſtriſs. Baronius ad Martyrolog. Tom. 27. die Martii. Bonefidius vertit *Actuarium*.

Ordo Citrii.

Porro Joannes Citrius in ſuis reſponſis alio ordine collocat, & enumerat has Eccleſiaſticas dignitates. Nam poſt Exocatacœlos primo loco ponit, Protonotarium; ſecundo, ὑπομνηματογράφον; tertio, Logothetam; quarto, Canſtriſium; quinto Hieromnemona, qui apud Codinum primus eſt in Pentade tertia; ſexto, Referendarium; qui in Pentade ſecunda quartum locum tenet.

DE TERTIA PENTADE OFFICIORUM & Officialium Eccleſiaſticorum.

CAPUT VII.

1. PRimas tenet ὁ ἱερομνήμων; qui Bonefidio *ſacrorum memorialis*, & uno verbo; *ſacrimemor*; Junio deterius, *ſacrorum præſul*. Ego Græcum retinendum cenſeo, quando nulla vox Latina ſatis apta ſuppetit. De ejus officio hæc Citrius. *Hieromnemonis officium ad Diaconum neceſſario pertinet. Nam hic ſimul cum Canſtriſio ſubſervit induendo ſacris veſtibus ſacrificaturo Pontifici. Si vero Hieromnemon ſit ſacerdos, ſolo nomine* ἱερομνημονεῖ. *Neque enim ei licet* ἐν ταῖς ὑπηρεσίαις τῶν ἀρχιερατικῶν στολισμάτων διακόνου τάξιν πρεῖν, *in miniſteriis Pontificalium ornamentorum Diaconi ſtationem ſervare.* Videtur dicere, Hieromnemona, Pontifice ſacris operante, non poſſe Diaconi officio fungi, ſi ſit ſacerdos, & ſic ſolo nomine Hieromnemona eſſe.

pag. 165.

Digitized by Google

Quod Citrius hauſit ex recentiorum Græcorum erroribus, qui reprehendunt Latinos, quod in eorum Eccleſia ſacerdotes ſæpe fungantur munere Diaconi, dum ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium offertur. *Improbe profecto*, inquit Manuel Caleca lib. 4. contra Græcos cap. 21. *Ignorant enim, quia is quidem, qui quod majus eſt, habet, etiam quod minus eſt, ejuſdem generis habet neceſſario. Non autem e converſo. Homo enim rationalem habens animam, ſenſibilem quoque & vegetabilem ſub ea habet. Neque tamen, quæ vegetabili anima utuntur, ſenſibili etiam, & rationali potiuntur. Atque itidem in aliis, ſive humana, ſive divina inſpicere quis velit. Nempe & Dominus ſecundum hominem primus exiſtens, & maximus ſacerdos, non ideo, quia miniſtri habitum & miniſterium pedes abluendo monſtravit; ſacerdotii confudit ordinem. Et hic igitur ſacerdos, quoniam inferioris ſacerdotii gradus in ſe ipſo continet; conſtat, quia omnibus, quæ ſub ſe ſunt, legitime utetur.* Hæc præclare Caleca, apud quem plura leges ſi velis. Citrii & recentiorum Græcorum errorem Caleca refutat, poſſe ſecundùm Sacerdotem loco Diaconi in ſacris miniſtrare.

Addit ad extremum Citrius; injuſte facere illos Pontifices, qui Hieromnemoni teſtimonia de vita & moribus eorum, qui ad ſacros Ordines adſpirant, diſcutienda & examinanda tradunt: hoc enim pertinere ad officium Chartophylacis.

2. Codinus hæc tria Hieromnemoni tribuit; *βλέπειν τὰς δ'χὰς ὄπισθεν τῆ Αρχιερέως, Videre vota*, hoc eſt, *ſuffragia, in electionibus, pone ſacerdotem ſummum*; vel a tergo ſummi ſacerdotis, hoc eſt, Patriarchæ: deinde *κρατεῖν τὸν ἐνθρονιασμὸν, habere jus collocandi electum in throno*, ſeu, ut vulgo loquimur, *inthronizandi*. Tertio, *κρατεῖν καὶ τὸ κοντάκιον τῆς χειροτονίας*, habere etiam jus *auſpicandi ſeu cvnendi contacium, in ordinatione cantari conſuetum*. Ita quidem Junius, cui quod *κοντάκιον*, *canticum* interpretatur, & hic fol. 10. & fol. 114. aſſentiri prorſus non poſſum: *canticum* enim generale eſt; quicquid enim cani poteſt, id utique recte dici poteſt *canticum*. At *κοντάκιον* eſt peculiare quoddam genus, ut patet ex Græcorum libris Ritualibus; ſicut & apud eoſdem: *εἱρμοὶ, troparia, canones, odæ, Theotocia, στιχηρὰ, καθισμάτα, προσόμοια*, &c. peculiaria quædam ſunt Eccleſiaſtici ritus modulamina: quemadmodum etiam apud Latinos, *Verſus, Verſiculi, Antiphonæ, Graduale, Tractus, Sequentia*; & ſimilia tam in divino Miſſæ ſacrificio, quam extra in precibus Eccleſiaſticis uſitata. Quare per generalia vocabula idonee non exprimuntur. *κοντάκιον* non eſt cantieum, contra Junium.

3. Secundo vehementer dubito, num *βλέπειν δ'χὰς*, ſit illud, quod vult Junius: nam *δ'χὰς* pro *ſuffragiis* accipi apud Græcos, etiam recentiores, neſcio num exemplo aliquo demonſtrari queat. Latine quidem vulgo accipimus *vota* pro *ſuffragiis*; ſed neſcio num Græcis hæc notio recepta ſit; certe vix credo. Et quid tandem illud eſt, *pone ſacerdotem vota ſeu ſuffragia inſpicere?* niſi iſtud *ὄπισθεν* uſurpetur pro *poſt*; ut ſenſus ſit; poſt Pontificem inſpici ſuffragia (quæ Græcis & ipſi Codino paſſim, ψῆφοι) ab Hieromnemone. Nec per *δ'χὰς* intelligi arbitror *τὰς ἐγγραφὰς τῶν μαρτύρων*, ſcriptas teſtium depoſitiones de vita & moribus ordinandorum, quarum examen ait Citrius commiſſum ex imperitia aliquorum Hieromnemoni. In eam igitur ſententiam inclino, *δ'χὰς* ſignificare apud Codinum preces ſeu precationes, eumque nihil aliud velle, quam Hieromnemonem, tamquam Diaconum Pontifici in liturgia ſacras preces recitanti pone aſſiſtere, eo modo, quo etiam apud nos Diaconi adſiſtere ſacrificantibus, & preces, quas recitant, aſpicere, & folia itidem vertere ſolent. Explicatur primum officium Hieromnemonis, *pone inſpicere preces*, & Orationes in ſacris dicendas.

4. Enthroniſmus, ſeu Enthroniaſmus, & jus *contacii* in Chirotonia, hoc eſt ordinatione ſeu inauguratione, diſtincta ſunt a priore munia. Ex his quæ de contaciis & *δ'χαῖς* diximus, quivis eruditus nullo negotio judicium feret de illis, quæ commentatur in Scholiis ſuis Junius fol. 248. 249. Quotieſcumque enim *contacium cantionem*, ſeu *cantationem* vertit, toties hallucinatur, nec ullo ex loco Codini verum & ſolidum errori ſuo patrocinium invenire poteſt. Secundum officium Hieromnemonis. *Edit. Pariſ. pag. 166.*

5. Adſcribam hic Anconitani cujuſdam origine Græci judicium de contacio, cujus tam frequens in Ritualibus Græcorum libris, & in Codino mentio, qui ſuper hac re rogatus, hunc in modum reſcripſit. *Κοντάκιον non Latinam vocem, ſed Græcam eſſe arbitror, licet vernaculam. κοντὸν enim hodie Græcis eſt τὸ βραχὺ, τὸ σύντομον, καὶ συνεσταλμένον, id eſt, breve, compendiarium, & contractum. Proinde a brevitate canticis ejuſcemodi nomen inditum puto; non quidem, quod omnium breviſſima, ſed quod inter breviſſima ſint. Hujuſmodi vero nomenclatura nulli mira videatur, cum in Græcorum Ritualibus huic ſimiles multæ reperiantur; imo etiam nonnullæ voces; quæ vel Latinę omnino ſunt, vel Latinis affines, & ab illis quaſi deductæ: cujuſmodi ſunt, ὡράριον, μανουάλιον, φακέλλιον, & his ſimilia. Quin etiam ſi tempora & ætatem τῆ ποιητοῦ. τῶν κοντακίων ſcrutemur, nomen τῆ κοντακίου haud inſolens videbitur: cum Romanus Diaconus Emeſenus (ut* Tertium officium Hieromnemonis. Quid contacion. quæ vox. Contacion breve canticũ.

Digitized by Google

Antiquitas contaciorum.

habetur in Menæis Græcorum menſe Octobri die prima) *primus τῷ κοντακίων auctor, & concinnator Anaſtaſii Imperatoris ætate, id eſt, circa annum Domini quingenteſimum floruerit, quo tempore pene corruptus & adulteratus erat Græcus ſermo, ut hoc idem nomen oſtendit, & ejus ætatis locutio.* Et hæc quidem recte ac docte Græcus iſte.

Contacion etiam librum ſignificat.

6. Cæterum *κοντάκιον* adhuc unam notionem ſubjectam habet; ſignificat enim etiam librum, ſeu volumen, ſeu codicem. Balſamon ad Marcum Patriarcham Alexandrinum Reſponſ. 5. ἔχοντες τῷ σωνήθων ἁγίων δι' χῶν ἀπαράλλακτα, ὡς μεταγραφέντα ἐκ κοντακίων καλλιγραφηθέντων, δι' γραμμάτων ἐλλωτικῶν. *Habentes variationis expertia uſitatarum & ſanctarum precum exemplaria, tamquam ex emendatis codicibus, litteris Græcis tranſcripta.*

Gloſſarii torta acceptio.

Ἀφροσδιονύσως trahitur a Gloſſario ad hanc notionem Contacion de quo Codinus c. 7. n. 13. ψάλλοντες τὸ κοντάκιον; nam hic *contacion* non eſt codex ſeu volumen, ſeu liber; ſed odarium ſacrum, nempe illud cujus initium: ἡ παρθένος σήμερον. Sic apud Citrium in Reſponſis ad Cabaſilam: ἄρχων τῷ κοντακίων, per *Contacia* non codices, ſed ſacras odas accipe. In noſtro tamen propoſito non injuria dubitari poſſet, num contacion librum, an odarium ſignificet. Videtur enim τὸ κοντάκιον ἐν χειροτονίας eſſe liber Ritualis in quo ordo Chirotoniæ ſeu ſacræ ordinationis inſit, quem Hieromnemon teneat. Nihil definio; ſed ſolum ſuſpicionē meam promo Hęc de Contacio, quod ſępius nobis occurret.

Num. 14.

7. Secundum locum in hac tertia Pentade obtinet ὁ ἐπὶ τῷ γονάτων, *miniſter a genibus*, χρειῶν τὸ ἐπιγονάτιον τῶ Αρχιερίως, *appendens genuale Patriarchæ ſeu ſummi ſacerdotis*. Ita Junius: qui etiam τὸ ἐπιγονάτιον vocat, *inſtratuum genum, quia*, ut inquit, *cum Patriarcha circumferebatur, ut perpetuum ipſius ad fundendas preces officium ſignificaretur*. Myſtica explicatio, eaque propter pulchra & feſtiva. forſan idem myſterium ſignificatur per pulvinum, qui principum genibus ſubjici, & in eum uſum circumferri conſuevit.

Myſtica Junii explicatio, ſed inſcita

Addit Iunius; *Hoc autem ἐπιγονάτιον appendebatur non Patriarchæ, ſed pluteo, ſeu pegmati, in quod procumbere ſolebat oraturus, ut magnatibus fieri ſolet*. Mirum, ſi ita eſt, appellari ἐπιγονάτιον, non potius ὑπογονάτιον. Logi meri. ἐπιγονάτιον, (quod in Ritualibus Græcorum libris etiam ὑπογονάτιον appellatur) una eſt ex veſtibus, quibus Epiſcopi ſacrificium peracturi induuntur, dependens a lumbis ſuper genua; unde etiam *ſupergenuale* nominatur. Qui igitur Pontificem hoc ἐπιγονατίῳ ex officio amiciebat, is erat ὁ ἐπὶ τῷ γονάτων.

ἐπιγονάτιον veſtis epiſcopalis a lumbis dependens ſuper genua.

Adſcribam verba Balſamonis, quibus imperitia Iunii proſcribetur. Extant Reſponſa quædam Balſamonis tom. 1. Iuris Græco-Rom. ad nonnullas quęſtiones, inter quas & hęc fol. 381. *An licite ſacerdotes, qui Hegumeni, ſeu Antiſtites ſunt, item Protopapas, & Epiſcopus, Epimaniciis & Epigonatiis condecorentur*. Reſpondetur: τῷ ἐπιμανικίων, ἢ ἐπιγονατίων ἱερωτάτη ἐνδυμασία μόνοις Αρχιερεῦσι περιλοτίμηται, *ſacratiſſimus Epimaniciorum & Epigonatiorum amictus ſolis Epiſcopis conceſſus eſt, tamquam figuram Domini & Servatoris noſtri* DEI JESU-CHRISTI *gerentibus, & hinc etiam peccata remittentibus, & alia ad imitationem Chriſti facientibus, quæ ſacerdotibus non ſunt conceſſa. Quare neque Epimaniciorum, neque Epigonatiorum amictu inſigniuntur. Nam Epimanicia typus ſunt vinculorum, quibus Chriſti manus colligatæ fuerunt, quando ad paſſionem tendebat. Epigonatium autem (ſupergenuale vocat interpres) figura eſt lintei, quod induit Dominus, cum diſcipulorum pedes lavit. Quemadmodum igitur Epiſcopis non conceduntur ea indumenta, quæ Patriarchis conceſſa ſunt, ut ſaccus & Poliſtaurion, veſtis crucibus undequaque conſpicua; ita nec ea privilegia, quæ Epiſcopis conceſſa ſunt, ad ſacerdotes tranferri poſſunt*. Hæc Balſamon. Ex cujus verbis liquet, epigonatium Epiſcopale veſtimentum ſeu indumentum eſſe; non autem id quod Junius lectoribus venditat.

Sacerdotibus non permittuntur Epimanicia & Epigonatia. Edit. Pariſ. pag. 167.

Saccus & Poliſtaurion Patriarchæ indumenta.

Vocatur etiam γονάτιον quaſi *genuale*. Cabaſilas in Gloſſario: ᾗ τύπον τινὰ ῥομφαίας περιχωννύουσιν αὐτὸν, τὸ λεγόμενον γονάτιον, ὃ πρὸς χῆμα ξίφους ἐσχημάτισαι. *Figura rhomphææ circumdant illum: genuale appellatur, quod in formam gladii efformatum eſt*.

Figura epigonatii.

Lepidum & riſu dignum arbitror, quod Salomon Svveiggerus, prædicans Noricus lib. 2. ſui Hodœporici c. 62. veſtem hanc vocat *πωγωνάτιον*, a pogone, ſeu barba. Ita pogonati noſtri nuſpiam barbæ ſuæ obliviſci poſſunt.

Pogonati prædicantis πωγωνάτιον.

Num. 15.

8. Tertius in tertia Pentade eſt ὁ ἐπὶ τῷ δεήσεων, *Magiſter libellorum ſupplicum*, inquit Junius, ſeu *Præfectus ſupplicationibus: hujus erat pro injuria affectis accedere Imperatorem*. Non meminit hujus functionis Citrius, niſi forte apud Citrium legendum ſit, ὁ ἐπὶ τῶ δεήσεων, pro ὁ ἐπὶ τῶ κελίσεων, quem ipſe undecimo loco ponit. Nominat initio Codinus ἢ ἐπὶ τῶ κελίσεων, licet eum poſtea in nulla Pentade collocet, ſi tamen primus Officialium Index eſt Codini.

9. Quar-

Digitized by Google

9. Quartus eſt ὁ ἐπὶ τῷ σεκρέτων, quem *ſecretarium* dicere liceret; niſi *ſecretarii* vox uſu recepto jam *actuarium*, ſeu *ſcribam*; ſeu *Notarium* ſignificaret. At noſter iſte ὁ ἐπὶ τῷ σεκρέτων aliud munus habebat, erat enim inſtitutus εἰς τὸ πάνευ τὸν λαὸν ἐπὶ τὸ κρίνειν, *compeſcendo populo, ut judicia, ut judicia habeantur*, inquit Junius perperam: Verte. *Ejus, qui ſecreto, præeſt, munus eſt, ut, dum judicia habentur, populum in officio contineat*, nimirum, ut ſilentium ſervaret, nullaſque turbas cieret: quod munus olim erat *Valariorum*, & *Cancellariorum*, ut ſupra * notavimus ex Caſaubono ad Auguſtam hiſtoriam: ubi etiam dictum, *ſecreta* vocari loca, ubi de negotiis pro ratione muneris quiſque ſui tractaturi conveniebant: inde in Jure Græco-Romano aliquoties σεκρετικὸν ἀξίωμα, *dignitas curialis* ſive *Senatoria*. Hinc & Palatina dignitas apud Codinum pag. 18. ſeu, cap. 2. n. 7. offic. 28. πρωτασηκρῆτις, vox ex Græco & Latino compacta, *Protoſecretarium* aliqui nominant) longe diverſus ab iſto noſtro, qui dicitur ὁ ἐπὶ τῷ σεκρέτων. Nam ille judex erat, hic Judicum & Senatus adminiſter. Quare ut nomine cum Latinis Græci conveniant, neutro tamen modo conveniunt re ſignificata: Latinis enim *Secretarius* jam vulgo eſt *Actuarius* ſeu *ſcriba*, &c. Etſi hac notione vox hæc apud Græcos quoque occurrat, qui & hanc *a ſecretis* ſuam fecerunt, & in unam conflarunt, ἀσεκρῆτις, vel ἀσεκρήτις. Apud Citrium tenet ὁ ἐπὶ τῷ σεκρέτων locum decimum. ἀσηκρήτιον apud Cedrenum in Michaele Imperatore eſt Curia ſeu locus ſecretioris Conſilii, vel locus ubi Secretarii conveniunt. In Pſeudocarolino opere de Imaginibus lib. 4. cap. 9. unica dictione occurrit *Aſecreta*.

Num. 16. Qui ſecreto præerat, populum continebat dum judicia habita.

* c. 6. num. 40.

Secreta locus conſiliis habendis curia.

Diſtinctio ejus qui Secreto præerat, & ejus qui πρωτασηκρῆτις.

10. Sequitur quintus ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καπασάσεως, *Præfectus ſacro Conſiſtorio*, ait Junius. Rectius in Jure Græco-Rom. *Præfectus ſacræ ſtationi*, cujus eſt ἐντὸς τῆ βήματος, *intra tabernaculum, intra altare ipſum*, διαξίαν, rectum debitumque ordinem conſervare inter miniſtros & alios. Errat enim Junius, qui præfecti hujus munus alio trahit. *At locis illis ſecretioribus*, inquit Junius, *judices ad tribunal, conſilio capto veniebant, ubi ordinem is, qui proxime ſequitur, procurabat*, ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καπασάσεως, ſcilicet.

Num. 17. Error Junii.

DE QUARTA PENTADE OFFICIORUM & Officialium Eccleſiaſticorum.

Edit. Pariſ. pag. 168.

CAPUT VIII.

1. PRimas in hac Pentade obtinet ὁ ὑπομιμνήσκων, *Monitor*, inquit Junius εἰς τὸ ἐνθυμίζειν τὸν Αρχιερέα μυστικῶς. Ego, ſi uſus ferat, malim, *ſuggeſtorem*, nam ὑπομιμνήσκειν, eſt *ſuggerere, menti ſubjicere*, &, ut Codinus loquitur, ἐνθυμίζειν, quaſi aliquid *in mente ponere*: & eſt quiddam reſtrictius, minuſque fuſum, quam *monere*; nam & memorem monere poſſumus. Videtur ergo officium τῦ ὑπομιμνήσκοντος hoc fuiſſe, ut Patriarchæ ſacrificanti, vel verba ad populum facienti adſiſteret, eique, ſi alicubi memoria laberetur, *myſtice*, hoc eſt, clam, occulte, ſuggerendo ſubveniret. Si quis hoc officium etiam extra templi adyta proferre & efferre velit, putetque τὸν ὑπομιμνήσκοντα fuiſſe ſimilem illi, qui inter officia Palatina a Codino cap. 2. nu. 58. appellatur ὁ ἐπὶ ἀναμνήσεων, quemque Latini, *a memoria*, ſeu *Magiſtrum memoriæ* nominant, cum eo non contendam: neque enim a vero alienum eſt hujuſmodi officium fuiſſe in Eccleſia Conſtantinopolitana, non modo intra, ſed & extra templum. in Concil. Lugd. in epiſt. ad Greg. X. vocantur οἱ ὑπομιμνήσκοντες, *Rememoratorii*.

Num. 18. Suggeſtor Patriarchæ ſacrificanti vel concionanti ſuggerebat.

2. De reliquis hujus Pentadis nulla eſt difficultas, nam unde *interpres Evangelii*, *interpres Apoſtoli*, *interpres Pſalterii*, nomina hæc ſumpſerint, per ſe notum eſt. Videntur autem uniuſcujuſque generis fuiſſe gradus diverſi. Nam cap. 6. n. 14. nominat Codinus Protapoſtolarium; id eſt, *primum interpretem Apoſtoli*. *Rhetoris* officium eſt, generatim ſcripturas ſacras interpretari; & videtur ille, quem nos *Concionatorem* nominamus.

Num. 18.

Digitized by Google

DE QUINTA PENTADE OFFICIORUM & Officialium Ecclesiasticorum.

CAPUT IX.

Num. 22. 1. IN hac continetur, I. ὁ ἄρχων τῶν μοναστηρίων, *Præfectus Monasteriorum*, socius & adjutor magni Sacellarii, de quo jam suo loco*. II. ὁ ἄρχων τῶν εὐκλησιῶν, socius & adjutor curatoris sacelli, de quo itidem supra. * III. ὁ ἄρχων τῶν διαγγελίου, *Præfectus Evangelii*, εἰς τὸ φέρειν τοῦτο εἰς τὰς λιτάς, cujus officium est *gestare Evangelium seu Codicem Evangeliorum in supplicationibus, & processionibus*. Hoc tamen non videtur consentire cum Joanne Citrio, qui diserte scribit; τὸ ἐν ταῖς λιταῖς φέρειν τὸ διαγγέλιον, *portare in Litaniis seu processionibus Evangelium, esse τῶν Διακόνων*, quem Codinus in sexta Pentade collocat. At fieri potest, ut hæc res aliter se habuerit tempore Citrii, & aliter tempore Codini; nam ut ipse Citrius conqueritur, hæc sæpius Patriarchæ arbitratu suo mutabant, τὰ ἀεὶ κατὰ καιροὺς, ita ut in illos quadraret parœmia, ἄλλο ποτὲ μὲν χόρευε λέγουσα τὰς κηλάς, ἄλλο τὰ παρὰ Ἰουδαίοις δεύτερόπρωτα σάββατα, ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις σαρακοστή τὰ πρωθύστερα, ut scite ait Citrius.

Patriarchæ mutabat officia.

Cæremonia & usus luminum in baptismo explicatus.

2. Sequitur ὁ ἄρχων τῶν φώτων, quem Bonefidius vocat *Luminarium*; Junius, *præfectum luminibus*. Ejus erat curam gerere φωτιζομένων, *recens illuminatorum*, seu *baptizatorum*. Veteri enim Ecclesiæ phrasi *Baptismus* appellatur φωτισμός, & *baptizati*, φωτισθέντες; forsan non sine respectu ad cæremoniam quandam, quæ Baptismum subsequebatur. Dabantur enim baptizato cerei accensi in signum fidei, & gratiæ acceptæ, & quod a potestate tenebrarum translatus esset ad lumen & sortem Sanctorum. Meminit hujus cæremoniæ Nazianz. orat. *in sacrum Lavacrum*, & S. Augustin. in illud Psalm. 65. *Transivimus per ignem & aquam*, &c. Junius ritum hunc involvit, ne emineat. *Accendebantur*, inquit, *luminaria*. At non tantum hoc, sed & accensa tradebantur baptizatis. *Atqui hic*, inquit, *ritus ordinarie ad baptismum observabatur*. Cur igitur vos mutastis, & abrogastis? *præterea vero anniversarie in singularibus quibusdam diebus festis per Lampadarium, ut in hoc libro appellatur**, (accendebantur hæc luminaria.) At *Lampadarius* ille nihil huc facit. Erat enim officium ejus Palatinum, non Ecclesiasticum; præferebatque lampadem accensam, non singularibus dumtaxat festis & anniversarie, sed quoties Imperator in publicum procedebat, ut ex Balsamone infra ostendam*. Longe ergo alius ἄρχων τῶν φώτων, & alius ὁ λαμπαδάριος. Neque tantum semel vel aliquoties in anno usus luminum erat in templis, sed perpetuo & toto anno; etiam tunc, quando nulli προφῶτοι aderant; neque enim moris erat Græcis Liturgiam sine luminibus celebrare.

Edit. Paris. pag. 169.

* Commodo Junii Lampadarius alio remissus.

* *l. 3. Com. cap. 2. num. 7. Imp. in publicum prodeunti lampas præfata.*

Num. 27. 3. Ultimus in hac Pentade est ὁ ἄρχων τῶν ἀντιμινσίων, seu ἀντιμινσίου, εἰσάγων τοὺς εἰσερχομένους εἰς τὴν ἁγίαν μετάληψιν, *Præfectus Antimensiorum, inducens eos, qui sacram communionem accipere volunt*. Junius, *Præfectus Antecessui mensæ, adducens eos, qui erant venturi ad communionem sacram*. Inepte prorsus, & adhuc ineptius in Scholiis, ut satis mirari nequeam hominis hujus his in rebus seu ἀλογεσίαν, seu ἀπαιδευσίαν. Examinemus singulas ejus ineptias. τῶν ἀντιμινσίων, *ad verbum, antimensalium*, inquit, &c. *A mensa, denominati sunt, οἱ ἀντιμίνσιοι, quasi antemensales, qui ad sacram mensam primum recipiebantur, & communionem Eucharistiæ, &c. Hi enim prius, quam admitterentur ad communionem sacram, solebant Ecclesiæ ante mensam sisti* ἀφ' οὗ τῶν ἀντιμινσίων ἄρχοντα, *postquam eodem præeunte adduci ad communionem, ut palam testatum faceret, illos suos comites in unam corpus coaluisse, cum Christo & Ecclesia ejus. Hic autem ritus τὸ ἀντιμίνσιον dictus est*. Fabulæ plusquam Æsopicæ. Quibus refellendis diu immorati nil erit necesse, ubi ipsam veritatem explicaverimus, nec aliunde, nisi ex Græcorum monumentis.

Junianæ ineptiæ & Calvinianæ fabulæ.

Antimensia erant Græcis loco altarium portatilium.

4. Quid igitur sunt *Antimensia? Antimensia*, inquit ille in Jure Græco-Rom. fol. 239. *scimus fieri solita, quando Episcopus consecrato dedicatoque templo, pannum mensæ substratum, mensamque seu altare tegentem, in fructa dissectum, pictumque sacerdotibus distribuit: ut eo præditi sacrificium offerre queant*. Sunt igitur *Antimensia* ea, quæ apud Latinos *lapides consecrati*, seu *aræ portatiles*, sine quibus sacrificium fieri non potest, si non offeratur in altari per se alioquin consecrato, & dedicato. Dicuntur *Antimensia*, quia sunt loco mensæ seu aræ consecratæ, ejusque vicem subeunt; fiuntque ex panno diviso, & in frusta dissecto: ex illo, inquam, panno;

Unde dicta Antimensia, facta, consecrata.

Digitized by Google

qui altare ab Episcopo de novo consecratum vestiebat & ornabat: Hoc enim operimentum in partes minutas dissectum distribuebat Episcopus sacerdotibus, ut postea partium istarum beneficio sacrificium in altaribus, etiam non consecratis offerre possent.

5. Quocirca quærit ille in Jure Græco-Romano: *quid faciendum si desint Antimensia, cum sine his celebrare non liceat?* Responsum his verbis datur. *Antimensia in omnibus sanctis mensis* (hoc est, altaribus) *poni necesse non est, sed in iis, de quibus incertum, num consecratæ sint, necne. Nam Antimensia locum obtinent consecratarum mensarum, nec iis opus est, ubi mensas consecratas esse constat.* Ex quibus liquido patet, quæ sint *Antimeasia*, quis eorum usus, nempe idem prorsus, qui apud nos *altarium portatilium*, seu *lapidum*, ut vocamus, *consecratorum*, quorum beneficio potest quis etiam in non consecrato altari celebrare. Quod ergo nos possumus hoc medio, in Græci quibant per *Antimensia*, hoc est, per partes tegumenti illius, quod novum altare, quando templum consecrabatur, operuerat. Antimensiorum usus est ubi desunt consecratæ mensæ.

6. Inter cæteras quæstiones Joanni Citrio propositas hæc etiam una erat: *An Antimensia etiam valeant in aliis Provinciis & Diœcesibus, an solum in Diœcesi Episcopi, Antimensia illa consecrantis & conficientis.* Responsio est, *Valere ubique, sicut & ipsum sacrum unguentum, & alia sacra, quamvis uno in loco sanctificata, semel tamen sanctificationem adepta, ubique eam retinent & exerunt*, inquit Citrius, qui & docet *Antimensia non primo statim dedicationis die distributa; sed tum demum, ubi tegumentum altaris per sacrificia septem continuis diebus oblata, sanctificationem accepisset, in partes divisum, & pro Antimensiis distributum esse.* Antimensia a quocumque Episcopo consecrata ubique valent. *Edit. Paris. pag.* 170.

7. In eamdem sententiam Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus Tom. 1. Juris Græco-Rom. fol. 29. *Antimensia*, inquit, *ubicumque fuerit iis opus, mittuntur, nec vel hac, vel illa regione circumscribuntur, sed in aliam quoque provinciam transferuntur, sicut & sacrum unguentum.* Addit Nicephorus notationem nominis. *Sic autem appellantur* ὡς ἀντιπρόσωπα καὶ ἀντίτυπα τῶν πολλῶν μίνσεων τῶν καταρτιζόντων τὴν ἁγίαν καὶ θειοτικὴν τράπεζαν, sunt enim ipsius consecratæ mensæ, seu aræ *vicaria*: nam ut idem Nicephorus dicit, *proprie mensas*, (seu aras) significant, *quas consecratio non sanctificavit.* Monet etiam hoc Nicephorus: *si per ignorantiam lotum fuerit Antimensium, non propterea amittere sanctificationem, nec profanum effici.* Pro quo alii, vitiose prorsus, nulloque sensu; *si impletum fuerit Antimensium, &c.* nimirum pro πλυθῇ legerunt πλησθησθῇ. Quæ vitiosa lectio a Bonefidio profecta, extat etiam Tom. 6. Bibliothecæ SS. Patrum. Notatio nominis ex Nicephoro. Lectio obscurissima illustrata.

8. In Euchologio Græcorum præscribitur τάξις, hoc est, modus & ordo consecrandi *Antimensia: Quando*, inquit, *sacerdotes Antimensia mensæ imponunt, illis ex Oenanthe seu flore vini superinfundit Episcopus ter, quantum satis, recitato interim Psalmo, Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, lavabis me, & super nivem dealbabor. Hoc ter dicto, reliqua ejusdem Psalmi adjungit, Deumque benedicens ait, Benedictus Deus noster, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen. Postea accepto sacri unguenti vase, & Diacono clamante, Attendamus; facit per Antimensium cruces tres, unam per medium, utrinque duas, recitaturque Psalmus: Ecce quam bonum, & quam jucundum, &c. usque ad finem; Deumque collaudans dicit Episcopus: Gloria tibi sancta Trinitas, Deus noster in secula. Deinde accepto thuribulo incensum facit; & Diacono dicente, Oremus Dominum, sic precatur Pontifex.* Subduntur deinde preces, quas super *Antimensia* Pontifex fundit; quarum desiderio qui tenetur, is Euchologium consulat. Consecratio Antimensiorum fit per SS. Crucis signum, &c.

9. Animi caussa juvat addere quæstionem Joanni Citrio propositam, quid Græce significet *Antimensium*, & quomodo scribendum sit, num per ῑ̃τα, an per ἰῶτα. Ad hanc quæstionem ita respondet Citrius. *Appellatio deducitur a mensa, quod secundum Græcos quidem significat κανοῦν canistrum, & secundum Italicam linguam τὸ παραγματευμένον τοῖς ἐψοποιοῖς ἐδεσόν.* Interpres: *venale propinatorum edulium*; quam bene Græcus, tam bene Græci interpres.) Audiamus cætera. *Hac ratione & in mensis explicatæ mappæ nominantur mensalia, tamquam ad ornatum mensæ posita. Vulgari autem usu Antimensia dicuntur ut in vestibus Antipana.* (Antipanni.) *Hæc autem in sanctis illi ponuntur mensis, quas consecratio non sanctificavit.* Subjungit Citrius. *Si templum non est dedicatum, quod ei deest, sanctificatoria vis Antimensii implet. Ideoque in non consecrato templo sacrificium sine Antimensio numquam facere licet, &c. Et sacerdoti qui hoc ausus fuerit, pœna erit depositio.* Quomodo scribatur Antimensium.

Per iota autem scribitur, διὰ τὸ ἰθνικὸν, τὰ γὰρ ἰθνικὰ διὰ τὸν γραμματικὸν κανόνα οὔτε

Digitized by Google

παραγωγὰς, ὰδὲ κανόνας ἔχουσιν. *Solent autem Grammatici per jota & omicron, & epsilon τὰς ἐθνικὰς φωνὰς scribere.* Quæ ratio Citrii quanti sit, in cujusvis arbitrio situm esto.

Antimensia tantum in novi templi dedicatione conficerata. *Edit. Paris. pag. 171.*

Ait insuper; *Antimensia* nullo modo licitum conficere, nisi in novi templi dedicatione, quique secus agant, Canones transgredi; nec referre, num nuper templum sit exstructum; satis esse, quod non fuerit dedicatum, quandocunque demum exstructum fuerit.

His hunc in modum de Antimensiorum ratione explicatis, in tenues auras evanescit Junianus ille *Antecessui mensæ præfectus*, cum scholiis illis vere scoriis & insulsis. Nos præfectum *Antimensiorum* vel *Antimensii* nominemus; cui præter curam *Antimensiorum*, etiam hæc incumbebat, ut corpus Domini accepturos ad communionem seu deduceret, seu induceret.

DE SEXTA PENTADE OFFICIORUM & Officialium Ecclesiasticorum.

CAPUT X.

Num. 28. Primus Ostiarius fores custodit in electione, vel rectius in Clericorum consecratione.

1. IN hac primum locum tenet *primus Ostiarius*, πρωτος τὰς θύρας εἰς τὰς χειροτονίας, *qui fores custodit in ferendis suffragiis*, inquit Junius, *Chirotoniam* pro *electione* accipiens. Ego malim *Chirotoniam* accipere pro proprio suo significato, nempe pro consecratione, seu ordinatione ministrorum Ecclesiæ, ita ut *primo Ostiario* cura januæ demandata sit tunc, quando Diaconi, sacerdotes, aliique ordinantur & consecrantur. Quamvis magnopere non repugnabo, si quis officium primi hujus ostiarii interpretetur de ipsa electione ministrorum Ecclesiæ, cum per suffragia eliguntur ab illis, quibus jus & potestas eligendi: tunc enim vel maxime attento & circumspecto *Ostiario* opus est.

Num. 29.

Junii fictitia gerræ.

2. *Secundus Ostiarius* est, ὁ πρωτος τὸ μονοβάμβυλον, *qui tenet*, seu cui jus in *Monobambylam*: ita edidit Junius. Quid vero hoc nominis? vel potius quid monstri? Junius hic multa; sed plane ridicularia. Quid ergo illi est *Monobambylan*? Duo loca Chirotoniæ distinguit: *Alterum, in quem a primo Ostiario omnes admissos dicit, quos noverat habere jus suffragii ferendi; alterum secretiorem, in quem ad Patriarcham vel Episcopum per secundum Ostiarium intromissi fuerint, ut libere & intrepide optima fide dicerent, quibus suffragarentur, quibus non suffragarentur, & quare. Hunc secretiorem singularis* χειροτονίας *locum, opinor, dixerunt Græci recentiores* μονοβάμβυλον, παρὰ τὸ μόνους, ἢ κατὰ μόνας βαμβάλειν, *eo quod in loco ejusmodi rogatus quisque pro fide seorsim sententiam suam teneretur quamvis trepide enunciare, si quem non esse ἀντιλήπτων comperisset. (Hæc enim testimonia, & accusationes non nisi trepide & labris ferme trementibus efferri solent) aut certe alteri obstrepere, & detrahere de existimatione ipsius. Est enim βαμβάλειν Græcis ἀφορᾶν τοῖς χείλεσι. aut etiam (ut in Glossario legimus) hæsitare, vacillare, titubare: sed in locum τῦ α, Dorice υ, suffectum est, & μονοβάμβυλον corrupte dictum.*

3. Quid est nugari, si hoc non est? ut enim omittam vanissimas nugas de suffragatione & electione, quomodo admissi sunt, ut libere & intrepide indicarent, quibus suffragarentur, si hæc, ut postea ait, non nisi *trepide* & labris *trementibus* efferri solent, & si in his necesse est *βαμβάλειν*, *hæsitare* & *fluctuare?* Sed valeat Bambalio iste: nos legamus, *μονάμπουλλον* seu *μονάμπυλον*: ut enim prioris Ostiarii est fores custodire, dum Ministri Ecclesiæ Diaconi, Subdiaconi, Sacerdotes, Episcopi ordinantur & initiantur, ita hujus secundi Ostiarii est tenere ampullam unam & solam, ut distinguatur a dibampulo, de quo infra*. Erat autem in ampulla hac Chrisma ad unctionem Sacerdotum & Episcoporum necessarium, eamque tenebat iste Ostiarius, ut in promptu statim foret, si initiator reposceret. Porro voculam *ampulla*, etiam Græci fecerunt suam ἀμπουλα, vel ἀμπουλλα. Aetius lib. 7. ἀμπουλλαν ὑελίνην πλήσας ἐλαίου, *ampulla vitrea oleo impleta*; ut sit cur eo minus mireris τὸ μονάμβουλον, καὶ τὸ δυβάμπουλον.

Vera lectio asserta & explicata.

Secundus Ostiarius ampullam sacri Chrismatis tenebat.

* *l. 3. Com. 6. n. 4.*

Ampulla etiam Græcis usitata.

pag. 172. Βῆμα, locus ubi sacrificium peractum.

Nunc ad Protopapam me confero; quem sic describit Codinus. ἔκδικος καὶ πρωτος τῦ βήματος, καὶ φέρων τὸ δισκοπέτα τῦ Αρχιερέως. *Defensor & primus tribunalis*, (sic enim Junius) ego, *tabernaculi* seu altaris (βῆμα enim hic est locus interior & sanctior, ubi sacrificium peragitur) *proximas a Pontifice obtinens*: non tamen sim-

Digitized by Google

pliciter,) nam Exocataceli absque dubio potiores erant, majorisque dignitatis & excellentię) sed inter sacerdotes, ut Citrius loquitur, κοινὰς, communes, Protopapa primus erat, & sic proximus a Patriarcha; seu, quod idem est, secundas a Patriarcha ferens. Notio & origo nominis satis constat. Apud Balsamonem Tom. 1. Juris Græco-Romani legimus *Protopapadas*; ut rectus sit πρωτοπαπάδης. Interpres *Primopapadus*. Sed satius videtur in his & similibus retinere Græca. In Turcogræcia fol. 218. dicitur πρωτοπαπᾶς, ὁ πρῶτος τῆς ἱερέων, *primus sacerdotum*. Jura illius in eadem Turcogræcia fol. 258. πρωτοπαπαδίκια appellantur.

Protopapa primus inter communes sacerdotes.

5. Sequitur ὁ δευτερεύων τῆς ἱερέων, *secundus sacerdotum*, εἰσοδεύων τὰς ἱερεῖς, dux & antecessor sacerdotum, & proximus a Protopapa, quem Junius non male δευτεροπαπᾶν appellat. At male illud: *Qui sacerdotes introduxit*. εἰσοδεύων, *nimirum in tribunal, si quam caussam agendam habuerint*. Nullo modo. Nam εἰσοδεύειν est esse aliorum in sacris ministeriis, functionibus, & supplicationibus ducem, & quasi antecessorem, & ductorem; quod etiam ex descriptione τῦ δευτερεύοντος Diaconi, quæ proxime subjungitur, manifestum evadit. Deuteropapæ nullam, si recte memini, mentionem facit Citrius.

Num. 31. Junius non recte explicat ἡ εἰσοδεύουσα τὰς ἱερεῖς.

6. Ultimus hac sexta Pentade est, ὁ δευτερεύων τῆς διακόνων, *secundus Diaconus*. πρῶτος τῆς κοινῶν, primus ex communibus Diaconis, καὶ τὰς διακόνους; Junius: *& Diaconos intromittit*; additque hoc scolium: *in functiones & stationes ipsorum*. Tu corrige: Qui Diaconorum *ductor*, *rector*, *director*, & ut sic dicam, *dispositor est*. hoc enim est εἰσοδεύειν; quod significat quemlibet in viam suam quasi introducere, ut sciat, quem ordinem, & stationem tenere debeat. Vidit tandem Junius hanc notionem, sed quasi per nebulam, ut apparet ex scholio, quod suæ interpretationi adjunxit. Ex quo tamen, tamquam in rebus Ecclesiasticis Græcorum valde scilicet perito, quærendum erat; quare verbum εἰσοδεύειν interpretatus sit, loquens de sacerdote secundo; *introducens illos in tribunal, si quam caussam agendam habuerint*; idemque verbum eadem significatione non interpretatus sit in descriptione secundi Diaconi, præsertim cum diversæ notionis nullum prorsus indicium Curopalata dederit.

Num. 32. Primus ex communibus Diaconis & reliquorum ductor in statione.

7. Verum ut accuratius intelligamus naturam, & ut sic dicam, indolem hujus Diaconi, operæpretium erit audire Joannem Citrium, cui hæc ignota non fuerunt; qui ait, Diaconum istum non eligi, aut creari simpliciter ad unius arbitrium, sed κατ' ἐκλογὴν, *per suffragia*. Esse enim ejusmodi officium, quod desideret virum dextrum, aptumque ad omnes etiam fortuito occurrentes functiones; quorum aliquas recenset. Prima est, ingressis in templum Imperatoribus, & Patriarchis, faustis acclamationibus bene precari; & ut Codinus noster loquitur, τὸν βασιλέα πολυχρονίζειν, seu τὸ πολυχρόνισμα accinere, seu πολυχρόνιον ποιεῖν. Qui mos ex antiquo more hodie quoque Græcis adhæret.

Primus Diaconorum eligitur

Prima ejus functio.

Secunda est, portare Evangelium in supplicationibus, ac Litaniis.

Tertia, τὰς ἐν αὐταῖς συναπτὰς καὶ αἰτήσεις ποιεῖν. Inepte interpres: *Connexiones & repetitiones in eis facere*. Correxerunt alii; *Collectas & preces*. Sunt συναπταὶ proprie, quę apud nos in horis Canonicis vocantur *preces* diebus jejuniorum potissimum usitatæ; non modo in Matutinis, sed & in singulis horis. Et preces illæ quas post Litanias pro omni hominum statu & ordine fundimus, ipsissimæ sunt Græcorum συναπταὶ; quamquam & quas nos vocamus *Collectas*, hoc nomine appellare nil vetat; quia Græcorum Liturgiis adstipulantibus fiet. Hęc autem ita esse, intelliget Lector, cum ex aliis Græcorum *Ritualibus* libris, tum ex Euchologio. Valeat igitur Bonefidius cum suis *connexionibus & repetitionibus*.

Secunda, & tertia functio

Συναπταὶ sunt preces dictæ dieb. jejuniorum. *Edit. Paris. pag.* 173.

Bonefidii connexiones & repetitiones inanes.

8. Quarta est ἀπόντος Ἀρχιδιακόνου δίδοναι κηρὺς τοῖς ἐν τῷ ἀμβωνι διακόνοις. *Absente Archidiacono dare cereos Diaconis in Ambone*. ubi pessime interpres pro κηρὺς legens καιρὺς, vertit: *Tempora dare Diaconis, qui amboni serviunt*. Quid, quæso, est, *Tempora dare Diaconis?* Neque correctores aut in Græca scriptura, aut in Bonefidii interpretatione, hunc tam turpem errorem animadverterunt: ut vel hinc liqueat, quam rudes rerum Ecclesiasticarum isti a Catholica religione aversi, ad ritus Ecclesiasticos seu Græcos, seu Latinos explicandos accedant. Dicit autem, *absente Archidiacono*, quia, ut Codinus tradit cap. 17. num. 39. olim quidem Magna Ecclesia habebat Archidiaconum; sed postea nullum habuit, Quare ὁ δευτερεύων partes ejus supplevit. Hinc ait Citrius, secundi Diaconi esse, etiam in aliis Archidiaconi munus explere: ex quibus forte hoc est, θυμιᾶν τὸν βασιλέα; Impe-

Quarta functio primi Diaconorum.

Acatholici rudes rerum Ecclesiasticarum.

Officia Archidiaconi, secundarius Diaconorum explevit.

Digitized by Google

Imperator hi ure honoratus.

ratorem recens coronatum, *incenso*, ut vocat Ecclesia, venerari, eique bene ominatum illud carmen accinere: *Recordetur Dominus Deus* τῆς βασιλείας σου, *regni tui, in regno suo, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.*

Sic idem, fausta acclamatione prosequebatur Patriarcham; μνησθείη κύριος ὁ Θεὸς τῆς ἀρχιερωσυνής σου. *Recordetur Dominus Pontificatus tui ubique nunc & semper, & in secula seculorum.* Nec hoc fiebat tantum eodie, quo Imperator inaugurabatur & coronabatur, sed quoties in Ecclesiam ventitabat. Ea de caussa ait Citrius; αὐτῶ γάρ ἐστιν ἡ μετὰ τὴν εἴσοδον εὐφημία τῶν βασιλέων καὶ Αρχιερέων. *Ipsius est Imperatoribus & Patriarchis in templum ingressis bene precari*: nili quis illud μετὰ τὴν εἴσοδον *post ingressum* referre velit ad ingressum in tabernaculum seu in Sancta Sanctorum; ita ut fausta hęc acclamatio facta sit post absolutam supplicationem, in qua panis præsanctificatus ad sacrificium circumferebatur per templum, & postea ad altare inferebatur. Quo fit, ut secundus Diaconus εὐφημίαν hanc instituerit regresso jam Patriarcha ad altare, & processione absoluta; quod vero propius videtur.

Quando patriarchæ & Imp. acclamatum.

εἴσοδος duplex

Unde nomen *secundarii* Diaconorum

9. Dicebatur δευτερεύων τῶν διακόνων, non quod in ordine Diaconorum Magnæ Ecclesiæ secundus esset, sed respectu ad Archidiaconum, qui tempore Codini nullus quidem erat, at aliquando fuerat: unde & τῷ δευτερεύοντι τῶν μεγάλων nomen mansit: sicut & τῷ δευτερεύοντι τῶν ἱερέων idem nomen mansisset, si Protopapas in Clero Magnę Ecclesię desiisset, quia cnm *secundarii* nomine primus fuisset.

DE SEPTIMA PENTADE OFFICIORUM & Officialium Ecclesiasticorum.

CAPUT XI.

Num. 33.

1. IN hac Pentade primas tenet Protopsalta, *primus Psaltes*, seu *Cantor*. Citrius vocat *Domesticum Psaltarum*, indicatque hoc nomen usitatius fuisse, quam illud *Protopsaltę*. Mirum est, quomodo Codinus in hac septima Pentade collocet Protopsaltem, cum ipse cap. 17. num. 40. diserte dicat: Ecclesiam Magnam non habere *Protopsaltem*, sed *Domesticum*: nisi dicere velimus, officium esse idem, nomen diversum, inque catalogo officiorum Ecclesiæ vocasse *Protopsalten*, quem proprio nomine vocare debuisset *Domesticum Cantorum*. Quid sit Domesticus, infra num. 2. explicabitur*. In Palatino tamen Clero erat Protopsaltes, ut docet Codinus loco citato, qui simul erat *Exarchus* Cleri Imperatorii.

*& Lac. 2. n. 4.

Num. 34. Junius & lectio emendati. *Edit. Paris. pag. 174.*

2. Sequitur ὁ ἰδιοδομέστικος, *singularis Domesticus*, ut interpretatur Junius; *primi & secundi chori*. sed errat, legendum οἱ δύο δομέστικοι; *duo domestici, alter dextri, alter sinistri chori*. Clare Citrius duos nominat. ὁ δομέστικος τῶ δεξιῶ χορῶ, ὁ δομέστικος τῶ ἀριστερῶ. Et facilis via fuit contrahendi vocabula disjuncta οἱ δύο δομέστικοι, in unum ἰδιοδομέστικοι. cæcutiat, qui hoc non videat. Nec obstat, quod hac ratione sex futuri sint in septima Pentade: nam & in prima Pentade sex sunt, ut supra diximus, & tamen vocatur *Pentas*, seu *Quinarius*. Quid sit *Domesticus* in jure civili & apud alios passim scriptores Græcos & Latinos, explicat Cujacius ad librum 12. Cod. Justinianei ad Tit. 12. & Petrus Gregorius lib. 6. Syntagmatis cap. 8. Quid hoc nomine significarint Græci recentiores docet Citrius, cui cum hęc quæstio fuisset proposita: *Cujus linguæ est Domestici appellatio, & quibus Ecclesiæ ministeriis nomen hoc impositum est?* Respondit: *Domestici* appellatio secundum Latinos, ducem ἐξάρχοντα, inceptorem, præpositum, & Prefectum significat, sicut & in functionibus Imperatoriis invenire est, *Domesticum Orientis, Occidentis, Scholarum*. Imo etiam *Domesticum mensę, Domesticum mœnium, Domesticum thematum*. Sic & in Ecclesiasticis ordinibus *Domestici* vox usurpatur. εἴτ' οὖν ἀρχισὸς καὶ ἐπισάτης μελῳδιῶν καὶ τῶν μελῳδῶν, οἷα εἰς ῥυθμὸν καὶ τάξιν καθιστῶν αὐτὰς τε καὶ τὰ μελῳδήματα. *Domesticus igitur Musicorum seu Cantorum nihil aliud est, quam prefectus, qui omnes regit ac dirigit, ipsosque simul ac cantiones cunctas disponit, ac in ordinem redigit*. Est autem munus Domestici Cantorum seu Protopsaltæ in vigiliis communibus clara voce pronunciare illud, εὐλόγησον δέσποτα, quod nos dicimus, *Jube Domine benedicere*.

Domesticus primi & secundi chori.

Domesticus in Ecclesiasticis quid significet, & cujus linguæ.

Domesticus Cantorum quis.

3. Ex sententia igitur Citrii Domesticus nil aliud est, quam *præses, antistes, præ-*

Digitized by Google

fectus, una verbo, primus in suo genere. Nec male Citrius notionem hujus vocabuli expressit, prout usurpatur a Græcis recentioribus, etsi haud scio an vox *Domestici* in hac notione usitata sit Latinis, seu novis seu antiquis. In jure profecto alia notione usurpatur, ut & in communi loquentium consuetudine. Ab hac voce formarunt Latini *Domesticatum*, quod in jure extat. Et apud Balsamonem in Canone 17. Apostolorum δομεστικατὰ, *officia domesticorum*, & apud Codinum cap. 7. num. 39. οἱ τῶ δομεστικείω δομέστικοι, & cap. 5. num. 19. δομεστίκιον.

4. Sequitur λαοσωάκτης, ad verbum, *Populi convocator, & congregator*, Junio, *Cocio*, sed *nihili Cocio*; ejusdem meminit Citrius, eodem nomine Interpres reddit, *Populi coactor*; Corrector correxit, *Collector* sive *congregator*; cujus officium, publico signo populum ad rem divinam convocare; in Typico S. Sabæ videtur appellari καυδυλάπτης, *a candelis accendendis*: hujus enim etiam est κρούειν τὰς βαρίας, ἢ τὸ σιδηροῦν, quæ illis loco *campanarum* erant, καὶ σημαίνειν τὸ μεγα σήμαντρον. Varia enim signa dabant, ut & apud nos fieri assolet. Vide Balsamonem in dissertatione cur Monachi tribus signis suos ad sacra convocent, cum alii uno signo contenti sint. Num. 35. Candelas accendebat convocator populi. Signa varia convocandi ad sacra populum.

5. Quartus in hac Pentade est ὁ πριμικήριος τῆ ταβυλαρείων. Junius interpretatur *Notarium*. Sic enim inscite nominari videtur ab ipso Codino pag. 1. edit. Junia. Cum enim Notarium nominet, ac postea singula officia in Pentadas digerens de Notario prorsus sileat, credibile est Codinum nomine *Primicerii Tabulariorum* intellexisse *Notarium*: Quod forte verum est, sed nescio, quomodo cum Junii sententia conveniat, qui *Primicerium*, in quovis officio illum dici putet, *qui primus inscriptus sit albo, sive ordinis sui catalogo, & primas in suo ordine obtineat, prima cera id est summa inscriptus*. Hoc si verum est, idem ergo erit Primicerius *Tabulariorum* cum Protonotario. Quia, ut Junius dicit, *Primicerius* primus est in *cera* seu *albo*; & Tabularii sunt Notarii, idemque igitur Protonotarius, seu primus Notarius, & *Primicerius Tabulariorum*. Ego nodi hujus solutionem non video, nisi quis dicere velit, ipsum dici *Primicerium Tabulariorum*, respectu illorum Notariorum, quos infra se habet, non respectu omnium, quo pacto ὁ διακόνων τῆ διακόνων vocari posset *Primicerius Diaconorum*, non absolute, sed comparatione τῆ λοιπῶν, ut Citrius & Codinus loquuntur. Num. 36. Junii sententia de Primocerio. *Edit. Paris. pag.* 175.

6. Addam & hoc. Quid si per vocem Ταβυλαρείω hic non intelligantur *Tabularii* seu *Notarii*, sed *tabularia*, seu *Archiva*; ita ut Primicerius *tabulariorum* ille dicatur, qui præest *Tabulario* seu *Archivo*; socius in hoc officio & administer Chartophylacis? nam *Chartophylacium* Latinis est *Tabularium*, & a Latino usu etiam Græcis. Sicut enim magnus sacellarius, & ὁ τῶ σακελλίω suos habuerunt adjutores, ita & Chartophylax videtur habuisse Primicerium Tabulariorum. Conjectura, Tabularia esse Archiva, & Primicerium Tabulariorum esse præfectum Archivo.

7. Porro de voce Primicerii, Secundicerii, Tertiocerii, Quartocerii vide Cujacium ad Tit. 7. lib. 12. Cod. Justinianei, & Onuphrium in explicat. vocum obscurarum Ecclesiasticarum, & Petrum Gregorium lib. 15. Syntagm. cap. 22. qui ait: Pronunciationem nominis *Primicerii* exigere, adjectionem ex relatione alicujus, vel certe postulare, ut subintelligatur. Quod si verum est, tum necesse erit, ut cum inter Palatinas dignitates ὁ μέγας πριμικήριος nominatur, dignitas aliqua subintelligatur, quia Primicerius nomen hoc habet respectu alicujus functionis seu ministerii. Hinc *Primicerius lectorum*, *Primicerius aulæ*, *Primicerius protectorum*, *Primicerius domesticorum*. Extat in Decretalibus titulus de *Primicerio*, ubi nihil adjicitur; neque etiam satis apparet, quid aut adjiciendum, aut subaudiendum sit, nisi quis dicat, subintelligi vocem, *cantorum*. De quo vide Petrum Gregorium loco supra cit. Hinc *Primiceriatus*, dignitas & officium Primicerii. De primicerio, secundicerio, aliorum sententia.

8. Quod ad ipsum vocabulum attinet, non improbabiliter arbitratur Cujacius, illud *cerius*, esse tantum productionem verbi, sine ulla novæ significationis additione; ut proinde *Primicerius* idem sit, qui primus; *Secundicerius* idem qui secundus, sicut & apud recentiores Græcos παιδόπουλος idem est quod παῖς, Φραγκόπουλος idem quod *Francus*; ut illud πουλος, sit paragoge absque ulla nova significatione: Alii tamen nomen hoc a *prima* & *cera* derivatum compositumque volunt, quibusqui volet, per me subscribat, licet. Altera sententia, hæc vocabula nil novis significare.

9. Ultimus in hoc Quinario est ὁ ἀρχων τῆς κοντακίων, *præfectus canticis*, ait Junius. Imo *contacii*. Nam canticum generale nomen est ad omnia, quæ cani aut solent, aut possunt. At contacium certum quoddam genus est in Græcorum Ritualibus libris, sicut & *toparium*, εἱρμὸς, κανὼν, κάθισμα, προκόμιον, τριαδικὸν, Θεοτόκιον, σαυ- Num. 37. Junius suum errorem iterat.

Digitized by Google

ρώσιμον, ἀνάσατιμον. Et apud nos, *Verſus*, *Verſiculi*, *Graduale*, *Tractus*, *Sequentia*, *Reſponſoria*, & hujus generis alia, quæ aliena lingua aut prorſus exprimi, aut commode exprimi non poſſunt. Miror autem quid correctoribus Bonefidii in mentem venerit, ut quem ille vocaret *præfectum contaciorum*, ipſi interpretarentur *præfectum pugillarium*. Ego quid ſibi *pugillares*, ſeu *pugillaria* hęc velint, mecum exputare nequeo. eſt autem *præfectus contaciorum* ille, cui cura inchoandi contacia commiſſa. Sed de contaciis plura habes ſupra cap. 7. n. 2.

Correctores Bonefidii novum quid fingunt.

DE OCTAVA PENTADE OFFICIORUM & Officialium Eccleſiaſticorum.

CAPUT XII.

Num. 38. 1. IN hoc Quinario primas tenet *Primicerius Lectorum*, qui & apud Citrium comparet. Sequitur ὁ νομικὸς, qui apud Codin. pag. 1. edit. Juni. eſt ὁ νομοδότης, Junio, *præceptor*, qui & in Scholiis iſta: *præceptor eſt Muſicorum, vel* ψαλτῶν, *Gymnaſiarchus, qui poſtea corrupta voce* μαίστωρ, *ideſt, magiſter appellatur* *. Num hæc vera ſint, facit ut dubitem Joannes Citrius, apud quem eſt νομμοδότης, *Nummidator*, ut vertit Interpres. Forte is eſt, quem nos *Eleemoſynarium* appellare ſolemus: niſi quis arbitretur eum apud Græcos morem viguiſſe, qui apud nos in multis Eccleſiis, ubi præſentibus Clericis aliquid pecunię dari ſolet: quam vocant *Preſentim*, & illum, cui munus diſtribuendi commiſſum, *Preſenger*. At dum Codinus uno loco habeat νομοδότων, altero expreſſe νομικὸν, non videtur veriſimile νομμοδότων legendum eſſe; niſi quis etiam priore loco νομμικὸν, nova forma a *nummo* reſtituendum contendat. Licet νομικὸς quoque παρὰ τὸ νόμος, ut *nummum* ſeu *nummum* ſignificat, deduci poſſit. Quod ſi νομικὸς ad cantores pertinet, plane is videtur eſſe qui cantum cantoreſque regit: & ut vulgo loquimur, *qui tactum præbet, der deit Tact gibt*: niſi cui forte magis arrideat, ut per νομικὸν & νομοδότων intelligat Juriſperitum, ſeu Juris interpretem: forſan enim in clero Magnæ Eccleſiæ tempore Codini erat is, qui poſtea dictus eſt νομοφύλαξ, *cuſtos legum*, cujus mentio in Turcogræc. lib. 7. fol. 506. Nec eſt a vero alienum fuiſſe inter Officiales Eccleſiaſticos aliquem, qui de Jure reſponſa daret. Gloſſarium Latinogr. *Tabellio*. νομικὸς.

* *cap. 6. n. 4. & c. 7. n. 24.*

Conjectura de Nummodota. *Edit. Pariſ. pag. 176.*

De Nomico quodam.

Num. 40. 2. Sequitur ὁ πρωτοκανόναρχος, *primus Canonarchus*, inquit Junius, cujus etiam Citrius meminit. Junius in Schol. *Canonarchus, qui Canonibus Synodalibus & aliis legendis præfectus eſt*; cujus rei exemplum habetur cap. 6. n. 12. & cap. 15. n. 17. Verum in priore loco non fit mentio *Protocanonarchæ*, ſed Canonarchæ, qui duo diverſi, ſicut Protonotarius & Notarius. Verba Codini * hæc ſunt. Legitur a Canonarcha illud πολυχρόνιον, *Diuturnum faciat Deus ſanctum Imperium tuum in multos annos*; idque tertio repeti dicit. Eſt ne hic ſermo de *Protocanonarcha*, an de *Canonarcha*? diciturne ipſius eſſe legere *acta Synodica*, & alia hujus generis? Eſt ne fauſta illa adprecatio: *Diuturnum faciat Imperium tuum*, &c. canon Synodalis, ut Junius loquitur? Multo minus id altero a Junio citato loco * reperire licet, ubi nullum verbum nec de Canonarcha, nec de Protocanonarcha. Sed Junius tamquam cæcus in his Eccleſiaſticarum functionum vocabulis oberrabat, & dummodo aliquid diceret, facile ſe inventurum fidem arbitrabatur apud illos, qui præter prędicantes & miniſtros verbi nihil norunt.

* *cap. 6. n. 12. & 13.*

Junius refutatur.

* *cap. 15. n. 17.*

3. Quis igitur *Protocanonarcha*, & unde hoc nomen? Exponet nobis hoc Zonaras, qui in Commentariis ſuper Canonas Anaſtaſinos Joannis Damaſceni ita commentatur: *Canon dicitur, quia præfinitam, & novem odis circumſcriptam habet periodum*, ut videre eſt in Gręcorum Ritualibus libris. Ab his igitur Canonibus apud Græcos magnæ auctoritatis & exiſtimationis *Protocanonarcha*, & qui ſub illo erat, *Canonarcha* nomen traxerunt. Ipſorum enim erat Canonas iſtos, quando in Eccleſia decantandi erant, inchoare, & reliquis quaſi præire. Hinc, & non aliunde, hoc nomen originem ducit.

Canon quis.

Protocanonarchæ & Canonarchæ, Canonas ſ. odas cantandas incipiebant.

Num. 41. 4. Quartus eſt ἔξαρχος, *Exarchus*, *Dux quidem*, inquit Junius, *& præſes miniſtrorum Eccleſiæ in ordinanda ſingulorum functione & miniſterio*. Fallitur. Rectius in Turcogr. fol. 192. Exarchus, *Legatus, aut vicarius Patriarchæ, aut Metropolitæ, ſicut nos Legatum Apoſtolicæ ſedis dicimus*. Et fol. 293. dicitur, Exarchos miſſos ad colligendum ſubſidium pro pendendo Turcis tributo: habere etiam poteſtatem ni-

Junius fallitur. Exarchus quis, ejuſque poteſtas.

ἀρχὰς

ἀργὰς ποιεῖν ἢ ἀφορίζειν, *privandi Officio Eccleſiaſtico & excommunicandi*, δι' ἀλόγους αἰτίας, *ob juſtas cauſas*. Item jus abſolvendi pœnitentes, & ad hoc propriis litteris, quas συγχωρητικὰ γράμματα appellant, a Patriarcha inſtruuntur. Fol. 219. duo nominantur Patriarchales Exarchi, uno & eodem tempore, qui & interdum *Eparchi*. De Exarcho nihil, quod ſciam, Citrius. Exarchi dignitas olim clara fuit etiam extra Eccleſiam inter Palatinas functiones, & Imperatorias. Hinc *Exarchi* illi in Italia, quorum nuſquam non mentio. Et Gennadius *Exarchus Africæ*, ad quem ſcribit S. Gregorius Magnus lib. 1. epiſt. 37. Hinc *Exarchus*, & *Exarchia*. ἔπαρχος Palatina dignitas eſt apud Codin. * Exarchi Palatina dignitas.

* cap. 2. n. 23.

5. Ultimus eſt *Eccleſiarcha*, *Præfectus Eccleſiæ*. Citrius nominat tres ἄρχοντας τῆς ἐκκλησιῶν, inter quos haud dubie unus, qui ſupra in quinta Pentade dictus eſt, ὁ ἄρχων τῆς ἐκκλησιῶν μὴ τῶ σακελλίου. Bonefidius vertit, neſcio quam bona fide, *tres magiſtratus Eccleſiarum*. Num. 42. *Edit. Pariſ. pag.* 177.

DE NONA PENTADE OFFICIORUM & Officialium Eccleſiaſticorum.

CAPUT XIII.

1. PRimas hic tenet Domeſticus τῆς θυρῶν, *præfectus januæ*, tertius nimirum *Oſtiarius*, nam in ſexto Quinario duos enumeravit Codinus; & Citrius tres Oſtiarios inter Officiales Eccleſiaſticos nominat; quorum tertius hic forium Domeſticus, ſeu preſes, uno verbo *Janitor*. Num. 43.

2. Sequitur *Chartularius*, qui longe diverſus a Chartophylace; & inepte vocatur Chartophylax, *Chartularius*, ut ſupra dictum * Citrius non unum, ſed plures ponit: nam lectores enumerans collocat inter illos, χαρτουλαείους τῆς μεγάλης σακέλλης: & τῶ σκευοφυλακίου, *Chartularius magnæ ſacellæ, & Scevophylacii*, ſeu *armarii vaſorum*, inquit Bonefidius. Docuimus jam ſupra * ex Balſamone, eos, qui Chartophylaci, Scevophylaci, Magno Sacellario ſubſerviebant tamquam adminiſtri, appellatos eſſe *Chartularios*, ita ut Chartularii iſti nihil aliud fuerint, quam συμμεριταὶ τῶ κόπου, *laboris conſortes*, ut Balſamon loquitur: Nec ſcio, quam apte huc quadret *Regiſtrator* Junii. Num. 44. * cap. 4. n. 2. * cap. 2. n. 4. Chartularii qui

3. Nec Latinis Chartularius ignotus fuit: nam S. Gregorius lib. 1. epiſt. 75. ad Epiſcopos Numidiæ ſcribens, nominat Hilarium, *Chartularium ſuum*, qui in Africam a prædeceſſore S. Gregorii miſſus, Sedis Apoſtolicæ loco cauſas Eccleſiaſticas cognoſcebat, & tamquam Judex dirimebat, & judicabat: manſitque in eodem officio in Africa etiam ſub Gregorii Magni Pontificatu, cujus ipſe ſuis in epiſtolis crebro meminit. Verum Chartularius Codini longe inferioris ordinis & dignitatis erat: inter Lectores nimirum conſtitutus, & antepenultimus in ultima Pentade. Chartularius Latinis uſurpatus.

4. Porro cum plures fuerint Chartularii, ut Citrius expreſſe ſcribit, cur Codinus unum dumtaxat nominat? An unum nominando reliquos ſubintelligit? An iſte Chartularius, qui in nona Pentade, diverſus eſt a Cartulariis Magnę ſacellæ, Scevophylacii? &c. ſed quod officium? Junius expedite, utinam vere. ὁ χαρτουλάειος, *qui publicis litteris, tabulis, inſtrumentiſque curandis & retractandis conſtitutus eſt*: At hoc officium pertinet ad Chartophylacem, ejuſque Cartularios, ſeu adminiſtros; item ad Protonotarium, & ſimiles. An Chartularius iſte inter Lectores peculiare quiddam obtinebat, ratione cujus Cartularii nomen acceperat? Dubium de Chartulario

5 Inter dignitates Palatinas eſt ὁ μέγας *Chartularius*. Quis fuerit, docet Zonaras in Leone Iſaurico, ὁ τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων ἐπισκοπῶν, *præfectus Imperatoriis equiſonibus*. Pertinuiſſe dignitatem hanc ad curam ſtabuli regii docet ipſe Codinus, munus magni Chartularii explicans cap. 5. n. 6. Fuit inter militaria officia *Chartularius*. Id liquidum ex Leone Imperat. qui diataxi tertia, cum Protonotario Thematis, & cum Prętore ſive Judice Thematis, numerat quoque Chartularium Thematis, quem conſtitutum dicit πρὸς τὸν τῶ στρατῶ καταγραφὸν καὶ ἀναζήτησιν, *deſcribendo & recenſendo exercitui*. Vide Rigaltium verbo *Protonotarius*. Qui ſint *homines Chartularii* diſces ex Cujacio lib. 4. Obſervat. cap. 5. Vide eumdem de Chartulariis ad lib. 10. Cod. Juſtini. tit. 23. & infra lib. 2. cap. 3. num. 26. Chartularii Palatini officium. Chartularius militaris.

6. Tertium locum obtinet ὁ δεπουτάτος, *Deputatus*, Citrius numero multitudinis δεπουτάτοι. Quantum errorem Junius commiſerit fol. 194. deceptus lectione fal- Num. 45.

Digitized by Google

* *Codino cap. 17. n. 36. de Coronatione Imperatoris, & l. 3. cap. 12. n. 36. Junii negligentia, & inſcitia. Edit. Pariſ. pag. 178.*

ſa, quam facile emendare poterat, jam alibi dictum eſt *. In Scholiis non minus ineptit. ὁ δεπουάτος, *Barbare, Chartulario adjunctus* ἀντιγραφεύς, *quem vulgo, ut Budæus loquitur, Contrarotulatorem vocant*. Præclare. Interim nos credamus Citrio, qui *Deputati* munus non numerat inter Officia, in quo a Codino diſſentit, ſed inter διακονίας ſeu miniſteria, Sed quicquid ſit de hoc, quod Deputatorum munus eſſet, his verbis docet. *οἱ δεπουάτοι δὲ μανδυοφοροῦντες μὲν λαμπάδων προπορεύονται, ἐπὶ τὰ ἁγία δ' εὐαγγελίῳ ὁπόταν ἀναφέρεται εἰς τὸ ἄμβωνα πρὸς ἀνάγνωσιν, ᾗ τὰ ἅγια δῶρα ἔστιν ὅτε μὲν εἰς τὸ ἅγιον πρόπυλον εἰσόδῳ, ᾗ δὲ τῇ εἰς τὸ πρόθεσιν ἐπανόδῳ αὐτῶν. Deputati vero Mandyis induti antecedunt cum lampadibus Evangelium, quando lectionis cauſſa fertur ad ſuggeſtum: Iidem munus idem obeunt, in ingreſſu ad ſacram menſam, quando ſacra dona proceſſione publica circumferuntur, & ad Protheſin referuntur.* Fuerunt etiam *Deputati* inter officia militiæ, de quibus multa ex variis Impp. Conſtitutionibus Rigaltius in ſuo Lexico verbo δεπουάτος. quem vide: nihil enim illi ad nos, qui Eccleſiaſtica Officia tractamus.

Officium Deputatorum.

7. Sequitur ὁ ἐπὶ τῆς ποδέας. Junius, *præfectus inſtrumento ſacro*. de quo duo potius ſuſciptor, quam ſcio. Quid ſi ὁ ἐπὶ τῆς ποδέας ſit ille, qui pavimenti in magna Eccleſia curam gerebat? nam ποδέα eſt, *ſolum, pavimentum*; unde Germanis, *der Boden*. Et patet hoc ex Originibus Conſtantinop. ubi ambitus fori dicitur fuiſſe æqualis τῆς ποδέας τῆς κόρτης τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. & ὁ ἐπὶ τῆς ποδέας, ideo etiam dici nequit *præfectus inſtrumenti ſacri*, ſeu *ſupellectilis*; quia diſtinctum & proprium officium eſt, ὁ μέγας σκευοφύλαξ κρατῶν τὰ σκεύη τῆς ἐκκλησίας Quid ſi ſit unus ex θεωροῖς, ex cuſtodibus, qui, ut ait Citrius, τὴν φυλακὴν καὶ τήρησιν πιστεύονται τῶν ἱερῶν σκευῶν, καὶ τῶν καλυμμάτων αὐτῶν, εἰ μάλιστα κεκόσμηνται ταῦτα λίθοις καὶ μαργάροις κοσμούμενα. *Vaſa ſacra, eorumque tegumenta cuſtodire & obſervare debent, maxime ſi pretioſis lapillis & margaritis ſint ornata.* Adde quod in Turcogr. pag. 181. ποδαῖς pro *veſtibus*, ſeu *tegumentis* legitur: μὲ δ' μορφοτάτας ποδαῖς. Interpres, *Ornavit templum imaginibus pulcherrime veſtitis*; in margine additur μὲ ὡραιοτάτων ἐφαπλωμάτων, *cum venuſtiſſimis integumentis*. Quid ſi horum & ſimilium cura ad illum ſpectabat?

Num. 46. Conjectura quid ποδέα.

Altera conjectura.

Porro ſicut in primo Quinario Codinus ponit ſex, ita in hoc ultimo collocat dumtaxat quatuor. ταῦτα τὰ ὀφφίκια τὰ ἐκκλησιαστικά, inquit Codinus, *hæc ſunt Officia Eccleſiaſtica.* Quæ etiam in epiſt. Græcorum ad Gregorium X. Papam ex parte commorantur. *Magnus Oeconomus, Protecdicus, Logotheta, Caſtriſius, Referendarius: Qui ſuper judicia, qui ſuper ſecreta, qui ſuper ſacrum & dona Apoſtolica, qui Primicerius Patriarchalium Notariorum; qui Princeps Eccleſiarum, qui ſuper petitiones, qui Rememoratorii, qui Oſtiarii, qui Patriarchales Notarii, qui Protopapæ cum toto preſbyterio Archidiaconatus Eccleſiaſtici, & qui Domeſtici cum omnibus Pſalmiſtis & Lectoribus.* Gregor. Papa in epiſt. ad Græcos, *ſacellarium* addit.

Syllabus Officialium.

DE ALIIS QUIBUSDAM OFFICIIS ECCLESIASTICIS a Citrio enumeratis, deque illis, quæ hodie apud Græcos uſitata ſunt.

CAPUT XIV.

* *cap. 6. n. 9.* * *cap. 9. n. 14.*

1. IN enumeratione Officiorum Eccleſiaſticorum non convenit Citrius cum Codino, ut ſupra monuimus, cauſſam addit: quia Patriarchæ * hæc omnia arbitratu ſuo mutabant, depreſſoſque in altum evehebant, & evectos deprimebant, & nova munia inſtituebant, prout huic vel illi gratificandi voluntas ferebat. Præter officia a Codino enumerata ſunt iſtæc: ὁ ἐπὶ τῆς κατηχήσεως, *Catechiſta, Orphanotrophus, Quatuor Defenſores,* καὶ ἀκτικοδίκαι. *Circitor*, Bonefidio. Correctoribus, *Viſitator*. Quid ſi ſit ille, quem Typicum ſancti Sabę nominat ἐξκουσσεύτην, ſeu ἐξκουσεύτην, *Excitatorem*, cujus erat in Vigiliis & ἀγρυπνίαις, circuire, & ſomnolentos excitare?

Aſia officia Eccleſiaſtica.

pag. 179.

2. Præter hos recenſet Citrius *Theoros*, ſeu *cuſtodes*, & Deputatos, de quibus capite ſuperiore: itemque *Camiſatos*, ſed addit hæc: οὐκ εἰσὶν ὀφφίκια, ἀλλὰ διακονίαι περὶ τὸ ἅγιον βῆμα. *Hæc non ſunt officia, ſed miniſteria circa ſacrum altare.* Quod *Camiſatorum* ſit officium his verbis docet. *Camiſati, ferendis ad altare carbonibus, & ſacris lebetibus calefaciendis occupati ſunt, ut illic more ſolito aqua ferveat ſacris calicibus tempeſtive infundatur.* Solent enim Græci, ut videre eſt in Liturgia ſancti Chryſoſtomi, & in Theoria rerum Eccleſiaſticarum Germani, & in ex-

Camiſatorum miniſterium.

Digitized by Google

positione Liturgiæ Cabasilæ, calici jam consecrato sub ipsum communionis tempus infundere aquam calidissimam, quam a fervore vocant ζέσιν, & ipsum vasculum, in quo adfertur, ζέον, ut quemadmodum ex latere Christi in Cruce pendentis, utraque (sanguis & aqua) θερμότητος πεπληρωμένα, *plena calore* profluxerunt, ita tempore communionis communicantes, & sanguinem & aquam, & quidem utraque calentia percipiant, ὡς αὐτῇ τῇ ζωοπαρόχῳ πλευρᾷ ψαύοντων, *quasi ipsum Christi vivificum latus ore appositio contrectarent*. De qua consuetudine, quam rationi consentanea sit, nihil opus pluribus hic disquirere.

Sub communionem aqua fervens calici consecrato infusa.

Ejus ratio.

3. Huic ergo aquæ calefaciendæ vacabant *Camisati*, ut & carbonibus pro suffitu ferendis & fovendis. Sic dicti a *Camisiis*. Junius vertit, *Induſia*, fol. 86. Nec est quod quis dubitet, *Camisia* Italis esse *induſia*. Sed si Ecclesiastica vocabula Ecclesiastico more intelligere, & interpretari velimus, necessario dicendum est, apud Codinum per *Camisia* intelligi id, quod Germanice vocamus *den Egorrock*, seu *Egorgemdt*: nam de lectoribus agens Codinus ait, eos stare in medio triclinio cum vestibus & Epirrhiptariis suis, habentes *Camisia* ἐπάνω τῶν ἱματίων, supra vestes. Sic c. 7. n. 23. de mensa Imp. Codinus: ingrediuntur *Psaltes*, seu *Cantores*, *cum suis Epirrhiptariis & Camisiis*, hoc est, *mit den Egorgemden*: quæ nullus Ecclesiasticarum rerum peritus vocat *induſia*. Vulgo *vestes* superpelliceæ dicuntur. Ab his ergo *Camisis*, *Camisati* nomen venit: quos forsan non inepte vocaveris *linteatos*.

Quid Camisia.

4. Præter hos sunt apud Citrium *Patriarchales Domestici*; Ἔστω δὲ τὸ ὀφφίκιον τῶν ἀναγνωστῶν ἐστι. *Et hoc officium lectorum est*. Functio hujus est τὸ ἐν ταῖς προόδοις τῶ πατριάρχου λέγειν, *cum Patriarcha in publicum prodit, dicere*: εἰς πολλὰ ἔτη δέσποτα, *ad multos annos Domine*. Qua acclamatione mirum quam Græci delectati fuerint. Hinc nihil crebrius apud illos, quam illa, πολυχρονιάζειν, πολυχρόνισμα, πολυχρόνιον.

Patriarchalium Domesticorum officium.

5. Quod attinet ad Græcos recentiores, præter multa Ecclesiasticorum officiorum vetera nomina, habent sua & propria, quæ nec in Citrio, nec in Codino apparent: quæ ex Turcogr. colligi possunt, ut est ὁ νομοφύλαξ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, *Nomophylax Magnæ Ecclesiæ*. πρωτοσύγγελος τῆ μεγάλης ἐκκλησίας, ἐφημέριος τῆ μεγάλης ἐκκλησίας, *Lampadarius Magnæ Ecclesiæ*, (nam ὁ ἄρχων τῶν φώτων, videtur fuisse alius apud Codin.) *Magnus Logotheta Magnæ Ecclesiæ*, ὁ μέγας ῥήτωρ, *Magnus Rhetor*. Meminit quidem Codinus Rhetoris, sed absque τῶ μεγάλου additione.

Alia nomina Ecclesiasticorum officiorum ex Turcogræcia.

DE OFFICIIS ECCLESIASTICIS AULÆ *Constantinopolitanæ, potissimum de Archidiacono.*

CAPUT XV.

1. EX Clericis aulæ nominatim exprimit cap. 17. num. 40. Codinus, I. *Protopsalten*; quem simul ait esse Imperatorii Cleri Exarchum. II. *Domesticum*, quem ait esse Exarchum Cleri Augustæ; eumdemque aliquando simul esse Domesticum Ecclesiæ; aliquando vero Ecclesiam proprium Domesticum habere. Erat autem Domesticus unus ex Psaltis seu Cantoribus, & a Protopsalta proximus, sub se habens alios Psaltas seu Cantores, οἳ ἐξ ἔθους παλαιοῦ κράκτας ὀνομάζουσι, *quos veteri consuetudine*, inquit Codin. c. 17. n. 32. de coronat. Imp. *nominant Cracktas*, hoc est, ut Germani dicere solent, *Scgrailing*. III. *Protopapam*, qui & ipse aliquando unus & idem erat in Ecclesia & aula; aliquando diversus, ut dicit Codin. n. 40. ibid. IV. μαΐστωρα, *magistrum*, qui & ipse Cantor. cap. 6. n. 4. V. *Canonarchas*. VI. *Lampadarium*, cujus erat Imperatori lampadem præferre. VII. Archidiaconum, hunc enim non habebat Ecclesia, sed aula; ut dicit Codin. fol. 125. De eodem multa fol. 96. & 97. & alibi passim; ut & de Protopapa, Lampadario, & cæteris ministeriis Ecclesiasticis in aula.

Clerici Palatini.

Edit. Paris. pag. 180.

Qui Domesticus.

2. Apud Citrium proponuntur multæ quæstiones de Archidiacono: τὸ ἀρχιδιακονικὸν ὀφφίκιον ποίας ἐστὶ τάξεως, καὶ ποίου βαθμοῦ, εἰ προίσαται τῆ ὅλων ἀξιόνων. ὡς ἀρχιδιάκονος, Respondet Citrius: *Archidiaconicum officium non esse* ἀρχοντικὸν, οὐδὲ ἐκ φιλοτιμίας ἀρχιερατικῆς, ὥσπερ τὰ ἀρχοντίκια. Bonefidius vertit: *Non est magistrale, neque ex liberalitate Pontificali, ut magisterialia*. Correctores correxerunt. *Archidiaconicum officium non est ex officialium dignitatibus, nec tribuitur ex libe-*

Quæstiones de Archidiacono.

Digitized by Google

ralitate Pontificali, ut officialium dignitates: Prima verſio, ſatis eſt *magiſterialis* ſeu *magiſtralis*; Secunda paulo propius ſcopum tangit.

Quid Archonticia officia.

3. Archonticia officia, & ἀξιώματα apud Citrium ſunt illa, quæ quis obtinet διὰ τῆς ἀρχοντικίων, hoc eſt, *per literas & codicillos τῶν ἀρχόντων, principum*, ſive ii eſſent Imperatores, ſive Patriarchę. Reſpondet ergo Citrius Archidiaconi officium non eſſe ejuſmodi, quod per *Archonticia* conferatur, ſeu ab Imperatore, ſeu a Patriarcha; ſed eſſe longi temporis, & operæ diu præſtitæ quaſi remunerationem: διὸ καὶ ὡς χρόνῳ ἰδίῳ τόπῳ δώρημα ὁ ἀρχιδιάκονος ἔχει καὶ τιμὴ ὑπεροχὴ ἐπὶ πάντων τῶν διακόνων, (εἴτε ἀρχοντικίοις ὁποιοισοῦν τετίμηται, εἴτε καὶ μὴ) ἔν τε τῷ ναῷ, ἐν τῷ ἁγίῳ βήματι, καὶ ἐν τῇ μεταλήψει τῶν θείων μυστηρίων. *Propterea tamquam temporis, propriique laris habet Archidiaconus, ut anteponatur omnibus Diaconis (ſive Archonticiis cohoneſtati ſint, ſine non) tam in templo, quam ſancto altari, & in divinorum myſteriorum perceptione.*

Per pittacia facti Archidiaconi non ſunt præferendi aliis.

4. Quæſitum quoque fuerat, num Patriarcha poſſet per ſola *Pittacia* & *Brevia*, & mandato ſuo, præferre aliquos nullo officio inſignitos, illis, qui priores fuerant; nullo tamen ipſi etiam officio decorati. Reſpondet Citrius, hoc plane eſſe intolerandum; ut præferantur aliqui prioribus per *pittacia*, etiamſi, qui præferantur, habeant officia; ſed quemlibet in loco & ſtatione ſua, quam tempore acquiſivit, relinquendum eſſe: ἡ γὰρ τάξις, καὶ στάσις τῶν διακόνων τῷ χρόνῳ ῥυθμίζεται καὶ στηρίζεται, καὶ ἔστιν ἀμεταπλήντος. *Ordo enim & ſtatio Diaconorum tempore conſtituitur & firmatur, & eſt immutabilis*, inquit Citrius; qui & addit; ei qui *Archonticiis*, ſeu *Brevibus* hujuſmodi honoratus eſt, ſatis eſſe, ut quando Patriarcha ſeu Pontifex rem divinam facit, ſit ipſe primus ἐν τῇ εἰσόδῳ, *in ingreſſu* ad altare, ſeu in itu, & in perceptione divinorum myſteriorum. In cæteris quemvis ſuum locum tenere debere; & iniquum eſſe ut ὁ προεισοδιάσας, *qui primas tenuit*, ſeu ut vulgo loquimur, *qui præcedentiam habuit*, de loco ſuo deturbatus alteri cedere cogatur. Ex quibus recte intellectis judicium facere licebit de interpretatione Bonefidii & correctorum ejus. Promotionum per pittacia meminit etiam Balſamon ad 17. Canonem Apoſtolorum.

Quę dignitas ejus qui Archonticiis eſt honoratus.

Voces ἀρχὴ & ἄρχων varie componuntur.

5. Quia vero in his officiis Eccleſiaſticis multa occurrunt compoſita ex vocabulis ἀρχὴ & ἄρχων, aliquid ſuper his notare lubet, ante omnia illud, quod dupliciter cum aliis coaleſcant: primo quidem initio vocis, ut Ἀρχιεπίσκοπος, ἀρχιποίμην, *Archidiaconu, Archiſtrategus, Archidux, Architriclinus, Archiatrus, Arabitectus, Archipreſbyter*. Secundo in fine vocis, ut *Patriarcha, Eccleſiarcha, Canonarcha, Monarcha, Toparcha, Tetrarcha, Ethnarcha, Trierarcha*. Inde etiam eſt ἔξαρχος, ἔπαρχος, & id genus alia, tam in Eccleſia, quam extra, uſurpata, & uſitata.

Edit. Pariſ. pag. 181.

Hæretici mutant nomina Eccleſiaſticorum officiorũ.

6. Hęretici noſtri temporis, ut alia, ita & ipſa priſca vocabula ſuſtulerunt, potiſſimum illa, quæ ex ἀρχὴ & ἄρχων compacta. Hinc *Archiepiſcopi* nomen exterminant, ut & Patriarchæ, Archidiaconi, & genus alia, tamquam *ſuperba, faſtuoſa, & ſimplicitati Apoſtolicæ adverſantia; quippe quæ imperium, & poteſtatem in ſubditos denotent, non primum in aliqua functione, ſeu miniſterio, ſeu primum ordine in aliquo cœtu, abſque tamen imperio & poteſtate in cæteros*. Hinc ipſi gaudent Apoſtolicis illis, & ut loquuntur, modeſtiſſimis appellationibus πρεσβυτέρων, ποιμένων, ἐπισκόπων, λειτουργῶν, διακόνων, δούλων. Verum nomina hæc eſſe retinenda, ubi hactenus viguernnt; & revocanda, ubi exoleverunt, fuſe demonſtrat Adrianus Saravia Calviniſta, in libro, quem de diverſis gradibus Miniſtrorum Evangelicorum evulgavit cap. 25. Sic tamen, ut his appellationibus nullum in alios imperium deſignetur; ſed ſola ordinis dignitas, & ut ſic dicam, *primitas*, ſeu τὸ πρωτεῖα. Huic Calviniſtæ oppoſuit ſe Calviniſtarum anteſignanus Beza proprio libro adverſus Saraviam publicato, ubi contendit, nomina hæc prorſus *non eſſe toleranda*; ſed ex Eccleſiis explodenda, tamquam ſimplicitati Apoſtolicę prorſus repugnantia.

Adrianus Saravia priſca vocabula retinenda contendit.

Beza Saraviæ adverſus.

7. Mihi conflictus iſte inter hos duos Lapithas, mire placet: nam in Saravia obſervo hæreticam arrogantiam, quæ cum omnia confuderit, & permiſcuerit, nunc quaſi pœnitentia duceretur, honorifica illa Patriarchæ, Archiepiſcopi, Archidiaconi, & ſimilia cognomenta ambit, iiſque decorari geſtit; ita tamen, ut antiqua notione quaſi exuta, novam induant, nullamque poteſtatem & nullum imperium ſignificent. In Beza autem id præ cęteris animadvertendum puto; quod non obſcure ſuos Calviniſtas Anglos, & Lutheranos in Germania & Svecia, perſtringit: quia aliqui illorum ſeſe *Archiepiſcopos & Primates*, & *Archidiaconos* nominant, & ita etiam nominari & ſalutari volunt, pulchriſque ſub nominibus turpem hæreſin celant.

Beza Anglos aliosque hæreticos Archiepiſcopos perſtringit.

Digitized by Google

DE SACRIS VESTIBUS MINISTRORUM Ecclesiæ.

CAPUT XVI.

1. VAriis in locis mentionem facit harum Codinus: ex quibus nonnullæ solis Episcopis, aliæ etiam Sacerdotibus & Diaconis competunt. Primas teneat στιχάριον, *lucidi vestitus Angelorum imitamen*, inquit Simeon Thessalonicensis lib. de Templo. *Sæpius enim in veste fulgenti Angelos apparuisse novimus, ut & illum in monumento Salvatoris coopertum stola candida. Præterea purum, & ab omni inquinamento liberum sacerdotalem statum esse oportere docet; propter quam puritatem etiam Sacerdos hac gratia dignus judicatur: quod ipsum testatur, cum se induens, hæc verba pronuntiat: Exultabit anima mea in Domino, quia induit me vestimento salutis, & quæ sequuntur. Episcopi autem στιχάριον desuper descendentia habet flumina, est enim undulatum, & gratiam docendi in ipso repræsentant. Nam & inter Angelos non omnibus idem est ordo & gradus; sed ibi quoque alii inferiorum magistri sunt. Vocantur autem flumina, propter vocem Salvatoris in Evangelio dicentis, qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Hoc idem pallio Episcopali notatur. Flumina quidem habet propter ea quæ diximus: Pocula vero pro typo veteris & novæ gratiæ: quæ etiam fluminibus quasi innatant; quod non aliud sibi vult, quam magistro sive doctori ex duobus testamentis ad docendum hauriendum esse.* Erant autem Sticharia non solum candida, sed nonnulla etiam purpurea, quæ a Sacerdotibus & Diaconis tota Quadragesima gestari testatur Codinus c. 9. n. 7. excepto festo Annunciationis, Palmarum, & magno Sabbatho Paschæ.

Vestes sacræ explicatæ. Στιχάριον. Ejus candor. Forma Episcopalis Sticharii. Et quare id undulatum, pocula habeat. Color Sticharii candidus & purpureus.

2. Inter cæteras quæstiones, quas Bulgariæ Archiepiscopo Demetrio Chomatiano posuit Constantinus Cabasilas Archiepiscopus Dyrrhachii, fuit ista: An consentaneum sit in purpureis Pontificalibus vestimentis, quemadmodum & in albis: in stichario quidem *flumina*, in phenelio autem Cruces gestare. Respondet Demetrius. *Consuetudo Ecclesiæ purpurea Pontificalia indumenta, simplicia vult esse, & sine prædictorum fluminum cruciumque adjectione.* Meursius Sticharium interpretatur *Sticam*; nam Glossis Isidori *Stica*, est tunica. Sed nihil melius est, quam in his, & id genus aliis retinere Græca vocabula; quia nulla suppetunt Latina, quæ vim & energiam Græcorum perfecte exprimant. Erant autem *Sticharia* duplicia, nempe Patriarchalia & Episcopalia, insignita figuris instar Gemmæ litteræ, Γ, ut apud Balsamonem legimus; cujusmodi vestes appellabantur *Gammadia*, seu *Gammatia*. Anastasius in Leone III. *Columnas argenteas octo, & gammadia duo*. Paulo post apud eumdem scriptorem habes *Gammadias chrysoclabas*. Quod autem Meursius existimat Trigonia, quæ sunt in phænoliis, esse ipsam litteram Γ, id Mathematicis Leidensibus persuadeat, si potest; nos certe tres angulos e littera Γ extundere non possumus.

Edit. Paris. pag. 182.

Gammadia dicta vestimentas

3. Φελώνη, seu φελόνη, imo etiam φαιπόλιον, φαινόλης φελόνιον. Penulam hic qui vertunt, ii frustra sunt. Nulli penulæ inter vestes sacras locus est; tametsi non ignoro, quid de penula apud S. Paulum epist. 2. ad Timoth. 4. nonnulli philosophentur. Quæ vero ejus significatio? *Sacrum* φελώνιον, inquit Simeon Thessalonicensis, *sublimiorem, & superne collatam Spiritus virtutem sub quadam effigie monstrat: imprimis saccum, quo per ludibrium Salvator indutus est; idcirco & sacci formam habet: nec enim in eo sunt, quæ appellantur μανίκια seu manicæ* φαινόλια. Patriarchica & Episcopalia plena erant Crucibus (unde ipsis *Polystaurii*, quasi dicas, *Multicrucii* appellatio) & repræsentant per tōtum orbem diffusam venerandæ Crucis gloriam, ut inquit Balsamon in dissertatione de Patriarcharum privilegiis. Formæ autem triangulæ, quæ in iisdem Phænoliis visuntur, declarant angularem lapidem Christum Deum nostrum, qui disjuncta conjunxit, ut inquit idem Balsamon.

Vestis II. Φελώνη. Non est penula. Quæ significatio, Quæ forma. Φελώνη. Πολυσταύριον

4. III. Epitrachelium. Heterodoxi interpretes vertunt, *collare seu collarium*: sed id nimis prophanum videtur. Retinemus ergo nomen Græcum. *Epitrachelium*, inquit Simeon, *e cælo descendentem Spiritus gratiam menti subjicit. Ob hoc enim & Episcopus & sacerdos a capite illud inducens, Benedictus Deus, inquit, qui effundit gratiam super sacerdotes suos. Unde eo quilibet sacerdos utitur, quotie cumque sacrificat.* Germanus in sua Theoria rerum Ecclesiasticarum: *Dextram partem Epitrachelii significat arundo, ludibrii gratia dexteræ Christi data. Sinistram partem indicat Crucis in propriis humeris gestatio.* Epitrachelium, inquit Balsamon, *significat lorum illud, quo vita ad mortem*

Vestis III. Epitrachelia Hæreticorum prophana versio rejecta. Epitrachelii significatio

Digitized by Google

tracta est. Quod autem Meursius opinatur τὸ ἐπωμάδιον τὸ ἐπιτραχήλιον, id difficile creditu erit illis, qui τὸ ἐπωμάδιον proprius ad ὠμοφόριον quam ad ἐπιτραχήλιον accedere norunt.

Vestis sacra IV. Orarium.

5. IV. Orarium *Diaconus Angelicum sortitus ordinem*, inquit Simeon Thessalon. *fert in humeris, quod* ὡράριον *nominant, quod quasi alas habet, ut illorum spirituum, qua præstant, intelligentiæ celeritatem demonstret. Quare & Cherubim facies obvelantia imitans, ipse quoque dum cingitur, quodammodo ut rei divinæ particeps, & administer futurus, operitur. In ipso item Orario* SANCTUS, SANCTUS, SANCTUS, *scriptum est, quo ministratorius Sanctorum Angelorum ordo exprimitur*. Gestabatur *Orarium* in sinistro humero. S. Chrysostomus in Liturgia. τὸ μὲν ὡράριον ἀσπασάμενος ἐπιτίθησι τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ. *Osculatus Orarium imponit illud sinistro humero*. Figuram Diaconi *Orarium* portantis habes initio Gregoræ a Vvolphio editi. Agape illos, qui hoc Orarium volunt esse ἐκμαγεῖον τοῦ προσώπου, *Sudarium*, sudori abstergendo, καὶ χερόμακτρον, manibus purgandis & abstergendis. Sint enim *Oraria* prophanis scriptoribus ea quæ Arnobius vocat, *muccinia*, hoc est, lintea minuta, quibus & mucus narium, & sudor ex vultu manans abstergitur, prout copiose ostendit Casaubonus in Notis ad Flavium Topiscum: in Ecclesia tamen Orarium sacra stola erat, & nullo modo a Diacono induenda vel ferenda, ut sudarii vicem subiret. Quis ergo ejus usus? Non omnium vestium sacrarum usus exquirendus est: sufficit omnes inventas & introductas esse ad ornatum incruenti sacrificii, seu Liturgiæ, seu, ut nos vocamus, Missæ. Usum alium si habere cupis, en tibi hunc e Matthæo Blastare in Synopsi Conciliorum. τοῖς διακόνοις δέδοται καὶ μόνοις, τῷ λαιῷ τῶν ὤμων τοῦτο περιτιθέναι. ἐκλήθη δὲ ὡράριον ἐκ τοῦ ὡρῶ, τὸ φυλάσσω καὶ ἐπιτηρῶ. οἱ γὰρ ἔξαρτῶντες τοῦτο διάκονοι, τοῖς ἱερουργοῦσι παρεστῶτες, καὶ τὰς τῆς ἱερᾶς τελετῆς ἐπιτροπεύοντες διὰ τοῦ ὡραείου τοῖς ἐν τῷ ἄμβωνι σημαίνουσι διακόνοις τὸν καιρὸν τῆς ὠφελούσης γίνεσθαι ἐκφωνήσεως τῶν τε κατηχουμένων καὶ τῶν πιστῶν. *Solis Diaconis concessum est sinistro humero Orarium circumponere: dictum est autem Orarium ab* ὡρῶ, *quod est custodio & observo; nam Diaconi, qui orarium ex humero suspensum gerunt, sacrificantibus assistentes, & sacras Liturgiæ preces observantes, Diaconis, qui in ambone sunt, Orario significant, quandonam tempus sit separandi voce publica Catechumenos a fidelibus*: Lecto enim Evangelio Diaconus exclamabat; Exeant, qui non communicant. Quo Catechumeni exire jubebantur, fidelibus remanentibus. Hunc Blastarę locum Casaubonus profecto perquam Calviniane explicat his verbis: *Diaconus, qui Orarium gestabat, eum, qui in ambone sacram scripturam legebat, admonebat quando vel ad fideles vel ad infideles deberet orationem flectere*. Glossa hæc Calviniani spiritus est, Liturgiæ sacræ ritus & ceremonias ignorantis. Quod si quis vocabulum *Orarii* nimium urgens, eum linteum tergendo ori significare contendat, eo quod ab ore formari videatur, is eadem solertia dicere poterit, verbum, *oro*, idem esse, quod *edo*, eo quod ab ore deducatur, sicut & *adoro*. Alcuinus lib. de divinis Officiis cap. 39. enumerans sacra Ecclesiæ vestimenta; *Orarium*, id est, *Stola dicitur, eo quod oratoribus, hoc est, prædicatoribus concedatur*. Etsi non his tantum; sed & sacerdotibus, qui stola utuntur inter sacrificandum, ut & Diaconus & Subdiaconus inter ministrandum. Sudori abstergendo serviebat Sudarium; *quod ad tergendum Sudorem in manu gestari mos est, quod usitato nomine* fanonem *vocamus*, inquit Alcuinus. Vide Glossarium ad Codicem Legum antiquarum.

Rejecta de Sudario explicatio.

Ejus usus. *Edit. Paris. pag. 183.*

Diaconorum erat Orarium.

Cathecumenis exeundi ab Liturgia datum signum.

Casauboni Calviniana explicatio.

Vestis V. sacra ὠμοφόριον. Episcopis proprium ex lana. Ejus significatio.

6. V. Ὠμοφόριον *Humerale* dicas licebit; tametsi a nostro humerali vel superhumerali prorsus diversum. Proprium Episcoporum gestamen, *quod ex lana confectum*, inquit Simeon, *in orbem humeros ante & retro convestit. Hoc genus indumenti sine dubitatione a Verbo carnem ex Virgine propter nos susceptam, humanæque naturæ assumptionem declarat. Ideo enim ex lana quoque texitur, quoniam erraticam ovem, hoc est, naturam nostram signat; & quoniam ipse quoque agnus pro nobis occisus, vocatus est. Ipsa item verba, quæ humeris eo tegendis profert, sententiæ huic suffragantur: ait enim; Sublata in humeros, Christe, natura quæ erraverat, assumptus* DEO *& Patri illam obtulisti.*

Vestis VI. Mandyas. **Supra c. 13. n. 6. & l. 3. com. c. 14. n. 16. §. 6.*

7. VI. Mandyas, proprium Episcoporum vestimentum; de quo jam sæpe*, scribitur etiam μανδύον; & μανδύη.

Vestis VI. Epigonatium. Ejus significatio.

8. VII. Epigonatium, *supergenuale*, quod *victoriam adversus mortem* (verba sunt Simeonis) *nostræque naturæ immortalitatem, & vires Salvatoris contra maligni dæmonis tyrannidem robustissimas ostendit. Quamobrem & rhomphææ simile est, & lumbis alligatur, ubi hominis robur situm prædicant. Hoc ipsum verba, quæ in cinctu adhibentur, confirmant:* Accingere rhomphæa tua super femur tuum, potentissime.

Digitized by Google

9. VIII. Ἐπιμανίκιον. Idem Simeon, τὰ ἐπιμανίκια actienis divinæ omnia efficientis significantia sunt, & JESUM suis manibus sacrificium corporis & sanguinis sui per se obtulisse; cui conveniunt, quæ iis induendis recitantur. Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute. *Et*, Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me, *Quin etiam vincula manuum Salvatoris, in quibus ad Pilatum deductus est, quidam per ἐπιμανίκια expressa volunt.* Vestis VIII. Ἐπιμανίκιον. Ejus significatio.

10. IX. Saccus. de quo jam alibi*. Quærebat Cabasilas Dyrrachiensis ex Demetrio Chomatiano, an fas esset, purpureum saccum facere & gestare. Respondit Demetrius: *Saccum purpureum nequaquam novit Ecclesia, quandoquidem saccus in tribus duntaxat anni celebribus Dominicis festis suum usum præbet, nimirum magno Paschatis Dominico, Pentecostes, & Natali Christi. Hoc igitur satis plenam fidem facit, saccus ut sit purpureus, necesse non esse: cum etiam sint luctus insigne purpurea hujusmodi vestimenta: in solis enim jejunii diebus & mortuorum memoriis usurpatur.* Vestis IX. Saccus. *sup. n. 30. & c. 6. Codinus nu. 36. Edit. Paris. pag. 184.* Saccus non debet esse purpureus. Luctus insigne purpurea vestimenta;

11. Mitra seu Infula non utuntur Episcopi Græci in sacrificio, sed aperto capite totam Liturgiam perficiunt. *Aperto capite*, inquit Simeon Thessalon. *Episcopi & sacerdotes Orientis omnes, excepto Alexandrino Patriarcha, sacris funguntur, non ob humilitatem aliquam; sed ob causam altiorem, & longe diviniorem videlicet, quam divinus Paulus ponit ac docet, Christum caput nominans, nos autem membra ipsius, & oportere nos Christum caput nostrum honorantes, caput inter orandum nudatum habere: nec ob hoc tantum; sed quia etiam nudo capite, qui consecratur, consecrationem accipit. Atque ita quemadmodum cum ordinatur, precibus & sacris operari debet. Et hierarcha potissimum, quoniam & dum consecratur, a* DEO *tradita eloquia, sive sacrum Evangelium supra caput habet, in sacrificio divinissimo peragendo velato capite conspici non debet. Objiciat fortasse quispiam, hinc sequi, Alexandrinum Episcopum, & alios quamplurimos ex veteri traditione tecto capite sacris operantes, non rite ac sancte facere. Istuc non dico. Nam illi antiqua nixi traditione, quæ magis legi antiquæ respondet, ita faciunt, quando & legis sacerdos cidarim, quam & mitram vocabant, in capite gerebat. Quo eodem nomine hierarchæ eas gestantes appellare consueverunt. Ac fieri potest, ut eo capitis tegumento, aut spineam Domini coronam, aut sudarium, quod fuit super caput ejus, in mentem nobis revocent.* Sine mitra & aperto capite Episcopi Græci sacrificant. Ejus ratio. Objectio. Responsio, cur pium etiam tecto sacrificare capite.

12. Hæc ille. si Græci non parcerent suo Alexandrino, procul dubio, ut alia multa adiaphora, sic & morem istum tecto capite litandi, præcise ac simpliciter repudiarent, damnarentque: illud enim schismatis ingenium est, ut præter id, quod sibi placet, vix quicquam aliud placeat. Vocatur Infula Præsulis Alexandrini a scriptoribus *Phrygium*, quod S. Cyrillo concessum fuit, quando in Concilio Ephesino Cœlestini Papæ Romani Vicarius erat: A Cyrillo ad successores quoque *Phrygium* seu mitra venit; dicebaturque hæc tiara *Phrygium*, quod Phrygio opere constaret. *Phrygii* mentio fit in diplomate Constantinianæ donationis, ubi ita Constantinus: *Deinde Diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulque Phrygium, nec non superhumerale, videlicet lorum, quod Imperiale circumdare assolet collum, verum etiam & chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta*, &c. Quę totidem verbis leguntur quoque apud Leonem IX. Pontificem in Epist. contra Michaelem Constantinopol. & Leonem Achridenum. Balsamon in Græca versione hujus edicti, ubique per *lorum* intelligit *mitram* seu *tiaram*, sive *Phrygium*, ut & in Meleta *de Patriarcharum privilegiis*, & in Meleta *de officio Chartularii*; cum tamen nemo alius *lori* nomen hoc significatu usurpet. Sunt qui suspicentur, Balsamonem respexisse ad laurum, seu lauream, usitatissimum olim coronæ genus: ex lauro enim facilem esse transitum in *lorum*. Uteumque sit, de sensu an lapsu Balsamonis satis constat. Illud ejusdem edicti, in Latina versione; *Sicut noster senatus calceamentis utitur cum udonibus, id est, candido linteamine illustratis, sic utantur & Clerici*: ut recte accipias, ipse textus Latinus facit, dum illud, *cum udonibus*, explicat, *cum candido linteamine*, retento, deflexo tamen nonnihil Græco vocabulo, ὀθόνη seu ὀθόνιον, quod est linteum. Eodem edicto vocatur corona sacerdotalis, qua Sylvester in capite insignitus erat, παπαλήθρα. Phrygium dicta Infula Alexandrini. Origo a S. Cyrillo. Balsamonis *lorum* non quadrat. Παπαλήθρα.

13. Lubet hic referre, quod annotavit Sirmondus noster ad Epist. 3. lib. 6. Epistolarum Sidonii. *Tonsura Clericalis ita olim fiebat, ut circulus tantummodo capillorum emineret, instar coronæ. Sic enim describit Gregorius Turon. de Nicetio Trevirorum Episcopo: S. Nicetius, inquit, ab ortu suo clericus est designatus. Nam cum partus fuisset effusus, omne caput ejus, ut est consuetudo puerorum, a capillis nudum quidem cernebatur: in* Tonsura Clericalis antiquus modus. S. Nicetius ab ortu Clericus designatus.

Digitized by Google

circuitu vero mediorum capillorum ordo apparuit, ut putares ab iisdem coronam Clerici fuisse signatam. Hodie apud nos antiquam coronæ formam soli fere monachi retinent, & pueri vocales symphoniaci. Nam brevis ille orbis in vertice, quo Cleri pars magna utitur, insolens olim atque inusitatus in Ecclesia fuit, ut docet Canon XL. *Concil.* IV. *Toletani*. Hæc ille.

Diximus Græcos non celebrare operto capite, excepto Patriarcha Alexandrino, & pauculis aliis, cum Ecclesiæ Latinæ Episcopi tiara seu infula caput tecti potissimam Liturgiæ partem peragere soleant. Sed quid Alcuino, contrarium affirmanti lib. de divinis officiis cap. 38. respondebimus? Audi ejus verba. *Hujusmodi vestis* (cidaris) *non habetur in Romana Ecclesia, vel in nostris regionibus: non enim moris est, ut pileati divina mysteria celebrent; apud Græcos autem hoc dicitur, qui pileos, hoc est, cuphias* (scuphias) *gestant in capite, dum adsistunt altaribus*. An dicemus tempore Alcuini viguisse alium morem, quam posterioribus sæculis, Græcis suam consuetudinem deserentibus, Latinisque eam complectentibus?

JACOBI GRETSERI SOC. JESU OBSERVATIONUM ET EMENDATIONUM IN GEORGIUM CODINUM CUROPALATAM DE OFFICIIS ET OFFICIALIBUS MAGNÆ ECCLESIÆ, Aulæque Constantinopolitanæ.

LIBER II.

DE INSCRIPTIONE HUJUS PARTIS.
De Despota, deque Sebastocratore.

CAPUT I.

POst Indicem officiorum & Officialium Magnæ Ecclesiæ, subjicit Codinus Catalogum Officiorum & Officialium Aulæ Constantinopolitanæ, & quidem longe accuratiorem, quam sit prior ille.

Titulus variat. Circa inscriptionem & titulum hujus partis manuscripti Codices non conveniunt: nam Bavarici ita habent: Τὰ ὀφφίκια τῶ παλλατίου. ἔτι δὲ καὶ τάξεις τὰς γινομένας ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς τὸ παλλάτιον, καὶ πῶς τὸν βασιλέα στέφεσθαι δεῖ, καὶ περὶ προβλήσεως δεσπότου καὶ πατριάρχου, καὶ ἐθῶν γινομένων ἐν τῶ παλλατίῳ. *Officia Palatii; ad hæc ritus & ordo, qui servatur in Palatio, in festis, & quomodo oporteat Imperatorem coronari, de inaugurationibus Despotæ & Patriarchæ, & de consuetudinibus Palatii*. Eodem ferme modo codex Augustanus, & Apographum inde sumptum, citante Junio. Tres alii libri plura adhuc ingerunt, Indicem scilicet, & post Indicem Scholium satis longum.

Edit. Paris. pag. 186. **ΠΙΝΑΞ ΤΟΥ ΒΙΒΛΟΥ.** *INDEX LIBRI.*

Περὶ τῆς τάξεως καὶ ἀξιωμάτων, καὶ ὀφφικίων τῶ παλατίου, ἤτοι τῆς συγκλήτου. — De orgine dignitatum & officiorum Palatii seu Senatus.

Περὶ τῶν φορεμάτων ἑκάστου τῶν ἀξιωμάτων. — De iis quæ gestant singuli, qui in dignitate sunt.

De

Περὶ τῆς ὑπηρεσίας ἑκάστου τῶν ὀφφικίων.	De miniſterio uniuſcujuſque officialium.
Περὶ τῆς τάξεως τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν, καὶ τῶν κατ' αὐτὰς πλυμένων ἐθίμων.	De ordine feſtorum, quæ Chriſto Domino dicata, deque tribus in eiſdem ſervari ſolitis.
Περὶ διαφόρων ἑωρτῶν,	De variis diebus feſtis.
Περὶ τῆς ἐν φωσσάτῳ ἤτοι στρατῷ ὑπηρέσιας.	De miniſterio, quod fit in foſſato ſeu exercitu.
Περὶ στεφανοφορείας βασιλέως.	De coronatione Imperatoris.
Περὶ προβλήσεως δεσπότου.	De Deſpotæ inauguratione.
Περὶ προβλήσεως σεβαστοκράτορος καὶ Καίσαρος.	De inauguratione Sebaſtocratoris & Cæſaris.
Περὶ προβλήσεως πατριαρχῶν, καὶ Ἀρχιεπισκόπων.	De inauguratione Patriarcharum & Archiepiſcoporum.
Περὶ πενθίμων βασιλικῶν φορεμάτων.	De lugubribus Imperat. indumentis.
Περὶ μελλούσης δεσποίνης γινομένης.	De futura Domina adveniente.

Ἰστέον, ὅτι τὰ χρυσοκόκκινα σκιάδια φορῶσιν οἱ ἀπὸ τοῦ πανυπερσεβάστου μέχρι τοῦ μεγάλου στρατοπεδάρχου. τὰ δὲ συρματόπινα, οἱ ἀπὸ τοῦ μεγάλου πριμικηρείου μέχρι τοῦ παρακοιμωμένου τῆς σφενδόνης. τὰ δὲ κλαπωτά, οἱ ἀπὸ τοῦ πρωτοβεστιαρίου μέχρι τέλους. ὁ γὰρ λογοθέτης τῶν ἀγελῶν, εἰ καὶ μεταξὺ τοῦ τῆς σφενδόνης, καὶ τοῦ πρωτοβεστιαρίου διείσκεται, ἀλλ' οὔτε μίτρα συρματόπινον, μήτε κλαπωτὸν σκιάδιον φέρει. ἀλλὰ μὴ βλατίου ἀσπρον μὴ μαργελίων. Τὰ δὲ σκαράνικα, οἱ ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τοῦ λογοθέτου τῶν ἀγελῶν. τὰ δὲ κόκκινα, ἀπὸ τοῦ ἀκολούθου καὶ μέχρι τέλους.

Sciendum, aurei & coccinei coloris pileos ab iis geſtari, qui ſunt inde a Panhyperſebaſto uſque ad magnum Stratopedarchum. Fimbriatos vero, ab iis qui ſunt a magno Primicerio uſque ad Præfectum ſigilli: clavatos vero, qui ſunt a Protoveſtiario uſque ad finem: Nam Logotheta gregum licet ſit inter Sigilliferum, & Protoveſtiarium, attamen neque fimbriatum, neque clavatum pileum geſtat, ſed ex albo panno cum margelliis ſcaranica ferunt omnes a principio catalogi, uſque ad Logothetam gregum. Coccinei vero coloris veſtes ab acolutho uſque ad finem. Sed hæc ipſo Codino capitibus tertio & quarto dilucidiora evadent; tametſi non ſatis cum Indice congruere videntur. Quales pileos gerant Proceres. Scaranica. Veſtes.

Deſpota, qui Junio *Dominus*; ſed ego Græcum nomen & hic & alibi libenter retineo; præſertim cum *Deſpota* etiam Latinorum uſu & calamis tritus ſit: neque Latina vox *Dominus*, vim Græcæ illius *Deſpota* aſſequitur. *Deſpotæ* inaugurationem habes cap. 18. Nec probo quod Gloſſarium affirmat, *Deſpotæ nomine vocatos fuiſſe filios, fratres, generos Imperatoris, Sebaſtocratoras, Cæſares, & Patriarchas*. Nullus hoc nomine appellabatur, niſi *Deſpotæ* honore, certiſque ornamentis inſignitus eſſet; ſicut etiam nullus Sebaſtocratoris aut Cæſaris nomen obtinebat, niſi per inaugurationem hanc dignitatem conſecutus fuiſſet. Loquor autem de poſterioribus ſequioris Græciæ temporibus, quæ nobis Codinus repræſentat; tametſi extra Conſtantinopolim tranſiit etiam ſine inauguratione ad alios. Hinc princeps Serviæ vocabatur *Deſpota* Serviæ; pro quo Annales Latini ſæpe, *Deſpotus*. Apud Gregoram libro tertio, & Aetoliæ & Epiri Deſpota. Deſpota Serviæ etiam *Crales*, hoc eſt, *Rex* audiebat; & uxor ejus non tantum *Deſpœna*, ſed & *Cralæna*, ſeu *Cralitza*: nam ut eſt in Pandecte Turcico capite 54. Ungaris, Bulgaris, Serviis, *Kiral*, aut contractius *Kral*, Rex eſt, & *Cralna* regina; quæ Polonis *Crol*, & *Crolna*. Nec dubium videtur illud *Kiral* extitiſſe ex Græco Κύριος. Num. 1. Deſpota Latinis notus. Qui Deſpotæ ſint dicti. Deſpota Serviæ. *Edit. Pariſ. pag. 187.*

Proximus erat Deſpota ab Imperatore: quocirca in ſyllabo dignitatum, primum locum obtinet. Michael tamen Palæologus Deſpotatu majorem honorem, tametſi anonymum, excogitavit: cujus veſtigia Cantacuzenus ſibi ſequenda duxit, ita de ſe lib. 4. cap. 5. ſcribens. *Matthæum, ſeniorem filium, nulla nominatim dignitate coboneſtat, honore tamen ſupra Deſpotas effert; nempe ut eſſet Imperatori proximus; quem honorem primus Palæologorum Imperator Michael propter filium Conſtantinum Porphyrogenitum invenit; videbaturque ea dignitas Deſpotarum dignitati antecellere.* Deſpotæ dignitas proxima ab Imp. Michael Palæologus dignitatem anonymam excogitat.

Sequitur Σεβαστοκράτωρ, novum inventum, & commentum Alexii Comneni, de quo filia ejus Anna l. 3. Alexiad. νέον ὀνομαποιήσας ἀπό τε τοῦ σεβαστοῦ καὶ αὐτο- Num. 2. Alexius Comnenus Seba-

Digitized by Google

Sebastocratorem creat. κράτορος παδελφῷ ἔθηκε. Eadem Zonaras in Alexio Comneno. At Glossarium con-

Contra Glossarium probatur Sebastocratorem novi honoris genus esse. tendit nomen hoc longe fuisse antiquius Alexio Comneno, quippe principibus Thessaliæ a Constantino Magno concessum, Itaque novum fuisse, sed in Palatio, non extra; Et probat hoc ex lib. VII. histor. Nicephori Gregoræ: apud quem tamen nihil hujus invenio. Verba ejus dabo. ὁ δὲ Ρωσικὸς τιμᾷ τε σάσιν καὶ τὸ ἀξίωμα τῶ ἐπὶ ἑ τραπέζης παρὰ τῶ μεγάλω κεκλήρωται Κωνσταντίνω. ὁ δὲ Πελοποννησιακὸς τὸ τῶ πρίγκιπος. ὁ δὲ τῆς Αττικῆς τε καὶ τῆ Αθηνῶν ἀρχηγὸς, τὸ τῶ μεγάλω δυκὸς. ὁ δὲ τῆς Βοιωτίας καὶ τῆ Θηβῶν, τὸ τῶ μεγάλω πριμμικηρίω. ὁ δὲ τῆς μεγάλης νήσω Σικελίας, τὸ τῶ ῥηγὸς, καὶ ἄλλοι ἄλλα. *Magni Constantini temporibus Rosicus locum &*

Constantinus varios titulos concessit. *dignitatem dapiferi: Peloponesiacus, Principis: Atticæ & Athenarum, Magni Ducis: Bœotiæ & Thebarum, Magni Primicerii: magnæ vero insulæ Siciliæ, Regis: alii denique alia nomina obtinuerunt.*

Nec alio loco, quem adducit Glossarium, id affirmat Gregoras; sed tantum dicit, in postremo Thessaliæ principe, qui erat Joannes Ducas, defeciisse majorum successionem, & *Sebastocratorum* principatum, qui ab Alexio Comneno talis esse poterat; enim nomen Despotæ transiit ad alios principes, ita etiam nomen Sebastocratoris ex aula ad principes Thessaliæ manasse videtur.

Vox nova *Sebastocrator*. Adde quod Anna dicit, Alexium novum nomen composuisse ἐκ τῶ σεβαστῶ, καὶ τῶ αὐτοκράτορος. Quomodo ipse primus hæc duo in unum conflavit, si nomen hoc a Constantini Magni ævo descendit? Zonaras καινὸν ὄνομα vocat. Quomodo καινὸν, si a Constantino Magno? Idem ex ipso Codino satis manifestum est. An nomen *superintendentis* ideo novum esset, licet Glossarii auctor scholæ Leidensis Superintendens salutaretur? Translatio quidem ad hunc hominem nova esset, sed

Leo Philosophus βασιλοπάτορα. fingit. vox ipsa nova non esset, ut pote jam pridem in Novatorum circulis decantatissima. Etiam antecessores Alexii hoc morbo laborarunt, & in primis Leo Philosophus, qui teste Zonara, Zauzem Stylianum non tantum designavit Magistrum, & Dromi Logothetam, sed & novo excogitato nomine βασιλοπάτορα, *Imperatoris patrem*, nominari voluit.

Junii versio rejecta. Observa Junium verba illa N. 2. πρῶτος καὶ τὸν χρόνον, vertere, *Et facile primus per illud tempus*. Inepte. *Natu majorem*, verte; vel Anna Comnena lib. 3. judice, quæ de Isaacio, fratre Alexii Comneni, πρῶτος τῆ ἀδελφῶν καὶ χρόνου ὄντα, ἐχρῆν τιμηθῆναι ἀξιώματι, *primum ex fratribus ætate, necesse erat honorare aliqua dignitate.*

Edit. Paris. pag. 188.

CÆSAR, MAGNUS DOMESTICUS, PANHYPERSEBASTUS, Protovestiarius, & plures hujus generis.

CAPUT II.

Num. 3. CÆsar olim proximus ab Imperatore; nunc in hoc censu apud Curopalatam tertius, qui forsan paulo post major vel minor erit, prout Favonius ex Palatio Constantinopolitano adspiraverit, cujus inaugurationem habes infra cap. 19.

Num. 4. Domestici significatio. Magnus Domesticus, hic ordine tertius est. Græcis Domesticus nihil aliud est, quam προηγούμενος καὶ ἐπισάτης, *præfectus* & *præses*; & in Ecclesiasticis *Domesticus* appellatur ἀρχῳδὸς καὶ ἐπισάτης μελῳδῶν τε καὶ μελῳδῶν, *incœptor & præfectus cantionum & cantorum*, ut est apud Citrium in Responsis: de quo jam lib. 1. cap. 11. num. 2. & 3. Ut autem Domestici nomen sonantius esset, vocula μέγας appingenda fuit. Quæ duo Latini interdum conjungunt; ut Tyrius de bello

Megadomesticus. sacro lib. 2. cap. 5. *Cum esset in Imperiali Palatio plurimum honoratus, & Megadomestici dignitate, quem nos majorem Senescballum nominare consuevimus, fungeretur ab Imperatore secundus*. Hinc δομεστικάτον, dignitas seu officium Domestici. Anna

Δομεστικάτον officium Domestici. Comnena lib. 8. καὶ τὸ δομεστικάτον αἰτούμενος τῆς ἀνατολῆς, οὐκ ἔτυχε τῆς αἰτήσεως, *Cum peteret Domesticatum seu Præsidatum Orientis, non est voti compos factus*. Utitur eadem vocula Turonensis lib. 2. cap. 8. *Gaudentius pater Scythiæ provinciæ primoris loci, a domesticatu exorsus militiam, ad magisterii equitum culmen provectus est*. Verum tam μέγας Domesticus, quam alii Domestici sæpius adhuc nobis sese spectandos exhibebunt.

Num. 5. Alexius Comnen. inventor. Panhypersebastus. Etiam hoc ἀξίωμα καὶ ὄνομα est Alexii Comneni ποίημα; qui in his excogitandis fœcundus & facundus fuit. Vide Zonaram in Alexio

Digitized by Google

Comneno. Sed ut hic dicitur, iſte Panhyperſebaſtus (ultra quem ambitio progredi non poſſe videbatur) invenit ſequentibus annis parem Joannem Cantacuzenum, Magnum Domeſticum, & paulò poſt majorem ac ſuperiorem, ut & Protoveſtiarium. Ita ceu pila ludebant iſti, & rebus & nominibus, modo in altum elatis, modo deorſum preſſis. Andronicus ſenior Imp. Joannem nepotem ſuum Panhyperſebaſti dignitate decorans, *eum longe auguſtiorem effecit, quam antea fuerit, conceſſis veſtimentis, calceis, & equi ornamentis lutei coloris, ut inter Imperatoriam nobilitatem maxime illuſtris eſſet*, ut ait Gregoras lib. 7. Ut autem uxor Deſpotæ, *Deſpœna*; Cæſaris, *Cæſariſſa*; Sebaſtocratoris, *Sebaſtocratoriſſa* dicta eſt: (vide cap. ult. Codini) ita uxor Panhyperſebaſti *Panhyperſebaſta* audiit; qualis apud Gregoram l. 8. filia Theodori Metochitæ, matrimonio juncta prædicto Joanni Panhyperſebaſto.

novorum titulorum Panhyperſebaſti dignitas inconſtans.

Andronicus ſenior Panhyperſebaſtum nepotem veſtitu etiam ſingulari ornat.

Protoveſtiarius. Primus præfectus veſtiarii, cujus uxor *Protoveſtiaria* ſalutabatur, ut eſt apud Annam Comnenam lib. 6. Alexiad. De Protoveſtiario ſæpius dabitur dicendi locus.

Num. 6.

Ομίγας δούξ. Notum eſt, unde Græci Ducis nomen acceperint. inde δούκαινα, Ducis uxor, Niceræ in Alexio Comneno, lib. 2. δουκᾶς, δουκάδος, δουκάδι, δουκάδα, Synodus Florentina. καὶ οἱ μεγάμοι αὐθέντες, καὶ ῥηγάδες, καὶ δουκάδες, *magni Domini, & Reges & Duces*. Legimus etiam οἱ δοῦκαι, τὸν δοῦκα καὶ δούκαν. Tyrius *Magni Ducis* meminit, ſed junctis & corruptis vocabulis l. 20. c. 14. *Miſit cum claſſe de ſuis principibus Megalducas conſanguineum ſuum*. & lib. 22. cap. 11. *Alexius Megalducas, qui claſſi erat præfectus*. Uſurpant etiam Græci δουκάτον, pro *præfectura & ductu*; & pro *moneta*, quæ Germanis eſt *ein Ducat*. δουκάτωρ, *ductor*. Vide Meurſium in Gloſſario Græcobarbaro. Olim Atticis & Athenarum drinceps, *Magnus Dux* audiebat, ut eſt apud Gregoram lib. 7. Hiſtor.

Num. 7. Latinogræca nominum inflexio.

Edit. Pariſ. pag. 189.

Protoſtrator. Mendoſe Codices nonnulli πρωτοσάτωρ. Nicetas exiſtimat *Protoſtratorem* eſſe Latinorum *Mareſchalcum*: ita enim in Balduino de Gofredo loquens; Μαρέχαλκος ὢν ἀξίωμα ὁ ἀνήρ, γηλοῖ δὲ καθ' ἕλκωσιν ἡ φωνὴ τὸν πρωτοστράτορα, (ita ſcribendum, ſi Latinam quantitatem ſpectes: occurrit tamen crebro per ὁ, πρωτοστράτορα) *Dignitate erat vir ille Mareſchalcus; quod Græcis eſt Protoſtrator*. Joannes Curopalata in Theophilo vocat τῷ ἱπποκόμων πρώτῳ, *equiſonum primum*; quia illis præerat. Etiam ſimplex στράτωρ uſurpant. Suidas: στράτωρ εἶδος ἀξιώματος. *Strator eſt ſpecies dignitatis*. In donatione Conſtantini: στράτωρος ὀφφίκιον ἐποιήσαμεν. *functi ſumus munere Stratoris*.

Num. 8. Niceræ eſt idem Mareſchalcus, & Protoſtrator.

Joanni Curopal. Equiſonum primus. Strator dictus.

Magnus Stratopedarcha. Græcum nomen, & hic & alibi libenter retineo, quia vix ſuppetit Latina, quæ talium vocum vim ſatis exprimant.

Num. 9.

Magnus Primicerius. De Primiceriis jam egi lib. 1. c. 11. n. 5. 7. 8. Illud hic obſerva, olim Bœotiæ & Thebarum principem, *Magni Primicerii* nomen tuliſſe, teſte Gregora lib. 7. Hiſtor. qui addit, hunc ipſum Principem, poſteris temporibus pro *Magno Primicerio* μέγαν Κύριον appellatum eſſe, *a prima ſyllaba occaſione ſumpta*: prima nimirum ſyllaba vocabuli κυρίου, amputatis, compendii gratia, ut vulgus ſolet, ex vocabulo *Primicerii*, duabus prioribus ſyllabis. Ex quo colligas, jam tum η & υ, eodem ſono, inſtar jota, prolata fuiſſe: alioqui duas illas voculas Κύριος & Κύμος vulgi conſuetudo non confudiſſet.

Num. 10.

Magnus Conoſtaulus, Comes ſtabuli, Gallis *Coneſtable*; nomen conflatum ex *Contos*, ſeu *Conto*, Comes, & *Staulos*, ſtabulum. Cantacuz. lib. 1. cap. 40. *Comperiunt principem Sabaudiæ, quem Latinorum lingua Conton vocat*: quia ea ætate princeps iſte necdum erat Dux, ſed Comes. Synodus Florentina: ἐκαθέζοντο δὲ καβαλλάριοί τε καὶ μαρχίσιοι, κόντοι καὶ δουκάδες. *Conſidebant viri equeſtris ordinis, & Marchiones, Comites & Duces*. Eſt etiam recentioribus Græcis, κοντὸν, *breve, curtum, Kurch, parvum*; unde *contacium* ſacri odarii genus. Cedrenus ſcribit, quemdam appellatum eſſe, κοντολέοντα, & alium κοντοστέφανον, ob parvitatem, quaſi *parvum leonem*, & *parvum Stephanum*. Eſt etiam κοντὰ, πλησίον, *prope*.

Num. 11. Vox Contoſt. Conto.

Conton, breve. Contacium.

Σταῦλον, ſeu σαῦλος ex Latino *ſtabulum*, detortum: nam extrita unica litterula *b*, habet *ſtaulum*. Hinc etiam Germanis eſt *dtall, dtallung, einſtallierer*, quod Barbaris, *inſtallare, ſtallum* ſeu ſtationem aſſignare. Nec mireris, ſi talium origo a vocabulo *ſtabulum* repetatur; cum eadem vox Contoſtaulo nomen tribuat, & quidem honorificum; hodieque *die ſtalmaiſter*, Magiſtri ſtabuli magno loco ſunt in aulis principum. Scribitur etiam Κονσαύλος, ſed rectius eſt prius illud. Habebant quoque veteres Franci Comitem ſtabuli, ut videre eſt in Epiſt. 3. Hincmari cap. 16.

Stallmaiſter.

Digitized by Google

quem vulgus corrupte appellabat Conſtabulum, ut eſt apud Reginonem lib. 2. Et apud Tyrium paſſim legere eſt; *Conſtabularius*. Habes & ſimplex *Stabularius*, apud Anonymum lib. 8. cap. 6. de Bello ſacro. *Conradus Henrici III. Stabularius*.

Num. 12. Magnus Logotheta. Quid ſit Logotheta, jam lib. 1. cap. 6. n. 4. explicavimus. Et quamvis Nicetas dicat, eſſe eum, qui Latinis ſit Cancellarius; tamen id ubique locum habere non poteſt. Quis enim Logotheram ἀγγελῶν, *nuncuarii*, ſeu *cursum* vocet Cancellarium, ut & Logotheram τῶν δρόμων, *cursus*?

Num. 13. Protoſebaſtus, *Primaugustus*, ut Vvolffius vertere amabat. Rogerus in Annalibus Anglicanis. *Qui vocabatur Græce protoſebaſtos, Latine Comes Palatinus*. Protoſebaſti dignitas dicitur hic ordine decima tertia; & ita eſt in noſtro indice; in catalogo Juris Græcorum lib. 2. decimum quartum locum obtinet. In noſtro Magnus Domeſticus quartus eſt; in illo ſeptimus.

Diverſitas oſtenſis.

In noſtro nullus eſt ὁ ὕπατος τῶν φιλοσόφων, *ſummus Philoſophorum*: at in altero 29. ſtationem obtinet. 86. locum tenent ῥαβδοῦχοι. Interpres vertit, *lictores*; noſter index Rhabduchis caret. Sunt & aliæ diverſitates, quas lector mutua utriuſque catalogi collatione deprehendet.

Edit. Pariſ. pag. 190.

Num. 14. Pincerna, Poçillator. Scribitur etiam πιτήρνης. In indice Juris Græco-Romani annotatur & approbatur lectio iſta, ὁ ἐπιτήρνης. Sed tueamur vulgatam; alioqui paulo poſt exurget, qui diviſim legat, ὁ ἐπὶ πίρνης.

Num. 15. Curopalata, Nomen, ut videtur, a *cura Palatii* formatum. Evagrius lib. 5. cap. 2. τὴν φυλακὴν τῶν βασιλικῶν ἐμπιστευομένους, ὃν Κουροπαλάτην Ῥωμαῖοι καλοῦσι. *Cui commiſſa erat aulæ cuſtodia, Latini Curopalatam vocant*: quem deſcripſit Corippus lib. 1.

Cum magni regeret divina Palatia patris;
Par curæ curis, ſolo diademate diſpar,
Ordine pro rerum vocitatus cura Palati.

Et lib. 2.

Ipſe inter proceres vultu præclarus honoro
Fratris in obſequium gaudens Marcellus ibibat:
Diſpoſitorque novus ſacræ Baduarius aulæ,
Succeſſor ſoceri, factus mox cura Palati eſt.
His ætas diſpar, ſed par votum atque voluntas;
Amba Patricii, dilecti Principis ambo.

Latini nomen Curopalatæ varie depravant; hinc apud Luitprandum in legatione eſt, *Leonis Coropalati*: & apud Leonem Oſtienſem, *Coropalati*. κουροπαλάτισσα, *Curopalatiſſa*, uxor Curopalatæ, & κουροπαλατίνικιον, munus ſeu dignitas Curopalatæ; qua inſigniebantur etiam abſentes; & quibus Conſtantinopolis nec viſa, nec fortean videnda. Exempla invenies in libello Conſtantini Porphyrogeniti de adminiſtrando Imperio. Conſtantinopolitanum Palatium ita deſcribit Luitprandus Ticienſis lib. 5. rerum per Europam geſtarum. *Conſtantinopolitanum palatium non pulchritudine ſolum, verum etiam fortitudine omnibus, quas umquam viderim, munitionibus præſtat; quod etiam jugi militum ſtipatione non minima obſervatur. Muris itaque & hoc, poſt matutinum diluculum, mox omnibus patere. Poſt tertiam vero diei horam, emiſſis omnibus, dato ſigno, quod eſt* MIS, *uſque in horam nonam, cunctis aditum probibere*. Sed quale hoc ſignum MIS? An *Miſſa*, vel *Miſſio*? quod eſt *Licet*? At quid hæc Latina apud Græcos? An *Miſa*? nam poſterioribus Græcis hæc dictio uſurpata fuit. Vide Meurſium V. Μίσα.

Num. 16. Ὁ παρακοιμώμενος τῆς σφενδόνης. Junius, *Accubitor funde*. In catalogo Juris Græco-Romani, ὁ παρακοιμώμενος τῆς μεγάλης σφενδόνης. Interpres; *accubitor magnæ palæ*. Ego verſione mea rem ipſam explicare ſtudui; cum nihil ſuppetat quod Græca apte exprimat. Nam παρακοιμώμενος iſte, erat ſigillifer, ſeu cuſtos annuli Imperatorii, quo litteræ obſignabantur; qui annulus per partem ſuam, nempe per σφενδόνην ſeu *palam* ſignificatur; pars enim hæc ſervit ſignaturæ, ut ſic loquar.

Num. 17. Præfectus, ſeu Accubitor cubiculi: aliqui addunt, *ſacri*, ut pote Imperatorii. Hodie in aulis vocantur *Lammerherrn*, *Camerarii*, aureis clavibus conſpicui.

Num. 18. Logotheta ærarii generalis, ita vertit, Gloſſarium Græcobarbarum ſecutus Junius, *Logotheta publicæ rei*. Longe aptius, quam interpres Joannis Curopalatæ hiſtorici, cui Nicephorus ὁ ἀπὸ γενικῶν, eſt, *Nicephorus a Genicis*. Interpres Juris Græco-Rom. *Curatorem genici* indigitat. Vvolffius vertit *Generalem*, abſolute, & *Generalem Logothetam*, quia Zonaras in Imperio Irenes & Conſtantini filii Nicephorum γενικὸν λογοθέτην appellat. Theodori Metochitæ maximus encomiaſtes eſt

Nicephorus Gregoras in ſua Hiſtoria, præcipue lib. 7. non procul a fine. Hic Metochites etiam hujus Logothetæ munere functus eſt.

Protoveſtiarites. diverſus hic a Protoveſtiario, ut tum ex catalogis, tum ex diverſis officiis manifeſtum evadit. Qui ſequuntur, Domeſticus menſæ, & Præfectus menſæ, ſatis noti ſunt. Num. 19.

Magnus Pappias. Pappias abſolute pater, eſt idem quod πάππας, ſeu πάππους. *Edit. Pariſ.* Palladius in Lauſiaca Hiſtoria in Paulo Simplici: Ἐπιόντες τῷ ἡλίῳ λέγει αὐτῷ ὁ Ἀντώνιος, παπία (nam ſimplici π ſcribitur) θέλεις φάγωμεν ἄρτε κλάσμα; *Occidente ſole dicebat ei Antonius; Pater, vis manducemus fruſtillum panis?* Hic nomen Palatinæ dignitatis eſt, de qua Codinus infra cap. 5. n. 34. *pag.* 183. Num. 22.

Magnus Drungarius τῆς βίγλης, detortum ex Latino *Vigilia*. Δρουγγάριος qui etiam Δρουγγάρης, παρὰ τὸ Δροῦγγος, *Drungus*; globus militum; vox nec Latinis ignota. Vopiſcus in Aureliano. *Omnium gentium drungos uſque ad quinquagenos homines in triumphum duxit*. Ubi Caſaubonus: *In Tacticis Græcorum libris omnis adunatio militum appellatur δροῦγγος, ſive plurium, ſive etiam pauciſſimorum: nam & tres aut quatuor drungum faciunt. Inde eſt δρουγγιστὶ τάττειν, quod Mauritius Imperator libro 4. oppoſuit τῇ μακρᾷ τάξει, & continuæ, atque in longum porrectæ aciei*. Vide Rigaltium in Gloſſario V. δροῦγγος, Leunclavius *Druncarium* vocat a *trunca; a baculo Reginini, Baſtone del reggimento*; magiſtratus inſigni: nec pauciores milites mille, nec plures 4000. ſuo *Druncario* ſubjicit, in altero Onomaſtico, quod Hiſtoriæ Muſulmannicæ adjunxit. Verum hæc exigui ponderis ſunt. 1. Quia *Drungus* vox antiqua eſt, non nuper in recentiore Græcia nata. 2. Quia recentiores Græci virgam ſeu baculum ejus, qui magiſtratu bellico fungitur, non vocant *Druncum*, ſed σκηπτρον, vel ſceptrum. 3. Quia reclamant Tactici ſcriptores, Conſtantinus de Thematibus, Leo in ſuis Tacticis, Mauricius lib. 2. Strategic. cap. 3. Codinus noſter & alii. Hinc δρουγγιστὶ, *globatim*, *Rotthenianiſ.* Quamquam ipſum quoquo vocabulum *Rott* pure Germanicum. Niceras in Balduino Flandro: μοῖραν, ἣν ῥοῦτταν ὀνόμαζον. *Turmam, quam Ruttam ſeu Rottam vocabant*. Neubrigenſis lib. 2. cap. 27. *Copias, quas ruttas vocant*. Num. 24. Quid Drungus. Numerus militum ſubjectus Drungario. Vox antiqua Drungus.

PERCURRUNTUR RELIQUA OFFICIALIUM *nomina, quæ continentur in catalogo capitis ſecundi.*

CAPUT III.

1. MAgnus Hetæriarcha. Apud Tyrium lib. 21. cap. 16. *Megaltriarcha*. Emendat Gloſſarium: *Magaetæriarcha*. Forte nulla emendatione opus eſt, quia Tyrius forſan ex communi conſuetudine vulgi hoc nomen extulit, & in hiſtoriam intulit. Notum eſt autem a vulgo longe aliter hæc talia proferri ſolere, quam proferantur, vel ſcribantur a doctis. Et nupera etiam Tyrii editio a viro valde docto curata, vulgatam lectionem retinet. Codinus dicit, eum *Hetæriarcham* dictum, quod ἑταίρους, *ſocios & amicos* Romano Imperio pararet, ſuſceptis etiam profugis. Alii Ab *Hetæria*, militari cohorte, eum hoc nomen accepiſſe autumant; cujus cohortis mentio apud Joannem Curopalatam in Michaele Rancabe; & duplex erat, major & minor; illius dux & præfectus Magnus Hetæriarcha dictus; hujus abſolute Heteriarcha. Conſule Gloſſarium. Num. 49. Unde dictus Hetæriarcha. Duplex Hetæria, & Hetæriarcha.

Magnus Chartularius. Scribitur etiam χαρτουλλάριος, a charta utique nomine ducto, qui & in Eccleſia, ut ſupra meminimus*. & in aula, ut iſte, de quo in præſenti, quem Zonaras in Leone Iſaurico, vocat τῆς βασιλικῶν ἵππων ἐπιστασίας, *Imperatoriis equis præfectum*. Erat etiam dignitas eubicularia. Hinc Novella VIII. Juſtiniani, χαρτουλάριος τῶν θείων κοιτώνων, *Chartularius ſacrorum cubiculorum*. Et in Notitia Conſuetudinum habes, χαρτουλάριος τοῦ θείου κουβουκλείου, *Chartularius ſacri cubiculi*. Chartularius belticus militem conquirebat & conſcribebat, ut liquet ex Conſtit. 3. Leonis Imp. Num. 26. * lib. 1. comm. c. 13. n. 3. 4. & 5. Variæ ejus officia.

Sed quid in Legibus Francicis lib. 6. cap. 108. *homo Chartularius*? Eſt, inquit Pithœus in Gloſſario, *homo per chartam, ſive per epiſtolam liber factus. Liberti Eccleſiaſtici erant*, ait alius in notis ad Paræneſes, *quibus Archidiaconus jubebat ſcribi chartas, tabulas ſuæ miſſionis, ſeu manumiſſionis. Unde Chartularii & tabularii nominati*. Homo Chartularius. *pag.* 192. Num. 37.

Digitized by Google

Tatas, seu Tata Aulæ; nomen est a patre, sicut & παππίας. Unde Germanis quoque *ein alter Tattel*, & Atta, *Athe*.

Num. 37. Magnus Tzaulius. Retinent hodie hoc nomen Turcæ in sua aula. Leunclavius in Onomast. *Tzaus, Commissarius aulicus, hoc est, cui variæ res a Sultano & Veziribus committuntur, ut eas expediat. Cujusmodi sunt, diversæ legationes, exterorum legatorum deductiones, aut cum litteras ad principes extraneos, & alios proceres, perferre jubentur.*

Num. 50. Ἀδρυμίον καὶ ἀδρυμιάζειν quid Ἀδρυμιαστὴς, censor. Magnus Adnumiasta. Ἀδρύμιον, *est descriptio nominum apud Romanos*, inquit Svidas; & ut alius ait, ἀδρυμιάζειν est κατ' ὄνομα διέρχεσθαι, *nominatim omnes percensere*. Est ergo delectus & census militum: unde actio ἀδρυμιάζειν, quasi dicas, adnumerare: & ἀδρυμιαστὴς, *censor, lustrator*, quasi *adnumerator*. Non improbabile est a Græcis ex Latio hanc vocem petitam esse: sonus sane non abludit, ut nec significatio. Vide Rigaltium.

Num. 53. Num. 54. Præfectus alogii, & Protalogator. Vitiose, ἀλλαγίου, & longe adhuc vitiosius, πρωταλλαγάτωρ. Glossario tamen placet, ἀλλάγιον & πρωταλλαγάτωρ, quia ἀλλαγαὶ *sunt loca mutandis equis in publico cursu destinata*. Hinc ἀλλάγιον, *cursus publicus* *, & ὁ ἄρχων τῆς ἀλλαγίου, *præfectus publici cursus*, & πρωταλλαγάτωρ, *generalis publici cursus*. Subscribat qui volet, ego quod edidi, amplector: cum etiam Glossarium V. πρωταλογάτωρ, a nobis stet, vertatque: *Præfectus generalis equitum, quo tamen*, inquit, *major erat* ὁ ἄρχων τῆς ἀλογίου, *princeps equitum, vel equorum*: ἄλογον enim Græcis est *equus*, seu *jumentum*.

* Post, Post magister.

Ἄλογον.

Num. 80. Junius rejectus. Ἐπὶ τῆς καναυλείου ὢν, &c. Male Junius: *Canicleo socer Imperatoris præerat atque vehebatur*. Sensus verus est, quem expressi: tanta enim erat Canaclei dignitas, ut posset impetrare filio suo filiam Imperatoris, & filiæ filium. Exemplum invenies apud Gregoram lib. 7. & Cantacuzenum lib. 1. Græcis unico vocabulo dicitur καναυλείων, *Canacleus*. Apud Tyrium lib. 22. cap. 6. *Canaclinus* appellatur, ut & in Ligurino Guntheri lib. 8.

Dignitas Canaclei.

Dictus quoque Canaclinus.

> *—— Græci cognominis usu*
> *Hinc Caniclinus erat, nobis Camerarius idem*
> *Esse potest.*

Non est Cancellarius. Radevicus *Cancellarium* interpretatur lib. 1. degestis Friderici Imp. cap. 47. *Unus de servis Palatii, Canaclinus videlicet, quem nos Cancellarium dicere possumus*, &c. Verum nec Camerarius, nec Cancellarius erat; sed ordinis longe celsioris, & augustioris. Erat Canacleum augustissimum & magnificentissimum Palatium, cui sub Theophilo Imp. Iconomacho, Caniclei titulo præerat Theoctistus, tanta gratia apud Theophilum pollens, ut quasi secundus Imperator esset, teste Zonara in Theophilo. Adjunctum erat ejusdem nominis Monasterium, in quod Nicephorus Botoniates, Alexii Comneni, & aliorum conjuratorum matrem & conjuges amandavit, ut scribit idem Zonaras in Alexio Comneno.

Ganicleum Palatium.

Monasterium.

Num. 81. Bajulus est Pædagogus. Magnus Bajulus. Pædagogus, vel Imperatoris cum junior esset, vel filiorum Imperatoris. Moschopulus: παιδαγωγὸς, ἢ παιδοτρίβης, ὁ λεγόμενος βαΐουλος. *Pædagogus & pædotriba, qui dicitur Bajulus*. Cedrenus: Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχον πραιπόσιτον, ἢγουν πατρίκιον τὸν βαΐουλον αὐτοῦ παπᾶν ἐποίησε. *Theodosius Imperator* (Junior) *Antiochum præpositum & patricium Bajulum suum, Papam*, hoc est, Clericum *fecit*, ut constat ex Zonara.

Latinis vox visitata. Bajuli maturi regum filii constituendi. Edit. Paris. pag. 193. Etiam Latini hoc vocabulum hac notione usurparunt. Lupus Ferrariensis epist. 54. *Non ergo admittentur a vobis monitores, quos Bajulos vulgus appellat, ne gloriam vestram inter se ipsi partiantur*. Hincmarus epist. 2. ad Carolum Crassum Imp. c. 2. *Istis juvenibus, fidelibus filiis vestris, Regibus nostris, maturos ac prudentes, atque sobrios bajulos singulis constituite; qui oderint avaritiam, & eos verbo & exemplo justitiam diligere doceant, secundum scripturam dicentem*: Diligite justitiam, qui judicatis terram. Eadem epist. cap. 6. *Ipsi autem bajuli magnopere providere debent, ne super socios suos se extollant, sed (agant) juxta scripturam dicentem*: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. Idem epist. 3. cap. 1. *Legimus quomodo Alexander in pueritia sua habuit bajulum nomine Leonidem, citatis moribus, & incomposito incessu notabilem, quæ puer quasi lac adulterinum sugens ab eo sumpsit. Unde in adulta ætate sapiens & rex fortis se ipsum reprehendebat, & vitare volebat; sed ut legitur, cum omnia regna vicerit, in hoc seipsum vincere non potuit.*

M. Alexander puer Leonidæ bajuli moribus assuetus senex emendare nequit.

Digitized by Google

EXPLICANTUR OBSCURA QUÆDAM vocabula ex capite tertio.

CAPUT IV.

Num. 1. Σκιάδιον, pileus. Aer sciadii, *der flurm.*

Σκιάδιον (quod & σκιάδι) ad verbum est *umbella*, seu *umbraculum*; *tegumen capitis*: breviter, *pileus*, quo nomine in versione præcipue usus sum. *Aer Sciadii*, seu pilei, est umbo, *der flurm.* Junius ubique vertit *replum*. Aliam insuper notionem habet ὁ ἀήρ. significat enim velum, seu tegumentum, quo sancta teguntur. Liturgia S. Chrysostomi: ὁ δὲ ἱερεὺς ἄρας τὸν ἀέρα ἐπιτίθησι τῷ ἀριστερῷ ὤμῳ τοῦ διακόνου. *Sacerdos tollens aerem imponit sinistro humero Diaconi.* εἶτα ἀποτίθησι τὰ καλύμματα ὁ ἱερεὺς ἀπὸ τοῦ ἁγίου δίσκου καὶ τοῦ ἁγίου ποτηρίου, τὸν δὲ ἀέρα λαβὼν ἀπὸ τοῦ ὤμου τοῦ διακόνου, καὶ θυμιάσας αὐτὸν, ἐπισκιάζει δι' αὐτοῦ τὰ ἅγια. *Deinde deponit sacerdos vela ex sacro disco, & ex sacro calice, acceptoque ex humeris Diaconi aere, quem prius thure vaporat, eo tegit sancta.* Velum sacrorum.

§. 3. Χρυσοκλαβαρικόν. Junius & hic & alibi sæpius edit χρυσοκλαδάρικα, & *aureas virgulas* interpretatur, sed lectio nostra recta est: nam *Chrysoclavaricum*, idem est, quod *Chrysoclavus* seu Chrysoclavatæ, vox Anastasio Bibliothecario in Pontificibus toties usurpata: vel si mere Latinam dictionem velis, *Auriclavus*, seu *auriclavatus*. Erant *clavi aurei* in vestibus segmenta quædam in formam clavorum efficta, ornatus gratia vestibus adjecta. Chrysoclavaricus idem quod Chrysoclavus. Aurei clavi, quid.

§. 3. Syrmateina quid. Συρματεῖνον. Fimbriatum, a syrmate: quo nomine intelligo utrinque dependentia ex sciadio seu pileo quasi reticula seu funiculos: quos, si lubet, oculis inspicere poteris in tribus imaginibus Imperatorum, quæ visuntur initio Nicephori Gregoræ ex editione Basileensi 1562. Non absimilis est effigies, quam nobis Turcogræcia repræsentat. χρυσοκλαβαρικὸν, συρματεῖνον, ut non referantur cum Junio ad voculam ὀνόματα, sed ad ipsum sciadion.

Num. 2. Ταστεῖα. Ita legit Junius, & *apicem* interpretatur, quo nomine intelligit *superiorem sciadii partem, in conum assurgentem, fastigiatam*; deducitque voculam ταστεῖα παρὰ τὸ πάσεως, *a tendendo*. In altero Codice Bavarico legitur disjunctim, τὰ στεῖα, in neutro genere; & ita legendum puto. 1. Quia subditur in neutro genere, τὰ στεῖα, οἷα καὶ τὰ βασιλικά. Et infra n. 16. ὁ ἀὴρ ὁ τὰ στεῖα, οἷα καὶ τὰ τῆ διακόνου. Signum ergo est & id, quod antecedit, nempe τὰ στεῖα neutrius generis esse. 2. Quia τὰ στεῖα Junii a τείνω pro extensione genere fœminino prorsus ignota & inusitata est. Quid sit πάσις, omnes norunt: quid τὰ στεῖα, per Junium nemo novit: tametsi ingenue fateor me compertum non habere, quid τὰ στεῖα significent. Quo circa in versione Græcam dictionem retinui, donec viri docti vel veram significantiam eruant, vel Codino veram lectionem restituant.

Illud πλὴν τῶν φοινίκων, seu φοινικίων vertit Junius, *exceptis tæniis*, & in Scholiis explicans quid sint tæniæ, ait esse *vittas oblongas, quibus tanquam loris partes apicis commissæ & suturæ obtectæ sunt*. Ego & hic & infra malo, *palmulis*. Apud Capitolinum in Gordianis est *palmata tunica*, & *toga picta*. Edit. Paris. pag. 194.

Ibid. N. 2. κόμβος est *nodus*. compositum ἐπικόμβια, de quo infra, sunt segmenta panni, quibus involvi nummi aurei, argentei, ærei, quæ etiam κόμβοι appellantur. Hinc κομβολύτης, βαλαντιστόμος, *crumenarum sector*. Usurpatur quoque κόμπος pro κόμβος, *nodus*. Quamvis κόμπος interdum idem est, quod *commodus*. Mauricius apud Rigaltium, καλὸν δὲ ἐστι τέντος κατὰ τὸ σχῆμα τῶν Ἀβάρων ἢ Τούρκων γενέσθαι, ὅτι αἱ κομπαὶ αἱ χρειώδεις εἰσὶν. *Consultum est, ut tentoria fiant ad formam Abarum & Turcarum, quæ commoda sunt, & usui apta.*

Num. 3. Ῥοῦχον, Ῥοῦχον, Rock. Ῥουχάριον, Vestiarium. Ῥοῦχον τοῦ διακόνου, sive ῥουχίον, est ipsissima Germanorum vocula *Rock*. Nicetas in Andronico lib. 2. φοροῦντα ῥοῦχον χιτῶνα μέχρι τῶν γονάτων. *Ferebat tunicam scissam usque ad genua*. Helgaldus in vita Regis Roberti: *Exuens se vestimento purpureo, quod lingua rustica dicitur Rocus*. Hinc etiam *Rochetum* vox sæpius obvia in libris Ritualibus, præsertim Romanis. Inde etiam ῥουχαρεῖον, *Ruchharium*, *Vestiarium*, vox nostro quoque Codino usurpata. Mox ῥίζας, & στρατηλατίκια, interpretatur Junius *lacinias*, & *lemniscos militares*.

Num. 4. Tamparion chlamys. Ταμπάεον, pro ταππάεον, sive ταββάεον, ut μαμπάεον, μαππάριον, ὀμφίκιον, ὀφφίκιον. Italicum, *Tabarro*, *penula*, *chlamys*. Junius in Codino confundit *margari-*

Digitized by Google

tas cum *margellis*, & id quod ex margellis conſtat, cum illo, quod conſtat ex margaritis, cum tamen haud exiguo diſcrimine diſtent. Nam margella ſignificat, 1. Corallium lapidem. 2. florem ſeu herbam anagallidem, quæ rubore corallium mentitur. Gallice *morgelline*, ſeu *morgellina*, quaſi morſus gallinæ: Ægineta κοραλλίαν appellat. 3. id quod florem, & lapidem corallium imitatur. 4. omnis generis pretioſa & diſcoloria aſſumenta veſtibus ſuperaddi ſolita. μαργέλλιον ſæpe idem ſignificat; quod *Margella*. Aliquando margellium eſt fimbria, ſeu limbus ex margella ſeu corallio. Moſchopulus: λῶμα, τὸ ἀπ' ἄκρου τινὸς ἐκτεταμένον, καὶ οἱονεὶ ὁρίζον αὐτὸ, ὡς τὸ κοινῶς λεγόμενον μαργέλλιον. *Loma eſt id, quod in extremitate alicujus extenditur, quaſi illud definiens ac circumſcribens, prout eſt, quod vulgo dicitur margellium.* λωμάτιον, *parvula fimbria, parvus limbus, ſeu limbulus.* Porro a λῶμα, τὸ λωμάτιον, natum videtur Germanicum *Som, fimbria*, λ *in S*, mutato.

Margella non eſt margarita, contra Junium.

Balſamon ad 27. Canonem Trullanum: ἀλλὰ τὰ πολυτελῆ χρυσόφαντα ἐπιβλήματα τὰ δημοτικῶς λεγόμενα μαργέλλια, γράμματα, καὶ ἀντίπανα, καὶ τὰ ἐκ κογχύλης πορφυρίζοντα ἱμάτια. *Sumptuoſa, auroque texta additamenta, quæ vulgo dicuntur margellia grammata, & antipana*, quaſi panni pannis oppoſiti, *& purpurea veſtimenta*. Puto legendum γάμματα pro γράμματα: Nam *veſtes Gammatæ* notæ ſunt apud Græcos. Et in Balſamonis Meleta de Patriarcharum privilegiis habes στιχάριον διὰ γαμμάτων. Idem Balſamon ad Canonem XVI. Concilii ſeptimi, quod eſt ſecundum Nicænum, οὔτε τινὰ ἑτερόχροα ἐπιβλήματα προσετίθεσαν ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἱματίων, ἤγουν μαργέλλια. *Neque in veſtimentorum fimbriis adjecta erant alieni coloris additamenta, margellia ſcilicet*. Ubi doctiſſimus vir Gentianus Hervetus ad marginem notat. μαργέλια (ſic enim ſcribit) *puto dictum eſſe a Græcis, corrupta dictione*, quaſi *marginalia*. Cui conjecturæ quid veriſimilitudinem conciliet, nihil video, præter nominum quandam ſimilitudinem. Et quia in margellis & margelliis verſamur, Cedreni locum in Michaele Stratiotico Imp. adſcribamus & explicemus. Τό τε λεγόμενον στρατήγιον ἀναπαθαίρεσθαι ἐκέλευσε, καὶ τὰς τῶν πολιτῶν κεφαλὰς σκέπεσθαι μὴ διὰ γραμμάτων, ὡς νυνὶ, ἀλλὰ διὰ μαργελλογράμμων ὀθονίων ἐκ βύσσου πορφυρᾶς ἐξυφασμένων. *Juſſit* (idem Stratioticus) *expurgari ſtrategium*, &c. *& capita civium tegi non literatis pileis, ut nunc moris eſt, ſed margella fimbriatis linteis ex byſſo purpurea textis*. Quem locum Interpres Cedreni ſe non capere, ingenue confitetur. Et ſane difficilis eſt; quem planiorem reddit illa Meurſii

Edit. Pariſ. pag. 195.

emendatio, μαργελλογράμμων, pro μεγαλογράμμων. Ego libenter pro διὰ γραμμάτων, legerem διὰ γαμμάτων. Nam ut veſtes olim *gammatæ*, ſic & tegumenta capitis *gammata* fuiſſe videntur. Fateor tamen & hic & alibi forſan retineri poſſe γράμματα pro γάμματα, cum etiam aliæ litteræ, præſertim Δ, veſtibus aſſui ſolerent, ut planum fit ex Imperatorum tribus imaginibus, quæ Nicephoro Gregoræ præponuntur.

Num. 5. Καλτζαι, braccæ, & caligæ ſumptæ pro calceis militaribus. Senatus caligarum, ſcomma.

Καλτζαι, *caligæ*, ex Latino *calceus* magis, quam *caliga*. Et ſumitur hic non pro *calceis*, ſed pro *braccis*: nam calcei jam ſequuntur. Caligæ tamen nomen, etiam calceum militarem ſignificat; hinc βουλὴ καλίγων, *ſenatus caligarum*, ſeu caligatus apud Dionem lib. 48. ſcomma in ſenatum, quod caligis ſive calceis militaribus uteretur. Sic *caliga* ſumitur ab interprete noſtro Act. 12. *Calcea te caligas tuas*, Græce: ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. *ſubliga ſandalia tua*.

Num. 6.

Διβολέα. vocabulum hoc aliquoties apud Codinum legitur. διβολέος idem, quod διπλοῦς, *duplex* pro quo veteres δίβολος, ut δίβολος χλαῖνα, *duplex chlamys*. Junius, διβολέα ὑποδήματα, *bilices calcei*. & διβολέος, *bilix*, id eſt, *ornatus bicolore licio*. Sed tu dic: διβολέος, ſeu διβολέα, quoties apud Codinum occurrit, nihil aliud eſſe, quam *bicolor*, ſeu *duplicis coloris*: χρώματος ἀξίως, id eſt, *rubentiſſimi*, inquit Junius. ἀξὺ enim vim intendendi habet. Hinc in Codice eſt oxyblatta, *purpura exquiſitioris luminis*. Μυζάκιον, eſt *Moſaicum*, *muſivum opus*: erant ergo calcei iſti picti quaſi de muſivo, quia punctulis verſicoloribus interſtincti erant. Recentiores Græci μουσιοῦν, καὶ διὰ μουσίου καλλωπίζειν dicunt. Et ut hic habes ὑποδήματα μουζάκια, ſic apud Trebellium Pollion. in Tetr. Iun. eſt *corona picturata de muſeo*.

Διβολέα eſt bicolor, non bilix.

Muſivi operis calcei & quaſi picti.

Num. 7. Πτερυγελίων. Forte legendum Πτερυγίων, a recto πτερύγιον.

Num. 8. Ἱδρομάχιον quid. Emendatus Junius.

Sella equi, ſive ephippium; ἱδρομάχιον, & tegmen ſudori cavendo, & ab equis arcendo. Margellium hic eſt ſegmentum diverſi coloris ſellæ ante & retro inſertum. Errat Junius, cum verba illa, καὶ εἰς τὰ τέσσαρα μέρη, ſejungit a proxime antecedentibus: itaque vertit, vel potius pervertit. *Ad quatuor vero latera ſagmatis ſudatorii habens etiam textum e margaritis ante & pone*, &c.

Kopi-

Digitized by Google

Κοφριτύριον. vox mere Latina, *coopertorium*. Plinius *cooperculum* dixit. Errat Junius, qui κοφριτύριον edidit, vertitque *poſtilenam*. *Viri docti*, inquit Gloſſarium, *putarunt* κοφριτύριον *eſſe Græcam vocem*, παρὰ τῆς κόφρυ, ἡ ὑρᾶς. *ſed analogia repugnat: tunc enim* κοφριύριον *foret. Itaque non eſt, quod fimocaudium interpretentur, & poſtilenam eſſe dicant*. Hæc ſpicula in Junium directe directa ſunt, a profeſſore Leidenſi, in profeſſorem olim Leidenſem. Ibid. Error Junii etiam a Gloſſario notatus.

Κεφαλαρία, ſive κεφάλαρον, freni pars, quæ auribus circumdatur, quæ *aurea* dicebatur veteribus Latinis, teſte Feſto, ab aure utique, non ab auro; ſicut pars inferior freni dicitur *orca* ab ore. ἀπηώρηται φορουῶτα. Mendum manifeſtum. Sed quomodo emendandum? num legendum φᾶτα? Ita aliquando ſuſpicabar, præſertim cum infra, ubi de pileo & inſignibus magni interpretis agitur, Junius ediderit: φᾶταν ἐρυθρὰν. *In ſummitate habet exiguam pupam rubram*. In indice interpretatur Junius *puella*. Quæ lectio etiam applicanda videtur illi loco cap. 5. n. 10. μετὰ τῶν φορουώτων. Junius, *cum equis agminalibus*. & in Indice τὰ φορουῶτα, *equi agminales*. At quid ſi & hic, φατῶν *cum ornamentis & phaleris*, &c. Accedit Gloſſarium Iſidori, cui ornamenta camelorum & phaleræ, ſunt *Buda*; exiguo ſane a vocabulo *phuta* diſcrimine. Sed legendum & hic & alibi, τᾶφα (idem τὰ τάφια, ſeu ταφία.) Eſt autem τᾶφα, *parvulum flammulum*. Mauricius lib. 2. Strateg. c. 2. καασίδας ἐχούσας τάφια μικρά. *Caſſides habentes parvula flammula*. Idem, μικρὰ τάφια ἐπὶ τῶ ὀπισθιλίνων ἡ ἀντελίνων τῶν ἵππων. *Parvula flammula in poſtilenis & antilenis equorum*. Idem: τάφια εἰς τὰς ὀπισθιλίνας τέσσαρα, *flammula quatuor pro poſtilenis*. Eadem fermè Leo Imperator Conſtitut. 6. ubi præterea requirit κορυφάδιν τῶ ἵππω ταφίν. Sic enim legendum eſſe patet ex Mauricio apud Rigaltium V. τάφια, *in vertice equi flammulam*; alteram, ὑπογένειον, *ſub mento*. Ex his facile erit vertere & explicare loca Codini: nam is, quem præ manibus habemus, ſic reddi debet. *In fronte ad auream freni*, &c. *pendet tupha ſeu flammula*. Et ille alter, pro φορουώτων, μετὰ τῶν ταφῶν, *cum flammulis & aliis ornamentis equeſtribus*. Valeat Junius cum ſuis *equis agminalibus*. Tertio loco ſimiliter medicinam facies, ſi ſubſtituas μικρὰν τᾶφαν ἐρυθρὰν, *exiguam tuphan*, ſeu *parvulam flammulam purpuream*, Juniumque cum ſua *parva pupa*, & *puella*, faceſſere jubeas. Num. 9. Aurea & orea pars freni. Lectio correcta. Τᾶφα parvulum flammulum. *Edit. Pariſ. pag.* 196. Equi agminales Junii valere juſſi.

Sollicitat Rigaltius alium locum Curopalatæ noſtri cap. 17. n. 48. ubi bis τάβια editur & legitur. Mallet ipſe τάφια. Reclamat Gloſſarium, *male*, inquiens, ταφία & ταφίων *hoc loco reſtituere tentant viri docti:* id eſt, Rigaltius: in quo judicio Gloſſarii libenter acquieſco.

Μετὰ φοινίκων, *cum ramis palmæ*, inquit Junius, hoc eſt, ſegmenta inſperſa habebat efformata inſtar ramorum palmæ.

Τέντα, ſeu Τέντα, a Latino *Tentorium*. eſt & hoc a *tendo*. Vox in Tacticis Leonis frequens. Etſi autem certum eſt Τέντον eſſe alicubi *tentorium*, an tamen hic ſit, anceps ſententiæ hæreo. Quid enim hoc loco *tentorium*, ubi de pileis, veſtitu & ornatu equeſtri Officialium Palatinorum agitur? Ego admodum inclino, ut per Τέντον ſeu Τέντα intelligatur id, quod Germani vocant *den ſatelbogem*, a tenendo: quia eques partem illam prominentiorem ephippii manibus tenere ſolet. Si quis tamen in tentorio perſiſtere velit, cum eo abſit ut pugnem. Junius vertit, *tholum*. Num. 11.

Αετόπυλα, id eſt, ἀετοί *Græcorum recentiorum eſt terminatio* πυλος, & πυλον, & πωλος, *nihil præterea ſignificans*, inquit Junius: *ſic ex nomine* ἄρχων *fit* ἀρχοντόπυλος, *ex nomine* παῖς, παιδόπυλος, *ex* αὐθέντης, αὐθεντόπυλος, *ex* Τυρκὸς, Τυρκόπυλος, *ex Francus*, *Francopulus*, &c. Etſi autem verum ſit, terminationem iſtam plerumque nihil ſignificationi addere, interdum tamen videtur habere vim minuendi, ut in ἀρχοντόπουλον, quando puerum ſeu ephebum honorarium ſignificat: qua notione ſæpe occurrit * apud Codinum: non enim tunc ſignificat *principem*, ſeu *virum primarium*, ut ſimplex vocabulum ἄρχων, ſed puerum; & quidem ἀσκιπῆ, qui ſine ullo pileo, vel capitis tegumento in Palatio verſatur. Apud nonnullos Germanos *Peter*, *Petrus*, eſt *Peterſman*: Ubi adjectio illa *Man*, nihil penitus ad ſignificationem adjicit: quia idem prorſus eſt quod *Peter*. Forte autem legendum, ἀετοπύλων γέμουσα ἐρυθρῶν. Græci recentiores amant terminationem in πουλος, πουλον. * c. 6. n. 38.

Καβαλλικὴν, vox a Latino *caballus* ficta, frequens in hoc opere. Additur explicatio, ἤγουν ἱππικὴν, quales barbararum dictionum explicationes multæ occurrunt in Codino, ut paulo ante κάμπος, ἤγουν πεδίον. Nec ſcio num ſint ab auctore, an a librariis. ἤγουν recentioris Græciæ floſculus eſt, pro ἤ. Primis verbis hujus Num. 12.

Digitized by Google

Numeri forte aptior ſcriptura eſſet: πεζὸς ὁ δεσπότης, ἐν ᾧ ἂν τόπῳ προσάξει τοῦτο ὁ βασιλεύς. *Deſpotas pedes incedit, in quocunque loco id mandaverit Imperator.*

Num. 13. Σκαράμιον. Junius *pallam* vertit, vel *laxam & fluentem togam*: ejuſque vocabuli natalia ab Aſſyriis repetit. Ego nomen Græcum retinendum cenſeo, tam hic, quam alibi, tam in his, quam in aliis id genus vocabulis: quando nullum Latinum ſuppetit, quod vim ſatis exprimat. Forte *ſcaranicum* eſt a *Sarra*, hoc eſt, Tyro, Sidonius lib. 8. ep. 6. *Sarranis ebria fucis*. Ubi Savaro: *Sarranis*, id eſt, Tyriis; Tyrus enim inſula, prius *Sarra* dicta, Servius & Feſti Epitomaſtes. Unde *Sarranum oſtrum* Virgilio. Sed en fulmen a Gloſſario Græcob. *Apud Codinum male ſemper* σκαράνικον *legitur: reſtitue ubique* σκαράμαγκον. Obtemperarem, niſi conſenſus manuſcriptorum codicum me retraheret: nam neque Junius in ſuis, neque ego in Bavaricis & Lautheriano hoc σκαράμαγκον reperimus. Uterque Bavaricus præfert quidem σκαράνιον, facili lapſu librarii ν omittentis: ſed quid σκαράνιον ad σκαράμαγκον? καβάδιον Deſpotæ eſt ὀξύ. Ut intelligas quid ſit color ὀξὺς, audi quid Caſaubonus ex Turnebo ſcribat ad illud Trebelii Pollionis: *Chlamydes veri luminis limbatas duas*. Lumen non eſt coloris nomen, ſed affectus, qui ſequitur colores intenſiores. Purpuram veri luminis appellat *claram* Lampridius in Diadumeno: in Alexandro Severo *clariſſimam*. Vopiſcus in Carino lumen purpuræ eleganti verbo expreſſit, cum *lineas micantes purpura* dixit. Græci qui purius locuti ſunt, veri luminis colores dicunt ὀξεῖς, poſterior ætas ἀληθινούς. Unde obtinuit, ut ἀληθινὰ appellarentur omnia purpurea propter præſtantiam ſacri muricis. Apud Balſamonem in Photianum Nomocanonem habes ἀληθινὰ ὑποδήματα, *calceamenta purpurea & veri luminis*, de quibus etiam Corippus lib. 2.

Purpureo ſurae reſonant fulgente cothurno,
Cruraque puniceis induxit regia vinctis.

Edit. Pariſ. pag. 197.

Num. 13. Καββάδιον. ſcribitur etiam καββάδης, καββαδίκιον, καββάδιν. Junius interpretatur, *Tunicam honoratam & puram*. Sed Græcum retineamus. Gloſſarium V. κάμβα, dicit καββάδιον eſſe diminutivum a κάμβα, vel κάββα, utrumque enim Græcis uſurpari, ſicut μαμπάριον, & μαππάριον, ταμπάριον, & παππάριον. Forte tandem exiſtet, qui a *Cabbade* Rege Perſarum originem τῷ καββαδίῳ petat; cum *Scaranicum*, *Cabbadium*, & *Phaceolium* ab Aſſyriis ad Græcos venerint, ut infra ex Codino diſcemus cap. 6. num. 50. Probabile eſt formari καββάδιον a Latino *Cappa*. Infra, quid ſit καββάδιον explicatur addita hac exegeſi καββάδιον ἤτοι τὸ ἐπάνω ἔνδυμα πάντων, *Cabbadium vel indumentum quod ſuper omnia induitur.*

Num. 15. Nota Cruces in pileis generorum Imperatoriorum, & quidem non ex qualicunque materia, ſed ex margaritis confectas. Ut placet hic mos noſtris Stauromachis?

Num. 18. Junius καῦσος, ego ὁμοίως, ex duobus Bavaricis codicibus; quæ ſcriptura germana eſt.

Num. 19. Χαρτάριον, χαρτίον, *ſcutulum quadratum*; Junius vertit *quadrarias teſſeras*, aitque corruptum, ex Italico & Gallico *Quartiers*. Mox lego cum Cod. Boico disjunctim, χῳ ῥαφιὼ. in altero eſt, καταγραφιὼ. Forte hic etiam disjunctim χῳ γραφιὼ ſcribendum erit, ſi forte cui magis placeat γραφὴ, quam ῥαφή. *Chartæ plumbeæ* apud Anaſtaſium in Sergio & Gregorio III. ſunt tegulæ plumbeæ, quibus ædificia tecta. Itaque nihil ad χαρτάριον & χαρτίον noſtrum facere videntur.

Chartæ plumbeæ, pro tegulis ſumptæ.

Num. 20. Lege, πεζὸς χάνεται κατ' ἀναλογίαν τοῦ τόπου τετρασύλου. Ambulat & illuc ob rationem propter quam ad Tetraſtylum ambulat; nimirum ob honorem Imperatoris, qui illic præſens eſt.

Num. 27. Μᾶς & σᾶς, pro μοῦ & σοῦ, ſunt barbaræ Græciæ ſvaveolentes floſculi.

Ibid. Αὐθέντης, *Dominus*. hinc αὐθεντεῖν αὐθεντεύειν αὐθεντίζειν, *authenticum reddere, auctoritatem, vim & robur addere, ut valeat, & rejici non poſſit*. Et cui non ſunt auditæ Juſtiniani *Authenticæ*, quas ipſe παρὰς, hoc eſt, Novellas indigitavit? Authenticæ ſcripturæ ſacræ omnium ore teruntur.

Unde authenticum.

Ibid. Αὐθεντόπυλος. quanquam Gloſſarium interpretatur, *herum minorem*, quaſi adjectio illa decerpat aliquid de ſignificatione; id tamen perpetuum non eſt, ut ſupra * notabamus. Græci nunc ἀφέντης, vel ἀφέντις ſcribunt & pronunciant, & corruptius adhuc *Efendi*. Tranſiit utraque vox ad Turcas: nam illis *Aphendi*, vel *Efendi* in uſu eſt, teſte Leunclavio in Onomaſtico Muſulmannico. ἀφέντρα, *Domina*. Douſa in Itinerario Conſtantinopolitano: *Niſi Græcos interdum vino depoſueris, niſi Græco more* πολυχρονιάσης, ἀφέντι *exclamaveris, oleum & operam perdideris*. Hinc αὐθεντία, dominatio.

Num. 11. Varia ſcriptio & barbara.

Digitized by Google

EXPLICATIONES ET OBSERVATIONES circa reliquorum procerum Aulicorum insignia, quæ Codinus capite quarto exequitur.

Edit. Paris. pag. 198.

CAPUT V.

ΚΛΑΠΩΤΟΝ Junius ubique vertit *Squameum*; exque Arabia & Syria cunabula accersit. Ridicule prorsus, quia est vox mere Latina; *clavatum* seu *clavatus*, παρὰ τὸ κλάπος sive κλάβος, *clavus*. Hinc χρυσόκλαβα, & χρυσοκλαβαρικὰ *chrysoclava*, seu *auriclava*, de quibus jam supra *. *Viri docti*, inquit Glossarium, id est, Junius, *putant esse vocem Arabum & Syrorum, quæ mere Latina est, & aliter interpretantur quam debebant*. Quam benevole transfert ad plures, quod solius Junii est? & quam amice hic & alibi gravissimos ejus lapsus tangit? Ubique quod Junius deliravit, hoc viri docti fecerunt. Pro κόμβων Junius eodem sensu κόμπων.

Num. 1. Ridiculus Arabs Junius Κλαπωτὸν a clavus. * c. 4. num. 1.

Δικανίκιον, παρὰ τὸ δίκη, passim occurrit apud Codinum. Junius ubique vertit; *Sceptrum judiciale*. Potest vox ipsa Græca retineri; potest *Dicanicium*, simpliciter verti *Sceptrum*. Aliquando cum de Patriarchis & Episcopis sermo est, ut pag. 212. edit. Junianæ *, rectius redderetur *pedum*. In Turcograecia vocatur δεκανίκιον (nisi sit typographicus error) pag. 15. ubi de Gennadio Patriarcha & Imperatore Turcico: ἰδίαις χερσὶ δέδωκεν αὐτῷ δεκανίκιον πολλοῦ ἄξιον, ἤτοι ῥάβδον ἀργυρᾶν περικεχρυσωμένην, ὡραίαν. In scripto quodam Græco-Barbaro lib. 2. Turcograeciæ vocatur δικανίκη. ποιμαντικὴν ῥάβδον Vocat Gregoras lib. 6.

§. 2.

* cap. 20. nu. 8. Δικανίκιον etiam Patriarchale pedum.

Ἐξ δεξιῶν μέντοι, &c. Junius plane perverse pervertit, mutatis *Angelis* in nuncios: quia enim summus Imaginum hostis erat, hanc Angelorum imaginibus in scaranico Magni Domestici gloriam invidit: itaque ex Angelis *nuncios* fecit. quasi proximi ab Imperatoria dignitate eum honorem suis nunciis, & ut vocant, *brevigerulis*, & *tabellariis* habuerint, ut eos sua in veste effigiarent, & margaritis exornarent. Observa hic morem addendi vestimentis non tantum imaginem Imperatoris, sed & sanctorum Angelorum. Imo olim vulgo etiam, variorum Sanctorum & Martyrum effigies suis vestibus appingebant; ut ex Asterii Amasei Homilia quadam constat.

§. 3. Ibid. Junius Imaginum hostis. Mos Catholicus sanctos Angelos in vestibus pingendi.

Sacris vestibus sacras imagines addere, usitatissimum erat, plurima hujus rei exempla suppeditat Anastasius in Pontificum Vitis. In Leone III. *Fecit in Ecclesia Doctoris mundi B. Pauli Apostoli tetravela holoserica alithina quatuor, & vestem super altare albam chrysoclavam, habentem historiam sanctæ Resurrectionis. Et aliam vestem chrysoclavam habentem historiam Nativitatis Domini, & SS. Innocentium. Imo & aliam vestem Tyriam habentem historiam cæci illuminati, & Resurrectionem. Idem autem Sanctissimus Præsul fecit in Basilica Beatæ* MARIÆ *ad præsepe vestem albam chrysoclavam habentem historiam sanctæ Resurrectionis. Sed & aliam vestem in orbiculis chrysoclavis habentem historias Annunciationis, & sanctorum Joachin & Annæ*. Idem de eodem. *In titulo Pammachii super altare SS. Joannis & Pauli fecit vestem albam holosericam ornatam in gyro de fundato habentem historiam Crucifixi, Ascensionis & Pentecostes*.

§. 4. Ejus rei exempla.

Βλάτιον. Cod. Boicus, βλατίον. Aliis, βλάτιον. sæpe occurrit in hoc & in aliis posterioris ævi scriptoribus: nec quid sit, facile explicatu est. Prius dicamus quid sit apud Latinos, deinde ad Græcos veniamus. Savaro in illud Sidonii lib. 9. epist. 13. *Rutilasque veste blattas*, id est, purpuram: Paulus Diaconus in glossis: *Blatta* genus purpureum vermis. & lib. 10. Cod. de Murilegulis. a qua blatteæ tunicæ, Capitolino & Vopisco. & *blatteus* color Isidoro lib. 12. cap. ult. & lib. 29. c. 18. & *blattifer senatus*, hoc est, purpureus apud eumdem Sidonium.

Num. 8. Blatta Latinum purpura. *pag. 199.

Venantius Fortunatus lib. 2. Epigram. *Serica cui niveis agnata est blattea telis*. De purpura seu purpurea veste intelligi debere, testis est Eutropius in Nerone; quia quod Svetonius ait, Neronem purpura, coccoque funibus nexis piscatum, hoc Eutropius *blatteis* dixit. Apud Lampridium in Heliogabalo; *funes*, *blatta & serico intorti*. Unde *sericoblatteam* vestem accipiunt nonnulli eam, quæ purpurei coloris est, & filis aureis variata lib. 10. C. de Murilegulis. & lib. C. Theod. cod. Hæc Brovverus noster ad Venantium.

Digitized by Google

Apud Turonenſem lib. 2. Hiſtor. Franc. cap. 38. *blattea tunica*, ſine dubio purpurea eſt. In Hiſtoria Anaſtaſii de Vitis Pontificum, in Paſchali, habes *Crucem de blattin*, *periclyſin de blattin*: quæ etiam in Leone III. ſæpius invenies. Ad diſtinctionem additur interdum, *de blattin Byzanteo*. *de blattin Neapolitano*. De Leone III. *Fecit veſtem chryſoclabam ex blattin Byzanteo*; *habentem hiſtoriam Nativitatis & S. Simeonis*. Ubi materia a Byzantio nomen ſortita innuitur.

§. 3. Βλάττιον Græcis quid. Gloſſarii negligentia.

Quid Græci? Gloſſarium: βλάττιον, *blatta*, Actuarius: βλάττιον Βυζάντιον ὀσφῦν τῆς ῥινὸς τῆς πορφυρᾶς. *Blatta Byzantia eſt os ex naſo purpuræ*. Sæpe, inquit Gloſſarium, occurrit apud Codinum, Nicetam, Cedrenum. Sæpe occurrit, fateor; ſed num ſemper ea, quam ex Actuario affers, ſignificatione? Quare non exponis, quid ſit abſolute βλάττιον βλάττινον? Apud Codinum certe non poteſt eſſe *os naſi purpuræ*. Nimirum antiquum tenes: abdita fugis; obvia & vulgaria plerumque ſectaris.

§. 4. Theodoſius Zygomalas Græcus in epiſtola quadam Turcogræciæ inſerta pag. 99. βλατία χρυσᾶ καὶ ἑξάμιτα. Ubi Cruſius, *Buldine Stuck, und dammat*. Alexius Comnenus mittebat ex pacto Henrico IV. Regi, & Imperatori III. præter plurimam pecuniam, ἑκατὸν βλαττία. ut ſcribit Anna Comnena lib. 3. Alexiad. Cruſius interpretaretur, *xundert guldine NucKibuech*, poſſes etiam interpretari, *centum purpureas veſtes*. Apud Codinum noſtrum cap. 4. nu. 8. habes καββάδιον βλάττινον. purpureum hic ſine ullo incommodo reddere potes. Eod. cap. n. 15. occurrit βλάτιον, ubi dicitur Protoſebaſti pileus eſſe aurei & praſini coloris; πλὴν τὸ σύρμα, οὐ τὸ βλάτιον. Junius, *verumtamen ſyrmate, non autem textu*; quia Junio βλάτιον nihil aliud eſt, quam *opus textile*. Quocirca ubique ubi mentio de blatio, ad textum & textrinam confugit. ſed legendum loco cit. πλὴν τὸ σύρμα, τὸ βλάτιον. *Excepto ſyrmate; hoc enim purpureum eſt*. Nam prioris ſcripturæ nullus eſt ſenſus.

§. 5. Βλάτιον pro *panno*, acceptum.

Eodem cap. n. 20. habes λευκὸν βλάτιον. *albam telam* reddit Junius. malo *album pannum*, ut *blation* generatim ſit *pannus*; ſed hoc loco, *candidus*. Mox ἐκ τῶν σωμήθως πολιτδομένων βλατίων. ubi βλάτια generatim *veſtimentum* vertere potes. Senſus enim eſt: cabbadium hujus Logothetæ eſſe unum ex iis *veſtibus*, quæ conſueto more feruntur. Rurſus cap. 17. erigitur anabathra, eamque tegunt & ornant ἐκ βλατίων ἐρυθρῶν. *Rubris pannis*. ubi iterum βλάτιον pro *panno* uſurpatum vides. Junius vertit, *bracteas rubras*. Sed velis & peripetaſmatis anabathræ indui veſtirique ſolent, non bracteis & laminis. Alibi * in triclinio Imperatoris veſtiunt anabathram βλατίῳ κοκκίνῳ. Junius, *linteo coccino*. ſed melius, *panno coccineo*.

Junius correctus. ¶ c. 20. n. 3.

§. 6. Βλάτιον pro *involucro*.

Cap. 6. N. 37. tenet Imperator manu ſiniſtra βλάτιον κάθικι ἐοικὸς. ubi βλάτιον eſt *volumen*, ſive *involucrum* obligatum mantili. id ita eſſe, oculis inſpicere potes in tribus imaginibus Imperatorum initio Gregoræ, & in nummo Theodoſii, quem Tom. 3. de S. Cruce lib. 1. cap. 14. vulgavimus. Cap. 4. N. 31. habes σκιάδιον βλάτιον δισβολέον.

§. 7. *Edit. Pariſ. pag.* 200.

De blatio ita Junius. βλάτιον, *per ſyncopen*, pro βολάτιον, παρὰ τὸ βάλλειν, *eſt tela, ſeu textilis materia quævis, & opus textum, ſive unicolor, ſive* δισβολέος *bilix, & bicolor, ſive* τρισβολέον, *trilix & tricolor, ſive* πολύμιτον, *multitium atque multicolor. Atque hinc* βλάτινος, *textilis*. Hæc ille. Sed unde habet iſte ſuum βολάτιον, a βάλλειν? ex quo ſcriptore? ex quo Lexico? ex quo Gloſſario? Multo probabilius dicitur, Græcos Latinam vocem *blatteam* in ſua civitatem adſciviſſe; vel βλάτιον, a πλατὺ formaſſe, ut ſignificet, quicquid latum & expanſum eſt. Hinc *blattium* auri, argenti, ferri, chartæ: nec ſat ſcio, an huc itidem faciat Germanicum *blatt*, quo ſignificamus *latum & extenſum*.

Unde deductum. βλάτιον

Num. 21. Συβαλτερέα, *ſubalterna, alternatim*, alter ſub altero; vox ex Latino vocabulo detorta.

Num. 23. Μαῦρος, pro *nigro*.

Pro μέγας. Cod. Boicus μαῦρος, quod Græcis nunc eſt *nigrum*. hinc Pontus Euxinus appellatur *Maurothalaſſa*, *nigrum mare*, Germanice *duas Schwarz Kmeer*.

Num. 24. Ἀσπρον pro *albo*.

Pro χρυσόλιθον, Cod. Boicus, χρυσάσπρον, eſt enim nunc Græcis ἄσπρον, *album*. & *aſpri*, nummi genus, & ἀσπρίζειν *dealbare*.

Num. 26.

Habes hic βλάτιον, ubi manifeſte ponitur pro lato ſpatio, ſeu pro latitudine ſcaranici. *das braitt*. τὸ πλατὺ τῆς σκαραμίκου. Ibidem lego χρυσοκλαβαεικὸν, *auriclavatum*, non χρυσοκλαδάεικον, ut habet Junius, qui cum *aureo ramo*, ſeu *ramuſculo*, *eumque pictis belicibus mirifice ſe oblectat*. Ibidem lego: ἐπὶ θρόνου χρυσῆ ἀναβαθῆ. *in throno aureo ſublimi, in quem per aliquos gradus aſcenditur*. Lectionis vulgatæ aptus ſenſus reddi nequit.

Junius cum lectione vulgata correctus.

Digitized by Google

Num. 27. Ἐπιλώϊκιον, seu *ἐπιλοΐκιον*, & *ἐπιλουΐκιον*. *Viri docti*, inquit Glossarium, id est, Junius, *interpretantur prætextam vittatam loris*. *Non debebant*, *nihil enim aliud est, quam superula thoraci superindui solita*. Notavit hunc eumdem errorem Junii ante Glossarium Græco-Barbarum Rigaltius in suo Glossario Tactico mixtobarbaro. Et quamvis, si verbum verbo velis reddere, potius sit *superloricarium*, hoc est, ea vestis, quæ super loricam induitur; cum λώϊκιον, λωΐκιον, λωΐον, λούϊκιον, λουΐκιον, sit ipsissima Latinorum *lorica*; latius tamen nomina hæc hic usurpantur, nimirum absolute pro thorace: neque enim verisimile est, quando proceres in Palatio temporibus pacis gestabant Epilorica, simul etiam gestasse loricas. Tzetzes in Hesiodum: χιτὼν ἢ φᾶρος ἐστὶ τὸ διηχισμένον ἱμάτιον, ὃ παλαιῶν ἐπιλώϊκιον. *Chiton & Pharus est vestis illa discissa, quam vocamus Epilericum*. Ubi vides ab hoc auctore *Epilericum* vocari vestem discissam; qualis Germanis est *ein goller*.

Ἐπιλώϊκιον a Latinis sumptum.

Num. 30. Φακεωλὶς quasi *Tulbant* seu *Turbant*. Φακεωλὶς, & infra cap. 6. num. 47. φακιώλιον, scribitur etiam φακιόλιον, & φακιόλιον, Junius ubique vertit *tiaram*. In Scholiis tamen verum attigisse videtur, cum ait, *esse tegmen capitis speciosum, & quasi in fasces complicato, linteo, quali hoc tempore Turcæ uti solent*. Leunclavius in Onomastico. *Tulbant, & Tulpant, & Tulipant, linteum capitis involucrum Turcicum, quod Græci recentiores* φακιόλιον *dixere, veluti fasciolam, aut fasciam. Originem videtur habere ab Italica voce Facejolo, cujus & diminutive Facioletto utimur: quæ sunt ex Fasciola facta*; Hæc ille.

Origo φακεωλίου.

Junius etiam ab Italicis *fazzolo* & *fazzoleto* deducit. Forsan erit qui repetat originem a Germanico *fazinettle*, pro sudario seu strophiolo. Quod autem Codinus dicit, *Phaceolium* a Medis acceptum esse; id de re, non de nomine intelligi debet. Porro, ut & hoc obiter notemus, gestamen illud Turcicum, quod Germani vocant *Turbant*, descendere videtur ex tegmine illo capitis, quod Græci appellant κορυφάντιον, seu κορυβάντιον. quam facile enim ex *Corbant*, nascitur *Turbant*.

Turbant quasi ex Coryphantio.

Num. 11. Ἀπρωτοασηκρήτις, scribitur etiam πρωτοασηκρήτης, πρωτοσηκρήτης, & extra compositionem ἀσηκρήτης, ἀσηκρῆτις; nomen ex Latio in Græciam translatum; dignitatis Palatinæ index, & quidem multo majoris, quam habeat is, quem nos *primum Secretarium*, seu primum a secretis nominamus. Est enim iste primus in secreto, seu senatu (σύκρητον Græci appellant) tam ut locum, ubi senatus cogitur, quam ut ipsum cœtum, seu concilium senatorum significat. Et σηκρητικοὶ sunt secretorum ministri, qui *Secretariis*, hoc est, senatoribus a manu erant: tametsi Secretarius Græcis itidem sæpius est, quem Latini hoc nomine denotant; nempe scriba, actuarius, &c. Evagr. lib. 2. ἀνέγνω Κωνσταντῖνος σηκρετάριος τὸ χάρτης. *Legit Constantinus Secretarius ex scheda*.

Ἀσηκρήτις a Latino Secretarius.

Σύκρητον & σηκρητικὸν quid. *Edit. Paris. pag.* 201.

Secretarius Græcis adjutarius.

Illud observatione dignum est, Latinos Græcorum imitatione scripsisse & usurpasse voculam *Asecreta*, ut videre est lib. 4. cap. 19. ejus operis, quod Carolo Magno perperam attribuitur; ubi est Leontius *Asecreta*. Apud Hincmarum epist. 3. cap. 16. habes *Asecretis*, quod olim summi Cancellarii nomen fuisse ait.

§. 2. Latinis vox usurpata Asecreta.

Addamus & hoc propter cognationem: σιλεντιάριος & σιλεντιάριος crebro occurrunt in Græcorum libris, ut & σιλέντιον. Duplices statuit Glossarium; alteros minores, quorum munus fuerit populo silentium indicere; & ut silentium teneretur, sedulo curare. Alteros majores, quippe Senatores: ut enim a *secreto* dicebantur *Secretarii*, sic a *silentio*, *Silentiarii* audiebant: nam quia Senatores secreta tegere debebant, & silere de rebus in Senatu actis, ideo *Secretarii* & *Silentiarii*, nomen eis adhæsit; quamvis *silentium* dicebatur etiam oratio, quam in *silentio*, hoc est, in Senatu, initio quadragesimæ Imperator habebat. Zonaras Leonem Philosophum Imperatorem adeo iliacis doloribus vexatum esse commemorat, ut nequiverit habere in Senatu περὶ νηστείας τὴν συνήθη διάλεξιν, ἣ καλεῖται σιλέντιον, *de jejunio consuetam dissertationem, quæ vocatur silentium*. Cedrenus: σιλεντίου γενομένου. *Congregato Senatu*. Miscella historia in Leone: *Silentium contra sanctas ac venerabiles celebravit iconas*. Nec Græci his contenti fuerunt, etiam suas in chartas transtulerunt hæc mere Latina nomina σίνατον, sive σίνατον, σινάτωρ, σινάτωρ σινάτωρ. vide Glossar. Græco-Barb.

Σιλεντιάριοι duplices. Eorum officium.

Senatores dicti silentiarii.

Oratio dicta etiã *silentium*.

Silentium pro Senatu.

§. 3. ibid.

Retinui nomina *blateus* & *blatina*, & *trullæ*, quia aptiora non occurrebant: nam quæ Junius adfert de *Lura* & *Lora*, non unius assis æstimo, adeo sunt frivola. Codinus *Trullæ* nomine intelligit pilei summam partem, qua clauditur, & quasi concameratur. est enim *Trulla*, seu *Trullon*, seu *Trullos* fornix sive concameratio, ut patet ex Codino lib. de Originib. Constantinopolitanis, ubi agit de Trulla

Trulla pilei summitas. Trulla, concameratio.

Digitized by Google

Synodus Trullana dicta a Trullo, f. Palatii concamerato Secretario.

Magnæ Eccleſiæ conſtructa a Juſtiniano, & reparata a Juſtino. Hinc etiam ſynodus Trullana, ſeu in Trullo; quia habita eſt in Secretario Palatii, quod Trullatum, ut ſic dicam, ſeu concameratum erat. Verbo τρυλλᾶσθαι, pro, *Trullam ædificare*, utitur Codinus loco citato.

Num. 36. 37.

Variant hic Codices Boici, ut notavi olim in Notis ad Codinum. ſed res tanti non eſt, vulgata lectio proba mihi.

Num. 40. Siromaſtes non eſt clava, contra Junium.

Siromaſten. Junius non recte interpretatur, *ferream clavam*, ut patet ex cap. 25. Numerorum, ubi ſcriptura de Phinees: Ὁ λαβὼν σειρομάστιον ἐν τῇ χειρὶ, &c. καὶ ἀπέκεντησεν ἀμφοτέρους, τόν τε ἄνδρωπον τὸν Ισραηλίτιδα, καὶ τὴν γυναῖκα διὰ τῆς μήτρας αὐτῆς. Non ergo fuit clava, ſed vel jaculum, vel haſta. Hinc Aquila vertit κοντὸν; Symmachus δόρυ. Vulgata edit. *arrepto pugione confodit ambos*. Notavit hunc Junii errorem Rigaltius in Gloſſar. V. *Siromaſtes*. Apud Cedrenum * pag. 578. Leo Meliſſenus increpat fratrem Theognoſtum, ne Imperatori maledicat; non obtemperanti impoſuit aliquot plagas, ſeu ictus, τὸν σειρομάστην ἐτείνας; *Siromaſte intentato*. S. Hieronymus epiſt. 53. *Legi enim Siromaſten Phinees, auſteritatem Heliæ*. ubi & ipſe pro *haſta* videtur Siromaſten accipere. Joſeph. l. 4. antiq. c. 6. vertit *romphæam*, παίων τῇ ῥομφαίᾳ ἀπέκτεινε. *Percuſſum romphæa occidit*. Heſychius ait: σειρομάστην eſſe εἶδος λόγχης. S. Hier. in c. 2. Malach. interpretatur σειρομάστην *pugionem*, ut & Num. 25. at 3. Reg. 18. & lib. 4. cap. 11. *haſtam*. Suidas σειρομάστης, εἶδος ἀκοντίου, λόγχη. Joan. Tzetzes. πολλοὶ μὲν τὸ ἀκόντιον καλοῦσι σειρομάστιον, ὥσπερ καὶ τῇ Φινεὲς νοεῖται, ἰσοεία, &c. κυρίως δὲ σιδήριον τῶν πλοίων ὑπάρχει, ὡς μέγας ὀβελίσκος τις ᾧ πλήττουσι τὰς σάκκους τὰ κλεπτοτελωνούμενα νοοῦσι, καὶ κράτουσιν, ἐγνως λοιπὸν, καὶ τίς ἐστι κυρίως σειρομάστης, τῇ Φινεὲς δὴ κεῖται σοι καλῶς ἱστορία, ἐν τόπῳ τειακοσιαστῷ ἐννηκοστοπρώτῳ. Videtur omnium commodiſſime verti apud Curopalat. *telum*, ſeu *pugio*. quandoquidem Siromaſtes ferebatur a magno Tzauſio ex ſiniſtra parte Zonæ. Ait Codinus, hunc Siromaſten vulgo vocari *Salibam*. Leo Imp. Conſtit. 7. εἰς τὸ ῥίψαι μηκόθεν ῥιπτάριον καὶ ματζοβάρβυλον, ὅπερ λέγεται νῦν σαλίβα, ἢ καὶ τζηκούριον. *Sit adjaciendum procul jaculum, ſeumiſſile Matzobarbulum, quod nunc appellatur Saliba, vel etiam ſecuricula*. Gloſſarium ſcribit μαρτζομάβυλον. Anonymus de bello ſacro. σαλίβας εἶχον τουρκικὰς. *jacula Turcica habebant*. Junius dicit σαλίβαν eſſe vocem Arabicam. At quomodo ſcit eſſe Arabicam, cum neſciat, quid ſignificet: non enim eſt militaris clava, ut ante diximus.

Edit. Reg. * *Pag.* 700.

Edit. Pariſ. pag. 202.

Siromaſtes quid.

Saliba, jaculum ſeu miſſile Matzobarbulum.

Junius Arabicam vocem ſcit, ſed ſignificarum neſcit.

Num. 46.

Ἀμηράλιος, ἀμηράλης. *præfectus maris*, Ex Arabico *Amira*, ſen *Amirus*, inquit Junius, & Græco ἅλιος, *marinus*. Credat qui volet. Ego aſſenſum cohibebo. Tranſiit vox hæc ad Gallos, Italos, & alios, quibus *Admiral* eſt præfectus maris, ſeu Thalaſſiarchus. Quod nomen ſive abſolute pro principe gentis, ſive pro præfecto maris accipiatur, mirifice a Latinis ſcriptoribus variatur; ut oſtendi Tom. 3. de S. Cruce, cap. 12. Ἀμηρᾶς *Ameras*, Princeps eſt, uſitatum nomen apud Mahemetanos Arabes, ut & ἀμηραῖος, quamvis & hoc ſub Amera minores Duces denotet. Sigebertus in Chronico. *In regno Saracenorum quatuor prætores ſtatuit, qui Amiræi vocabantur, ipſe vero Amiras vocabatur, vel Protoſymbulus*.

Admiral præfectus maris.

Amerας Princeps.

Num. 47. Emendata lectio.

Ἐπὶ τῆς δείσεων. Ita omnino legendum; & illud, ἐπὶ τῶν δικάσεων, procul relegandum.

Num. 53. Χασδίον veſtis ex pilis. Codinus explicatus.

Pro χαρτίον legendum videtur χάσδιον, quæ vox veſtem ex pilis, vel villis confectam denotat. Eſt & χασείδιον apud Achmetem Oniropolam cap. 220. ubi invenies χασείδιον ἀπ' ἐρίων, *ex lana*. In Synodo Florentina. *Sedebat in equo pulcherrimo, nigro, & ſtrepiſmeno* μετ' ἐρυθρᾶ, καὶ χρυσοϋφάντῳ, χασδίῳ, *qui ornatus erat, rubro, & aureis filis infecto tegumento*; ut proinde locus iſte Codini, ita reddendus videatur. *Scaranicum ejus indutum ſeu ſuffultum eſt panno ex pilis ſeu lana confecto*.

Num. 55.

Φωσσάτον. ſcribitur etiam φοσσάτον a foſſa. proprie ſignificat caſtra foſſis munita; item exercitum ipſum; Moſchopulus, φοσσάτον ὁ στρατός. *exercitus*. Hinc φοσσατεύειν, ſive φωσατεύειν, *exercitum ducere*, & φοσσατικῶς, *inſtar exercitus*. Inde etiam translatum eſt, præſertim a Latinis, ad foſſas quaſcumque munitionis cauſſa factas. Robertus de Monte in Chronico. *Rex Henricus fecit foſſata alta & lata inter Franciam & Normanniam ad prædones arcendos*. Andreas presbyter in Chronico Bavarico. *Ratiſponæ a porta S. Petri, uſque portam Occidentalem foſſatum exterius (der Stattgraben) in toto perficitur*. Invenies itidem φωσσάτον, & φωσάτον. Quin & ſimplplex vocabulum *foſſa*, ſuum fecere: & φοσσᾶν *fodere*, *foſſam facere*. Eadem notione uſurpant σέδετον, pro caſtris ſcilicet, Svidas σέδετον, τὸ φωσσάτον. Ab eadem notione eſt ἄπληκτον, ſignificat enim caſtra, & ἀπληκτεύειν, ex Latino *applicare*, ca-

Φοσσατεύειν & φοσσατικῶς

Φοσσᾶν fodere.

Σέδετον pro caſtris.

Ἄπληκτον & ἀπληκτεύειν metari caſtra.

Digitized by Google

ſtra metari. Vide Rigaltium in ſuo Mixobarbaro & Meurſium in ſuo Græco-Barbaro Gloſſario.

Præfectus alogii: non ſatis mirari poſſum, quid Junio in mentem venerit, ut vocem ἄλογον ab Hebræa *Halac* (quod eſt ire) deduxerit; cum luce clarius ſit, ἄλογον eſſe vocem Græcam, quaſi dicas, *irrationale*; quo nomine recentiores Græci, *equos* ſignificant. Anonymus apud Rigaltium ἄλογα, ζῶα τετράπορα, ἀχθοφόρα, jumenta dorſo ſarcinas geſtantia. Et abſolute pro equis invenies apud Mauricium, Leonem, & alios. Itaque Junianum *Halocum* ablegetur ad nuncium ſeu viatorem, quem, ut Junius inquit, Turcæ appellant *Hulac*.

Num. 56. Junius Hebraiſmum in voce Græca oſtentat. Ἄλογον Græcis recentioribus eſt equus. Hulac nuncius Turcicus & Junianus.

Matzuca, Junio eſt clava. ex Italico *Maſſa*, vel potius Gallico *Maſſue*, ut inquit, ſcribitur etiam ματζούκιον. Ibidem* σκλειὸν accipio pro conto ſeu haſtili Matzucæ: in cujus vertice erat βυτίον, butta, *cupa* ſeu *cupella*. Scribitur quoque βυτίον, ſeu ut Rigaltius, βύττιον, βύτζη, βύτζιον, βύττις; quæ non tantum cupam ſeu cupellam, ſed ipſa etiam integra vaſa vinaria ſignificant; ut te in Gloſſariis ſuis auctorum teſtimoniis docebunt Rigaltius, Meurſius, & Caſaubonus ad Capitolinum, & Flavium Vopiſcum p. 412. 522. Germanis inde venit *Butten*, de vaſe dorſuario, quo vuæ jam a vindemiatoribus reſectæ per deſtinatos ad id homines colliguntur, & ad torcular deferuntur. Quamquam *buttas* itidem vocant alia dorſualia inſtrumenta, ad ſimilitudinem vinarii illius facta. Quid? quod Græci Cupam quoque in ſuam linguam tranſtulerunt, κοῦπα. Adfertur etiam βύτινον, *Butina* pro lagena. Butto ſacræ ſupellectili adjungitur ab Anaſtaſio in Leone IV. *Obtulit in Baſilica B. Petri Apoſtoli buttonem de argento puriſſimo*. Igitur, ut hinc abeamus, *contus dicanicii protalogatoris* habebat in vertice βυτίον, id nimirum, quod Germani dicunt *ein Suxxelin*. Verum hæc omnia everſum it Meurſius, qui in Gloſſario V. βυλλίον, affirmat, legendum non βυτίον, ſed βυλλίον, quod eſt *orbiculus*, *circulus*. Sed cum hoc ſine ullius manuſcripti Codicis auctoritate aſſerat, non eſt cur noſtræ lectionis, quæ calamo exaratis exemplaribus fulcitur, nos aut pœniteat, aut pigeat, niſi quis malit legere, τυφίον *flammulum* a tupha ſeu Tuſa. Svidas σκιλειὸς, τὸ τῆς ἀξίνης ξύλον, &c. *ſtil an der axt*. Et forte hic etiam ſcribendum σκιλείος, non σκλείος.

Num. 57. * *de ſtil.* Βυτίον, βυττίον cupa, & vaſa vinaria. *Edit. Pariſ. pag.* 203. Contus in dicanicio Protalogatoris habebat Cupellam. Meurſius ſine auctore diſſentit & βυλλίον legit.

Mirum eſt, quomodo Junius hic βεστιάριον, interpretatus ſit *Veſtibulum*, & τὸν πρωτοβεστιαρίτην, *Principem veſtibuli*. *Errant viri docti*, id eſt, Junius, ut ait Meurſius, *qui ita interpretantur*. Ubi iterum Junianum delirium viris doctis adſcribitur. Sed quid Veſtiarium? Svidas: βεστιάριον παρὰ Ρωμαίοις τόπος, ἔνθα ἡ ἀναγκαία ἀπόκειται ἐσθής. *Veſtiarium apud Romanos locus eſt ubi neceſſaria aſſervatur veſtis*. Moſchopulus: βέστια παρὰ Ρωμαίοις ἱμάτια, ἐξ ὧν ἡ βεστιάριον κυρίως, ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται. Veſtia, *ſunt apud Romanos veſtes; unde & Veſtiarium proprie locus, in quo Imperatoria indumenta ſervantur*. Dicebatur Veſtiaria præſes etiam *Abeſtiarius*; & Veſtiarium, generalius ταμιεῖον βασιλικὸν, ærarium Imperatorium apud Choniatem, citante Rigaltio.

N. 63. & 64. Junii delirium eſt error doctorum virorum Meurſio. *Veſtiarium* locus ſervandis eſt veſtibus. Abeſtiarius dictus præſes Veſtiarii.

Tzangratorum, (ita ubique ſcribendum, non *Tzangatores*) a Tzangris, arcus cujuſdam genere, ut ex Cantacuzeno liquet lib. 1. ubi de machina quadam bellica agens dicit, in quolibet καταπρώματι ejus (erant autem quinque) fuiſſe octo τοὺς ἐκ τόξων Λατινικῶν τοὺς λεγομένων Τζαγγρῶν ἀφιέντων βέλη. Ibid. ἡ τοῦ ὑπὸ τοῦ Τζαγγρῶν ἀφιεμένου βέλους. Male ergo Junius pag. 313. facit ex Tzangratoribus *milites Spatharios*, cum fuerint ſagittarii, & arcitenentes. Male etiam nomen ipſum deducit a voce Orientali *ſaga*, quæ, ut inquit, *ſignificat copiam, denſum & confertum eſſe*. Nimirum, quoties Junius non habet quod dicat, ex Oriente dicendi occaſionem quærit. Quanto veriſimilius deduceret ab Germanico *Banger*?

Num. 67. Tzangra, arcus, unde Tzangratores. Junius ex ſagittariis facit ſpatharios.

Num. 68.

Τῶν Μυρτάων. Originem hujus nominis non explicant auctores.

Num. 69. Gregoras refutat Junium Tzaconas ex Hebræo deducentem. *Tzaconas* pro *Lacones* apud recentiores Græcos.

Τῶν Τζακόνων. Nomen hoc ex Hebræa lingua deducit Junius in ſchol. p. 304. quicquid dicat Gregoras l. 4. hiſt. Byzantinæ, qui quos veteres vocabant *Laconas*, a recentioribus iſtis Græcis *Tzaconas* appellatos ſcribit, exigua, eaque quotidiana litterarum immutatione. Nec abſterretur Junius, quamvis hodie quoque regio Peloponeſi, olim Laconia, dicatur Tzaconia, & incolæ (Pandect. Turc. p. 30. & Turcogr. lib. 7. p. 489.) Zacones, ſeu Tzacones; valdeque uſitata ſit Græcis recentioribus litterarum TZ in aliarum locum ſubſtitutio; hinc τζαλίζω, pro λαλίζω, *lacero*, *rumpo*. Quare qui Tzacones ab Hebræo *Tzuck* potius, quam a veteri Laconum appellatione dictos exiſtimat, is cur non quidvis ſibi perſuadeat, cauſam dicere non poteſt.

τζαλίζω pro λαλίζω.

Digitized by Google

Num. 73. Θέμα quid significet.

Orientalium thematum. Extat libellus Conſtantini Porphyrogeniti περὶ θεμάτων ἀνατολικῶν; quem Græce & Latine edidit Vulcanius Batavus, notiſque illuſtravit; in queis, præter cætera, *Varias eſſe τῶν θέματος ſignificationes nemo ignorat. Gloſſæ veteres interdum interpretantur* θέμα, *Poſitionem, Caſum. interdum* θέμα τῶν ἀνθρώπων, *Conſtellationem, quod idem eſt, ac Poſitio. Interdum Legio,* τάξις, θέμα. *Ex quo liquet* θέμα *idem eſſe quod* τάξιν, *vel* τάγμα, *hoc eſt, Legionem. Juſtinianus Imperator in Novellis plerumque hæc* τάγματα *vocat* στρατιωτικὰς καταλόγους.

1. Caſum, conſtellationem. *Edit. Pariſ. pag. 204.* 2. Legionem. 3. Provinciam & apud Cedr. præfecturam. Τάγματα & θέματα differunt.

Subjungit: *Quo fit, ut Hier. Vvolfio non aſſentiar, qui* θέματα *provincias vertit in Zonara: ut nec Enimundo Bonifidio, & Doctori innominato, cui id acceptum fert, qui Annotationibus ſuis in jus Orientale locum illum ex Conſtitutione Iſaacii Comneni,* ἡ δὲ σύμφωνος κατάθεσις τῆς ὅλων θεματικῶν παρέσησι τῇ βασιλείᾳ μου, *interpretatur,* θεματικῶν, *Provincialium; quos ego potius Legionarios verterim. Inter* τάγματα *vero ſive Legiones, &* θέματα *hoc tantum eſt differentiæ; quod illa florente Imperio Romano, ut juſtæ Legiones ita dictæ fuerunt, quæ poſtea imminuto, truncatoque Heraclii temporibus eodem Imperio,* θεμάτων *appellationem, deſciſcentibus a veteri amplitudine legionibus, ſint conſecutæ.* Quod ipſum teſtatur hic noſter dicens: ἀλλὰ πρώην δὲ κατ' ἀρχὰς τάγματά τινα, ἢ λεγεῶνες ὑπῆρχον ἀναγεγραμμέναι κατ' ἔθνος. e quibus legionibus recenſet Legionem XL. Martyrum, de quibus Baſilius. ὅτοι ἡλικίας ἀκμῇ καὶ δυνάμει τῆς καθ' ἑαυτὸς πάντων διενεγκόντες, εἰς τὰς στρατιωτικὰς τελεῖν ἐτάχθησαν καταλόγους, hoc eſt, ut vertit Budæus, *in cohortes & numeros Legionum allecti ſunt.* Apud Cedrenum * fol. 303. in Copronymo accipitur θέμα pro præfectura, *ein fleg.* τὰς ὑπὸ τὸ θέμα τῆς Θρᾳκησίων ὄντας: *Qui erant in præfectura* ſeu *territorio Thracenſi:* Paulo poſt, ὥστε ἐν ὅλῳ τῷ ὑπ' αὐτὸν θέματι; *ut in tota ejus præfectura.* Edidit Fridericus Morellus Profeſſor Pariſienſis, libellum Græco-Latinum de Occidentalibus Thematibus.

* *fol. 466. Edit. Regia.*

Num. 75. Junium denuò Hebræa crepantem refutat Gloſſarium. Myrtaitæ officium incognitum.

Magni Myrtaitæ. Junius *Murtatos*, & *Myrtaitam* ab Hebræo repetit; eadem felicitate, qua Tzacones ex iiſdem cunabulis educit. At quis Myrtaites? Audiamus Gloſſarium. *Viri docti*, id eſt Junius, *putant magnum præfectum* τῆς μυρταΐτων, *de quibus paulo ante diximus. Sed falluntur: nam in eodem Codino eſt,* τὸ τῶ μεγάλω μυρταΐτα ὑπηρέτημα ἀνεπίγνωστόν ἐστι*. *Imo præfectus eorum* στρατοπεδάρχης *dicebatur. Idem Codinus alibi:* τὰ τῶ στρατοπεδάρχω τῆς μυρτάτων, οἷα τὰ τῶ στρατοπεδάρχω τῆς τζαγγατόρων*. *Iterum* ἡ τῆς μυρτάτων στρατοπεδάρχης ὁμοίως. *Itaque de eorum errore ſatis liquet.* Hæc gloſſariographus in Junium,

* c. 5. n. 93.
* c. 4. n. 61.

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES
in caput quintum Codini; quod eſt, de Miniſteriis Aulicorum.

CAPUT VI.

Num. 4. S. Crucis odio male edere & explicare Codinum videtur Junius.

FLammulum, ſive Crucem, &c. ἢ τὸ τῶ στρατῶ μὴ πυροβόλων. Junius, *aut exercitus flammeum cum ignitis telis.* Inepte: cui longe adhuc ineptior explicatio additur pag. 286. *Hoc alterum eſt flammeum, quod Archiſtratego, ut appellatur,* cap. 6. n. 20. *præferri ſolet: ſiquidem hic alius, quam Imperator eſt; quamobrem exercitus flammeum appellatur, in quo expreſſa erat fulgurationis & fulminationis ſpecies.* Nugæ. Legendum *enim*, ἤτοι ἢ σαυρὸν μὴ πυροβόλων, ut habet Cod. Bavaricus & Lautherianus. Hoc enim dicit: τὰς ἄρχοντας, ὡς κεφαλὰς, præferre, erigere, & ſtatuere ſolitos *conſuetum flammeum*, ſeu *vexillum regium*, vel *Crucem radiantem*, ſeu *radios inſtar ignis emittentem*. Sed Junius ex hoc ſcripturæ compendio σρὸν, fecit στρατὸν, & ex ἤτοι, quod in omnibus noſtris Cod. legitur, ἢ τὸ, adjecto etiam articulo τῶ. Quo conſilio? licet tandem in additionibus hanc Codicum noſtrorum germanam lectionem ipſe quoque annotarit, ſed ſine approbatione & explicatione.

Conſuetum flammeum eſu Vexillum, vel Crucem erigũt proceres.

Num. 7. Equi ſtrati, & manu ducti.

Στρωσια καὶ συρτά. Illud a στρωννύω, quod eſt *ſterno*: hoc a σύρω, quod eſt *traho*. Militum quoque equi, quos vacuos ſecum ducebant, appellabantur συρτοὶ, ut docet Gloſſarium ex Conſtantini Tacticis.

pag. 205. Num. 9.

Σκαπυλίων. Ita legendum, loco illius καπυλίων. Ibidem, στρατείκιον. verticum Gloſſario, locum, in quo Strator Imperatorem in equum ſublevare ſolet: niſi mavis reddere, locum, in quo equi ſternuntur.

Num. 10.

Lego Τυφῶν; pro φορωμάτων, vel φυτῶν, de quo jam ſupra ſatis, cap. 4. n. 9.

De

Digitized by Google

De Theophilo Imp. acerrimo Iconoclaſta, lege Cedrenum, Zonaram, Manaſſem, Glycam. Num. 124.

Rucharium, Veſtiarium. σπάθη, *ſpatha*, enſis. Spatharius, *enſifer*, vel *ſatelles*. σωματοφύλαξ, Protoſpatharius, primus inter Spatharios, Spatharocandidatus. σπαθαροκουβικουλάριος, *Spatharius cubicularius*. Spathatus, ſpatha munitus, σπαθία, *Spathula*. De quibus vide Meurſium & Rigaltium in Gloſſariis. Ex dialogis S. Gregorii non eſt ignotus Spatharius Regis Totilæ. Et apud nonnullos Germanos inſtrumentum quoddam foſſorium *ein Spath*. Num. 14. Voces ex Spatha ortæ, Spatharius, Protoſpatharius, Spatharocandidatus, Spatharius cubicularius, Spathatus, Spathula.

Ibidem Τζαγγία, melius Τζαγκία, Τζάγκαι, *Tzancæ*, proprie calcei Imperatorii, & calcearius, qui eas conficiebat, Τζαγγὰς, vel potius Τζαγκὰς dicebatur; non ut alii ſutores, Τζαγγάριος, ſeu Τζαγγάριος. ita enim hic legendum eſt, non Τζαγμάριος, ut edidit Junius, cui Tzancæ & Tzancia non placent: magis arridet Tzaggæ & Tzaggia; ut habeat occaſionem nomen hoc deducendi ex Arabica lingua. Sed potior eſt apud me fides Cod. Lauth. & Bav. & Simeonis Magiſtri Officiorum in Pandecte Turcic. c. 199. qui Τζαγκία & Τζάγκας nobis exhibent: tametſi altera lectio illa Τζάγγαι, Τζαγγία, Τζαγγάριος, ſimpliciter rejici nec poteſt nec debet. Scribitur etiam Τζαγκάρης, hinc τέχνη Τζαγγαρικὴ, *ars ſutoria*. Tranſiit hoc nomen ad Latinos. Trebellius Pollio: *Zanchas de noſtris Parthicis paria tria*. Ubi Caſaubonus: *Barbarici calceamenti genus Tzangas vocarunt. ſed varie ſcribitur hoc verbum. In Codice Theodoſiano de habitu intra urbem, leg. 2. Tzangæ: in tertia, Tzaneæ. Græcis* Τζάγγαι, *aut* Τζαγγία, Τζαγγάριος *harum artifex apud Tzetzem in Chiliadibus. Acroni Zangæ Perſarum, vel Parthorum fuiſſe geſtamen magni pretii, ex hoc loco & ſimilibus apparet*. In faſtis Græcis leguntur hæc de rege Lazorum: τὰ Τζαγγία αὐτῷ ὠῷ ἀπὸ τῆς χείρας αὐτῦ Ρωταία Περσικῷ χήματι, ἔχοντα μαργαείτας. Synodus Aurelianenſis can. 22. *Monacho orarium in Monaſterio vel zancas habere non liceat*. Τζαγκία, Τζάγκαι, Τζαγκάριος, Tzancæ, calcei Imperatorii, Τζαγκὰς, artifex eorum. Junius ex Arabia uſque format bellos Imp. ſalceos. Latinis uſitatus Zanchas.

§. 2. Equi *Sagmarii* Græcis quidem noti & uſitati ſunt; ſed educi non poſſunt ex illa Codini lectione Τζαγμάριος, quia vana eſt: ſubſtituendum enim τζαγγάριος, vel τζαγκάριος: & ut prior ſcriptura retineretur, non *Sagmarius*, ut Junius, ſed potius *Tzagmarius* vertendum eſſet: nam Sagmarius Græcis non eſt ſutor, cum a Sagmate formetur. Eſt autem σάγμα, vel θήκη τῦ ὅπλυ, *theca*, ſeu *vagina armorum*, vel *onus jumenti ſarcinarii*. Hinc *Sagmaria jumenta*, vel *Sagmataria*, vel *Samaria* Græcis, quę noſtris clitellaria; ad quorum ultimum alludit vox Germanica *Samarros*, ſeu ut alii, *Sammer roſz*, & *Som*, id nimirum, quod hujuſmodi equus geſtat. Svidas: σαγμάρια, τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον τἄλδον, τὰ βαςάζοντα ἢ ὑποζυγίων, ἢ μεταφορικῶς τῶν ἐπιτηδείων. Mauricius apud Rigaltium. Τἄλδος ἤτοι τὰ σαγμάρια. Idem lib. 1. cap. 6. dixerat, ἵππους σαγματαρίους. Sic Iſidor. *caballum Sagmarium*, & *mulam Sagmariam*. Vegetius lib. 3. *Impedimenta, Sagmarii, calones, vehiculaque in medio collocentur*. §. 2. Sagmarii equi unde, contra Junium. Sagma quid. Samaria jumenta *Sammerroſſz*.

§. 3. Nec Latinis ignoti ſunt equi Sagmarii, ut patet ex S. Bernardo lib. 3. de conſiderat. cap. 7. ubi Voſſius: *Sagmarii*, loco vulgatę lectionis, *Sammarii*. Etſi in Latinis *Summarii*, *ſaumarii*, *ſommarii*, lectio etiam defendi poſſit; quia ſagmarii nomen varie varii corruperunt, & ad idiotiſmum ſuum inflexerunt. Hinc in libello de miraculis S. Udalrici, nec ineleganti, & ſatis antiquo, inquit Caſaubonus in Lamprid. *Obtulerunt de cera quantum unus fortis ſaumarius portare potuit*. Deducit idem Caſaubonus Sagmarios a *ſagmate*, & recte; & *ſagma* ait eſſe id, *quod jumento imponitur, ut mollius vehat, & ſine noxa ſua. Differt ſagma a ſella. Nam ſagma propria eſt, quod jumentis onera bajulantibus imponitur; ſella equorum eſt, vel aliorum animalium, quibus homo vehitur*. Dicitur etiam σαγὴ, & *ſagum*, quod ſignificat omne operimentum, quod jumentis imponitur. Vide Caſaubon. ad Lamprid. fol. 321. Sed prior ſignificatio potior eſt. Græci flectunt, σάγμα τῦ σάγματος, Latini *Sagma ſagmæ: quæ corrupte vulgo dicitur Salmus*, inquit Iſidor. l. 20. Etymol. §. 3. Latinis etiam dicti Sagmarii equi, ſed varie vox corrupta. Edit. Pariſ. pag. 206. Sagma & Sella differunt.

Ibidem, εἰς τὰς προχύσεις. Dubitat Meurſius, num viri docti, id eſt, Junius, προχύσιν, recte vertant *oratorium*. Si non recte vertunt, cur non melius quid ſuggeris? Si voculam ipſam nimis Grammatice urgeas, πρόχυσις non eſt oratorium, ſed locus eminentior, unde Imperator eminere, proſpicere, & proſpectare, ſeu deſpectare poterat. Si rem ipſam conſideremus, πρόχυσις eſt *oratorium*; quia locus ille ſine dubio non erat eo deſtinatus, Imperator inde tantum proſpiceret, ſed ut rei divinæ, & precibus quoque fundendis operam daret. Unde ab oratione illic fieri ſolita, *Oratorii* appellatio loco acceſſit. §. 4. Meurſii dubium grammaticum. Quid πρόχυσις. Recte *Oratorium* Imp. dictum.

Digitized by Google

Num. 15. Junii conficta Veſtiaria.

Junius legit, τοῦ βεστιαρίου ἐντος. & huic ſuæ ſcripturæ mira phaſmata ſuperſtruit, ad verbum: *veſtiarii quod eſt intus* (nempe in cerebro Junii) *& interioris*. Et mox tria *veſtiaria* adducit, *veſtiarium* proprie dictum a veſte, & veſtiarium minus proprie Ταμιεῖον, & veſtiarium, *veſtibulum* Palatii, per catachreſin ſeu abuſum vocis. Duo priora veſtiaria agnoſcimus; tertium ſumma catachreſi confictum, ad ſuum auctorem remittimus. Dicit Codinus, *veſtiarium* hoc vulgo vocari ἀλλαξιμάριον, ab ἀλλάσσω, *muto*. Hinc ἄλλαξις, *mutatio*, & ἀλλαξιμάριον, quaſi dicas *mutatorium*.

Veſtibulum non eſt veſtiarium.

Αλλαξιμάριον.

Ibid. *Anaçara*. Junius, ut Arabiſmi ſpecimen edat, *Anaçara* hæc ex Arabia advocat: nam vaſa ſive çacabos, aut lebetes vocales vocari ab Arabibus *Anakara*. ejuſmodi ferme eſſe, quæ in Germania appellentur *ckeſſel tromme*. Cur non *Heerbducken*, quæ etiam in equis pulſari poſſunt & ſolent? Tympani genus inferiore parte rotundum, quo principes hoc etiam ævo uti & delectari conſueverunt.

Arabica Junii pulſabat tympana.

Anacara Heerbauken.

Num. 17. Κυρσεύειν. prædari.

Κουρσεύοντων; κουρσεύειν, eſt *prædari*, *prædas agere*. Poſſunt tamen hic per κουρσεύοντας etiam illi intelligi, qui in hoſtes extra ordinem excurſiones faciunt. Paulo poſt τὰ κουρσεύματα, ſunt *ſpolia*, *prædæ*. & infra cap. 16. n. 10. dicitur ἀπὸ τοῦ κούρσου, dari pars quinta Imperatori: Inepte Junius, *ex curſu*, verte *ex ſpoliis*. Quinta pars cedit rationibus ſeu ærario Regis. πενταμοιρία. pro quo Cod. vitio librarii παντεμοιρεία. Vide Rigalt. in Gloſſ. V. κούρσα. ubi Junium reprehendit, quod ἀπὸ τῶν κουρσευόντων, pag. 59. c. 5. n. 17. vertit, *a curſoribus*: quia vertendum erat, *ex ſpoliis*, *ex præda*. Hinc κουρσεύειν, & ut in Turcogræcia κουρσεύω, *prædari*, *populari*, ſic pag. 57. n. 26. ὑπέσπωρ τῶν κουρσευόντων, rectius redditur: *Defenſor eorum, qui extra ordinem in hoſtes procurrendo dant impetum, & ante omnes dimicant*. Curſores enim ſeu κουρσεύοντες, ſunt πρόμαχοι, οἱ προτρέχοντες τῆς παρατάξεως. ἐν τῇ συμβολῇ τοῦ πολέμου, καὶ τοῖς φεύγουσιν ἐχθροῖς ὀξέως ἐπιτιθέμενοι, ut ait in ſuis Tacticis Leo Imperator. Item curſores ſunt ἱππόδρομοι, ut idem Imperator docet: deque his loquitur Curopalata, non autem de curſoribus, quos Græci δρομεῖς, Latini proprie *Curſores* nominant. Etiam Latinis mediæ ætatis *Curſarii* ſunt prædones, & piratæ, qui terras & maria prædarum gratia perçurrunt.

Junius correctus. Spoliorum quinta pars cedit ærario regio dicta πενταμοιρία.

Qui κυρσεύοντες. Et Curſores.

De pentamœria Imperatori ex ſpoliis danda elegans extat locus in hiſtoria Joan. Cantac. nam cum de bello ab Andronico Imperatore adverſus Albanos geſto, partitiſque ſine numero ſpoliis, agit, ſic præter cætera ſcribit. ἔθους δὲ ὄντος πρότερον τῇ στρατιᾷ, ἐπειδάν, τινος κρατήσωσι λείας ἢ πλείονος, ἢ ἐλάττονος, τὴν πέμπτην μοῖραν παρέχειν ἀεὶ τῷ βασιλεῖ, τῷ μὲν ἐκεῖνον, τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ ἴσην, οἷα δὴ τῆς συμπάσης ἡγουμένῳ στρατιᾶς. τότε δὲ τοιοῦτον τὸ εἰσωθούμενον δή τις λυσιτελὲς αὐτοὺς περὶ τὰς πέμπτας μοίρας ἀλλ' ὥσπερ ἐξ ἀενάου ποταμοῦ ἐξῆν ἑκάστῳ, ὅσον ἂν βούλοιτο, ῥεύσας γνώσθαι. *Cum prius hæc conſuetudo in exercitu vigeret, ut ſi prædam aliquam vel parvam vel grandem obtinuiſſet, quintam partem præberent Imperatori, & poſt illum Magno Domeſtico partem æqualem, tamquam univerſi exercitus ductori ac moderatori: tunc nihil eorum, quæ uſitata erant, præſtiterunt; neque quiſquam de quinta parte illis moleſtus erat, ſed tamquam ex perpetuo currente fluvio hauriebat unuſquiſque quantum lubebat*. Hæc Cantacuzenus.

§. 2. Curſarii pro prædonibus accepti.

Quomodo diviſa ſpolia. *Edit. Pariſ.* pag. 207. Lex pentamoriæ non ſervata.

Ibid. Dicit Codinus Protoſtratorem ex præda capere πάντα τὰ ποικίλα, quæ appellatur φυτίλια. Quæ ſit ratio hujus nominis, nondum a viris doctis explicatum eſt: nam quod Junius *futilia* vertit, id paucorum approbatione fecit. Sunt qui ſuſpicentur legendum βικτάλια, hoc eſt, *victualia*.

Φυτίλια quid ignotum eſt.

Num. 18. Bullæ Pontificum unde dictæ. Bulla figuram habet cordis. Pueris appenſa. Sigilla litterarum dicta bullæ. Ab aurea, plumbea, cerea, dictæ litteræ.

Chryſobullæ. litteræ.

SS. Cruce firmatæ bullæ.

Chryſobullas. Græce τὰ χρυσόβουλλα, & χρυσόβουλα, *aurea bulla*, a ſigillo nomen ad integras litteras venit. Hinc etiam conſtitutiones Pontificum Romanorum *bullæ* dicuntur, & *Bullarium*, liber in quo illæ litteræ, ſeu bullæ continentur. *Bulla* proprie eſt orbiculus, ſeu ornamentum circularis formæ ſuperne clauſum, & intus cordis figuram habens. Olim pueritiæ appendebatur, tamquam amuletum contra faſcinationes. Ab hac orbiculari figura bulla translatum eſt nomen ad ſigilla, quæ litteris appenduntur; ſunt enim circularis figuræ, & quia nonnullis litteris appendebatur *aurea bulla*, quibuſdam *plumbea*, quibuſdam *cerea*, hinc factum eſt, ut ipſæ etiam litteræ ab hoc ſigillo vocarentur bullæ aureæ, vel bullæ plumbeæ, vel bullæ cereæ, nimirum χρυσόβουλλα, χρυσόβουλα, χρυσόβουλλον, & κηρόβουλλον. *Chryſobullæ* ſummam auctoritatem obtinebant, ſubſcriptæ manu Imperatoris ζωγραφικῶς *Cinnabari* (ſeu *rubrica*) quin & Cruces interdum addebant. Phranzes lib. 3. c. 4. *Imperator manu ſua eo vidente tres Cruces*

Digitized by Google

cinnabari in fronte bullæ ad confirmationem pro consuetudine exprimit, bullamque auream Legato in manus tradit.

Etiam hodie litteris, præsertim contractuum, apponi solet thecula, aliquando lignea, aliquando ex lamina, aliquando ex pura cera, in cujus medio sigillum exprimi solet. Hæc thecula æque recte vocabitur *Bulla*, ac theca illa Imperatorum Græcorum. Hinc βουλλόω *bullare*, vel generatim, *litteras signare*, sive hoc per bullam fiat, sive absque bulla: & βουλλωτήριον, *bulloterium*, sigillum, forma, in qua bullæ exprimuntur. Incertus auctor, apud Etymologum: ὥσπερ εἰς τὸ βουλλωτήριον τυπόμενος ὁ μόλυβδος τύπον ποιεῖ, καὶ εἰκόνα ἀποτελεῖ. *Sicuti plumbum in bulloterium incussum figuram reddit, & imaginem efficit.* Et sine dubio bullæ Imperatoriæ Imperatoriæ imaginem repræsentabant. §. 2. Βουλλόω, signare litteras, Bulloterium.

Ibidem Sultanos. Leunclavius in Onomastico Musulmannico. *Sultan Alem, dominus mundi. Sic appellare Turci principem suum solent; quod vocabulum significat, ut Cedrenus ait,* παντοκράτορβα, καὶ βασιλέα βασιλέων, *Imperatorem omnium, & regem regum. A Turcis jam vulgo pro domino usurpatur. & nomen hoc princeps eorum habet,* κατ' ἐξοχὴν, *ceu solus & maximus dominus.* §. 3. Sultan quid. Sultan κατ' ἐξοχὴν.

Domestici. Differt iste a Domestico mensæ, & ab aliis Domesticis: ita vocabatur παρὰ τὸ δομεστίκιον seu δομεστικεῖον, quod est res domestica, cujus iste curam gerebat, quamvis in Catalogo Officialium, supra, cap. 2. non compareat: erat ergo iste Domesticus Domesticii, de quo infra iterum Codinus cap. 7. n. 22. Num. 19. Δομεστίκιον.

Ποτῶν, *potus*, seu poculentorum, non ποδῶν, ut Junius, qui *instrumenta* vertit. sed lectio nostra confirmatur ex Codicib. Bavaricis & Lautheriano; & res per se clara est, quia non minus curandum est, ut exercitui non desit potus, quam ut non desit cibus. Num. 20. Junius correctus, cujus Stratopedarcha *instrumenta* pro *potu* exercitui subministrat.

Unum Hyperpyrum. Monetæ genus. Indocte Junius, *velum & involucrum coloris ignei.* Longe deterius Leunclavius in Legatione ad Armenios, ubi hæc Theosiani, qui Constantinopolitanus legatus fuit, verba leguntur. ἔσωσαν ὡς ἐν ὑποθέσει ὑπέρπυρα τρία, μιᾶς ὄντα φύσεως, χρυσῦ δηλονότι. ἐὰν οὖν τῶν ἓν πυραπτήσω, ἔσται πάντως τὸ πεπυραπτωμένον δύο φύσεων, λέγω δὲ πυρὸς καὶ χρυσοῦ. εἶτα ἑνώσας τοῦτο τοῖς λοιποῖς δυσὶ τοῖς μὴ πεπυραπτωμένοις, ἐρωτῶ πόσα νῦν εἰσὶ ταῦτα τὰ ὑπέρπυρα; τρία ὡς ἐρῶ, ἢ δι' ἓν φύσιν τὸ πυρὸς ἐγένοντο τέσσαρα; Quæ interpres ita vertit. *Sint tria hic velut igne potiora.* Prorsus inscite. vertendum: *Faciamus hic tria esse Hyperpyra, unius naturæ, seu materiæ, aureæ, verbi gratia. Si igitur unum ex his ignescere faciam, omnino ignitum illud duabus naturis constabit, ex igne videlicet & auro. Si deinde alia duo non ignita adjiciantur, quæro quot nunc sint hujus generis Hyperpyra?* (Interpres, *quotnam sint hæc ignita?* Male; unun enim tantummodo Hyperpyron ignitum est, ex hypothesi facta) *num tria ut antea, an propter naturam ignis facta sunt quatuor?* In eumdem errorem incidit idem interpres fol. 114. ubi τῶν ὑπερπύρων vertit: *ignis vi potiorum:* absque ullo sensu: vertendum enim, *Hyperpyrorum.* neque nomine Latino hoc monetæ genus exprimi potest. In Pandecte Turcico recte de Hyperpyris scribit Leunclavius. Sed hic tantus error detegendus fuit, ne qui in errorem inducantur. Hinc *Hyperpyrarii*, qui *Hyperpyra* tributi nomine solvunt. Vide quæ diximus tom. 3. de S. Cruce lib. 1. cap. 27. Num. 22. Junius & Leunclavius indocte vertunt *Hyperpyrum*, quod est monetæ genus. *Edit. Paris. pag.* 208. Hyperpyrarii.

Elegans locus de Hyperpyris extat apud S. Antoninum tom. 3. Histor. tit. 19. c. 8. §. 3. Agens enim de Tartarorum immanibus usurarum exactionibus ita scribit. *Miles quidam in Georgia, de quingentis Hyperpyris, a Tartaris acceptis, & per annos quinque retentis, coactus fuit eis reddere septem millia pro usuris. Quædam etiam Domina Tartarica pro quinquaginta ovibus, quas cuidam commiserat, & ille per septem annos tenuerat, petiit ab illo pro usuris illarum ovium, Hyperpyra septem millia, quæ omnia ille coactus est solvere pro usura.*

Ῥωγατόρων. *Rogatores* sunt milites stipendia merentes, a *roga*, quod est stipendium. ῥωγάω εἶν est *stipendia facere*. Accipitur etiam ῥόγα pro donativo & honorario, quod alicui non ex debito, sed ex gratia persolvitur. Svidas: ῥόγα ἡ τῶν βασιλέων ἀνάθεσις. *Roga est Imperatorum pia liberalitas & magnificentia.* Usurpant etiam Latini. Miscella historia in Tiberio II. *Duxit Anastasiam uxorem suam, & coronavit eam Augustam, & jactavit rogam multam.* Apud Baldricum in Histor. Jerosolymitana, excusant se milites Alexii Imperat. his verbis: *Nos in roga Imperatoris locati, nihil aliud, quam quod ipse imperat, facere possumus.* Sed de roga copiosius suo loco lib. 3. com. cap. 5. n. 1. & cap. 9. n. 18. Num. 24. A *Roga Rogatores*, stipendiarii. Latinis usurpata vox roga.

Ibidem, quod dicit Curopalata Codinus, *Curopalatæ* officium, quo olim fun- Curopalatæ officium.

Digitized by Google

gebatur, fuisse suo tempore incognitum, id miratur Meursius, sibique id tam longe annis dissito cognitum profitetur, idque ex Evagrio lib. 5. cap. 1. τῷ φυλακὴν τῆς αὐλῆς ἐμπεπιστευμένος, ὃ Κουροπαλάτην ἡ Ῥωμαίων λέγει φωνή. *Aulæ suæ Palatii cura ei credita erat, quod Romana lingua vocat Curopalatam.* Habet etiam aula Theodorici Gotthorum Regis, Curopalatam, ad quem extat formula lib. 7. Variarum Cassiodorii: quem ita describit, ut nihil aliud fuisse videatur, quam summus architectorum, & architectonicæ præfectus, *der oberst Baumaister*, aurea virga decorus.

Num. 29. Nil mirum si Codinus aliquid nesciit, si Mursius omnia scit.

Miratur iterum Meursius ignorantiam Codini, quod Logothetæ generalis munus incognitum fuisse scribat; fuisse enim præfectum ærarii generalis. Sed liceat Codino citra reprehensionem quædam ignorare, quandoquidem Meursius omnia scit.

Num. 32. Apocrisiarius, Magnus Hetæriarchâ, Primicerius. Et Protovestiarites habet jus Imp. negotia proponendi.

Apocrisiarius. Est hic legatus, qui alterius loco Imperatori aliquid proponit; quod tamen non nisi per Protovestiariten, & hoc absente, per Magnum Hetæriarcham; & hoc itidem absente, per Primicerium aulæ fieri poterat. Cave autem ne ob ambiguitatem Græci textus primum Protovestiariten crees. non enim hic sensus est: *primum Protovestiariten hoc posse*: sed inter omnes Protovestiariten, πρῶτον, primum ante omnes esse, cui Imperatori aliquid in parastasi proponendi jus & facultas suppetat.

§. 2. *Edit. Paris. pag.* 209. Quis Apocrisarius.

Sed ut ad Apocrisiarium vel Apocrisarium dictum a responsis revertamur: est internuncius responsum ferens, aut accipiens; & est legatus vel procurator conficiendi alicujus negotii caussa missus. In epistolis S. Gregorius Magnus, & alii Romani Pontifices *Apocrisariorum*, & *Responsalium* passim meminere. Originem habet vox ἀπὸ τῦ ἀποκρίνομαι, quod est, *responsum dare*. Hodie Reges & Principes in aula Pontificis & aliorum Regum suos habent Legatos, qui revera sunt *Apocrisarii*, responsis ferendis & accipiendis destinati. Olim Ecclesia Romana in Constantinopolitana habebat suum Apocrisiarium seu Responsalem, qui in aula Imperatoris residens, res Ecclesiæ curabat. Quo munere olim in aula Justiniani functus est ante Pontificatum S. Gregorius Magnus: & in aula Regum Franciæ perpetuus erat Apocrisiarius, id est, Responsalis negotiorum Ecclesiasticorum. Hincmarus epist. 3. cap. 13. & 14. *Quando* CONSTANTINUS *Magnus Imperator Christianus effectus propter amorem & bonorem SS. Apostolorum Petri & Pauli, quorum doctrina ac ministerio ad Christi gratiam baptismatis Sacramenti pervenit, locum & sedem suam, urbem* scilicet *Romanam, Papæ Silvestro, edicto privilegii tradidit, & sedem suam in civitate sua, quæ antea Byzantium vocabatur, nominis sui civitatem ampliando ædificavit: & sic Responsales tam Romanæ sedis, quam & aliarum præcipuarum sedium in Palatio pro Ecclesiasticis negotiis excubabant. Aliquando per Episcopos, aliquando vero per Diaconos Apostolica sedes hoc officio fungebatur. Quo officio B. Gregorius in Diaconi ordine functus fuit, & ex aliis præcipuis sedibus per Diaconos id officium exequebatur, sicut sacri Canones jubent. Et in his Cisalpinis regionibus, postquam* HLUDOVICUS *prædicationi S. Remigii ad Christum conversus, & ab ipso cum tribus millibus Francorum in vigilia S. Paschæ baptizatus extitit, per successiones Regum S. Episcopi ex suis sedibus, & tempore competenti Palatium visitantes vicissim hanc administrationem disposuerunt.*

Romanus Apocrisarius Constantinopoli moratus: Et in aula Regum Franciæ.

Constantinus Romam sancto Silvestro tradidit.

Episcopi vel Diaconi Apocrisiariorum munere functi. CLODOVÆUS.

§. 3. Apocrisarius Clerum palatii regebat. Dictus Palatii custos, vel Capellanus. Apocrisiarius, & Comes Palatii omnes causas tractabant.

Et cap. 16. *Apocrisiarius autem, quem nostrates Capellanum, vel Palatii Custodem appellant, omnem Clerum Palatii sub cura & dispositione sua regebat.* Infra c. 19. & 20. *E quibus præcipue duo, id est, Apocrisiarius, qui vocatur apud nos Capellanus, vel Palatii custos, de omnibus negotiis Ecclesiasticis, vel ministris Ecclesiæ; & Comes Palatii de omnibus secularibus causis vel judiciis suscipiendi curam instanter habebant: ut nec Ecclesiastici, nec seculares prius Domnum Regem absque eorum consultu inquietare necesse haberent, quo usque illi prævidissent, si necessitas esset, ut causa ante Regem merito venire deberet. Si vero secreta esset caussa, quam prius congrueret Regi, quam cuiquam alteri dicere, eumdem dicendi locum eidem ipsi præparavit introducto prius Rege, ut hoc juxta modum personæ vel honorabiliter, vel patienter, vel etiam misericorditer susciperet. Apocrisiarius quidem de omni Ecclesiastica religione vel ordine, nec non etiam de Canonicæ vel Monasticæ altercatione, seu quæcumque Palatium adibant pro Ecclesiasticis necessitatibus sollicitudinem haberet: & ea tantummodo de externis Regem adirent, quæ sine illo plenius definiri non potuissent.*

Apocrisiarius Ecclesiastica, Canonica, Monastica conficiebat negotia.

Num. 34. Meursius rerū Constantinopolitanarum peritior quam Codinus.

In uno Codice Boico est ἐπίγνωσον. in margine additur, ἴσως; ἀνεπίγνωσον. Quam lectionem si sequamur, iterum plura scit Meursius, quam Codinus. *Nos scimus*, inquit, *quale officium habuerit Pappias: erat enim custos Palatii*; idque probat ex Constantini Manassæ Chronico. Miserum Codinum, qui Manassen prius non legerit, quam libello isti conscribendo manus admovit.

Digitized by Google

Lego ἢ σεμνότιμον, pro τῶν χερσῶν, cum Gloſſario, facilis mendi origo fuit. Num. 39.

Myſticus eſt Senator ſecretioris conſilii, qui Germanis *Behaimer Kath*. Num. 41.

Domeſticus Scholarum. Scolæ fuerunt undecim, L. ult. Cod. de loc. & conducto, id eſt, ordines Palatinorum officiorum ad capeſſenda Imperatoris juſſa vacantium: & omnium præfectus, *Domeſticus Scholarum* in jure dicitur, ut & apud Zonaram, Cedrenum, & alios. VVolphius minus vere vertit Domeſticum legionum, in Baſilio Macedone, & Romano Lacapeno Zonaræ. Hæc Junius. De Scholis videndus Cujacius ad lib. XII. Codicis Juſtinianei. Num. 42. Scholæ undecim.

Barangi. Detortum ex Latino *Angli*, niſi malis, ex *Franci*, hos habitos eſſe pro magnæ fidei cuſtodibus, vel inde apparet, quod ad fores ipſius Imperatorii conclavis excubias agerent. *Cellæ* porro nomen adeo recentioribus Græcis arriſit, ut id etiam ad Imperatoris conclave traduxerint, ut videre eſt hic, & alibi ſæpius apud Codinum. Num. 45. Barangi cuſtodes fidiſſimi. *Edit. Pariſ. pag.* 210. Cella pro conclavi.

Stationarii milites. στρατιῶται. παρὰ τὸ παραμένειν, *a manendo*, quaſi manſionarii. Vertunt tamen docti, Stationarios, quia hæc vox aptius exprimit id, quod milites illi erant, quam dictio, *Manſionarius*. De excubiis Palatii, & urbis itidem Conſtantinopolitanæ lepidam hiſtoriam invenies apud Luitprandum Ticinenſem lib. I. rerum per Europam geſtarum, cap. 3. nu. 4. Num. 46.

Palaticia. Junius ἀπιλατίκια, & interpretatur *prælongas haſtas ſive contos, quos ſariſſas vocant Macedones*. Sed legendum πιλατίκια. Probabilius commentum fuiſſet, ſi hoc nomen ab ἀπιλαύνω deduxiſſet, quaſi haſtas abigendis hominibus, ac viæ faciendæ idoneas. Num. 47. Reſtituta lectio.

Cappas, cappaſia a *cappa* formant juniores Græci. Germanis *ein dchlappen*, pro tegmine capitis. Nec dubito vocem *cappa* pro pileo, originem ducere a Latino *caput*. Aliquando cappa affuta eſt veſti, ut apparet in veſtibus monaſticis, & toti veſti nomen indit; aliquando a veſtimento ſejuncta, inſtar communium pileorum. Num. 48.

Lorica. κλίβανα. τὸ κλίβανον, κλιβάνιον, *Clibanum, lorica*. Leo conſtitut. 6. εἰ δυνατὸν ἢ ἐν θώραξας ἔχειν οὕς τινες καλοῦσιν νῦν κλιβάνια. *Si fieri poteſt, habeant thoracas, quos nunc Clibania vocant*. Vide Rigaltium. Alexander Severus apud Lampridium: *Cataphractarios, quos Perſæ clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus, eorum armis noſtros armavimus*. Ammianus lib. 16. *Sparſique cataphracti equites, quos clibanarios dicitant Perſæ, thoracum muniti tegminibus, & limbis ferreis cincti, ut Praxitelis manu polita crederes ſimulacra, non viros*, &c. Num. 49. Clibanum pro lorica.

Cortinarii. a *Corte*, ſeu *Curte*; *ſcena, tabernaculo*, ſeu *tentorio*. hoc enim κόρτη. Etiam pro integra aula Imperatoris, aut Regis accipitur, non tantum pro ſcena ſeu tentorio. Hinc *Corteſia*, aulica urbanitas. *Corteſiſch*, aulice, urbane. In legibus Alemannicis eſt titulus: *De eo, qui in Curte Regis furtum commiſerit*. & *De eo, qui in Curte Ducis hominem occiderit*. Significat etiam villam, caſtrum, oppidum. Flodoardus: *Quidam Preſbyter de Bovonis curte: ſic enim villa vocatur*. Godefridus Monachus in Annalibus: *in quadam curti Monachorum de Evera latens*, &c. In Diplomate Ludovici: *Curtim noſtram Turegum in Ducatu Alamannico*. ubi clarum, pro *paga* vel *oppido* uſurpari. Num. 50. Κόρτη tabernaculum, aula, villa, pagus.

Sunt & κορτελίνοι. cave confundas cum Cortinariis, monet Gloſſarium; quia iſti honoratum munus obibant, illi vile. Gloſſæ Baſilicæ, κορτελίνοι, ἁπλεῖς θυρωροὶ τῶν πραιτωρίων. *Cortelini ſunt ſimplices janitores prætorii*. Obſerva Junium hic, ἀλλ' ὅμως κάτω ἵστανται, ὅμως accipere pro ὡς; dicitque τὸ ν, eſſe ineptam paragogen recentioris Græciæ; idque confirmat ex aliis duobus Codini locis, ubi putat ὅμως pro ὡς accipi. Verum nos potius credimus duobus illis locis, cap. 14. nu. 24. & cap. 17. num. 52. τὸ ν, eſſe aſſumentum inepti librarii, legendumque ὡς, non ὅμως: eo autem loco de quo hic loquimur, ὅμως recte poni, neque pro negativa particula ὡς uſurpari. Cortelini & Cortinarii differunt.

Bardariottæ. a Bardario flumine Macedoniæ, cujus meminit VVilhelmus Tyrius lib. 2. Belli ſacri cap. 13. & 14. de quibus paulo poſt plura Codinus. Num. 51.

Πανία, *panni*. extrito altero *n*, & mutato genere. Sic *Antipana*, panni oppoſiti. pro πανίον, legitur etiam πανὸν & πάνος. Ibidem σκυμίας. Italicum; & eſt proprie quod Germani vocant, *ein xauben, vitta*, certum tegumen capitis. Num. 52.

Augurotum, geſtamen capitis, ſeu pileus *Bardariotarum*, cucumeris formam præferens: nam ἀγγούριον, ἢ ἄγγουρος Græcis *cucumerum* ſignificat. Nec aſſentitur Meurſius Junio, qui ab *angariis* deducit. Num. 53. Αγγούριον, cucumis.

Digitized by Google

Num. 54. Ἀῶρος & λῶρον, *lorum* a Latino. Μαγκλάβιον, *maniclavium*, *manvalis clava*. In *Edit. Paris. pag. 211.* Cod. uno Boico, & altero Lautheriano desunt illa, ἕως βακτηρίας ἢ ῥάβδος. & clarum videtur, esse τὸ μαγκλαβίῳ declarationem; si non ab auctore, certe ab aliquo librario. Hinc μαγκλαβῖται, qui manuarias clavas ferunt.

Num. 62. Junii insciti. Σκυλλομάγγων, σκυλλόμαγγός, *mango canum*. Glossæ Latino-Græcæ: *mango*, κυνοτρόφος, Junius libentius legeret σκυλλομαγγόνων, quibus præerat ὁ φρυκτωνηγός, *Magister* seu *Princeps venatorum*. nam ut hodie, sic & olim Regibus & Principibus venatio curæ erat: Forsan nimiæ, saltem interdum: nam quando Bulgaros, Scythas, Patzinacas, Saracenos, Turcas Principes Constantinopolitani venari debebant, ipsi venabantur cervos, apros, ursos, & similia animantia: non sine ingenti impensa, quę necessario facienda erat tam in homines, quam in canes. Ubi modum minime omnium tenuit Andronicus Palæologus Junior, Imperator, de quo Gregoras sub finem suæ historiæ. *Canes & aves venaticas magno alebat numero: quibus ita erat deditus, ut si quis eum aditurus, canem aut avem offerret, facillime compos voti redderetur. Quæ omnia Cantacuzenus post ejus obitum, iis, qui petebant, distribuit, cum magnitudinem sumptuum reputaret; & rem ipsam Imperio non modo inutilem, sed etiam periculosam judicaret; nam quindecim aureorum millia Imperatorii Fisci procuratores, ultra veterem morem in eas res expensa retulerunt.*

Numerum canum & avium venaticarum Andronici expressit Phranzes lib. 1. Chronici cap. 12. *Fuit Andronicus venationis cupidissimus: alebat canes amplius mille quadringentos; aves sive accipitres supra mille quadringentos: quos qui curarent, propemodum totidem numerabantur.*

Num. 63. Divelium, Imp. vexillum a scutifero prælatum. Τὸ δίβέλλιον, *duplex*, seu *geminum velum*. Junius ubique inscienter: *divum velum*, ex Latinis *divus* & *velum*: & inscientius adhuc hujus suæ opinationis & originationis rationem reddit. Legat, quem nugæ delectant. Vocula δι, ut in aliis, ita & hic geminandi nota est. Erat hoc *Divellium*, seu *Divelium*, vexillum Imperatoris, gemino velo constans, quasi dicas *Divelium*, quod Imperatori semper a Scuterio seu Scutifero præferebatur.

Num. 70. Unde dicti Dragumeni. Dragumenos. δραγόμανοι, sive δραγομάνοι, Interpretes linguarum exoticarum, quales in Aulis magni Reges habent, ut peregrinarum gentium legationes interpretentur. Est ex Chaldaico *Thargum*, (metatheſi primarum litterarum) quod est interpretamentum; & *Metargen*, seu *Turgeman*, interpretes. δραγομανίζειν, interpretem agere. hodieque qui loca sacra Palęstinæ lustrant, suos interpretes Drusselmannos vocant.

Num. 72. Ἅρματα sunt arma, non currus, cont. Junium. Sive de armis. Ita vertendum; non ut Junius ubique, *de curribus*. quia Græcis ἅρμα, ἅρματος, & τὰ ἅρματα, *arma* sunt, ut multis exemplis docent Rigaltius & Meursius in Glossariis. Hinc ἁρμαμαξιταρεῖον, ἁρμαμαξιταρεῖκε, ἁρματώριον. *armamentarium*. ἁρμάτοι, *armati*. ἁρματώρια, *armaturæ*. ἁρματοῦν, ἁρματώνειν, *armare*. Quin & vocula ἁρμάριον, & ἁρμάρη utuntur, quod est promptuarium seu ταμιεῖον.

Num. 77. SS. Martyres Notarii, festo die honorati. Protonotarius. hic Palatinum officium significat; Ecclesiasticum vero in secunda Pentade Officialium Magnæ Ecclesiæ. Uterq; plures sub se habebat Notarios, qui olim celebrabant 25. Octobris festum SS. Martyrum Marciani, & Martyri, quos, ut ex Menæo liquet, *Notarios* appellabant. Notarii igitur duos istos Notarios, sub Constantio Ariano Imperatore pro fide Orthodoxa occisos, merito venerabantur; sicuti Medici SS. Cosmam & Damianum Medicos. Sed processu temporis superseminavit inimicus homo zizania: festo propemodum in Bacchanalia vel Lupercalia verso. *Quæ aliquando fiebant in SS. Notariorum festo a Notariis pueros docentibus, cum scenicis personis forum obeuntibus, ante aliquot annos exoleverunt, sanctissimi illius Domini Lucæ Patriarchæ decreto.* Ita Balsamon ad LXII. Canonem Trullanum. Eadem ferme invenies lib. 3. Juris Græco-Romani pag. 223. Accipe ipsa verba. *Quæ aliquando fiebant in SS. Notariorum festo a Notariis pueros docentibus, cum scenicis personis forum obeuntibus, ante aliquot annos exoleverunt, sanctissimi illius Patriarchæ Domini Lucæ decreto.* Notarii ergo pueros etiam docebant. Vix fides de Palatinis & Ecclesiasticis: quare ad alios Notarios officium pueros docendi, referendum erit.

Abusus correctus. *pag. 212.*

Num. 79. Voces a Castra deductæ. Vocabulum κάστρα, generatim hic significat *munitiones*, sive oppidi, sive Fossati. etiam κάστρον singulari numero legimus. Constantinus Them. Orient. X. κάστρον ἐστὶν ὀχυρώτατον, *est munitissimum*. καστροφύλαξ, *castrorum custos*. καστροκτίστης, *castrorum metator*. καστροκτισία, *castrorum metatio*. καστρήσιον, sive καστείσιον, *castrense*. iisdem in usu sunt, κάστελλοι, καστέλλιον; καστέλη, pro *castellis*, seu *munitionibus*, & pro

Digitized by Google

oppido. Hinc *castellani*, milites castellis impositi. καστέλλω, locum aliquem munire.

Catergon, quod est *triremis*, ut in ipso Codino exponitur, ex Arabia a Junio advocatur. Ubique nimirum sui Arabismi speciminа edit. Cur non ex κὰτ & ἔργον compositum sit? Num. 82. Arabica triremi navigat Junius.

Λογγαεικαὶ Aulæ, ait Junius esse illum, qui Gallis est *magnus Contrarotulator*, a λογαειάζειν, quod est *computare*. Num. 84.

Μεγαλοφαλογῖται. Junius interpretatur, *magnis equis utentes : magnis equis pugnantes*. Num. 85.

De Arabica origine vocabuli Blachernarum, suavissimas nugas agit Junius. Num. 91. Blachernas. Quanto rectius auctor libelli de quatuordecim regionibus urbis Constantinopolitanæ; *Blachernarum* (suburbii) *nomen a quodam eo in loco regnante, inditum fuisse ex Dionysio Byzantio Gillius autumat*. Jacebat ad littus maris, ubi etiam Leo Magnus DEIPARÆ templum exstruxit, aliud ab illo Pulcheriæ, de quo Nicephorus lib. 15. cap. 24. Arabicas struit Junius Blachernæ suburbium.

Drunga. sic lego ex MS. Codd. Junius, *drungai*, mallet tamen *drungus*. Num. 95.

Videtur legendum aut πάντων, aut πᾶσαι ὑπηρεσίαι, ut constet oratio. Certum est autem Codinum omnia officia & ministeria, quæ olim in aula Constantinopolitana erant, sed ea potissimum, quæ suo tempore vigebant, percensuisse; nam olim alia atque alia erant, ut Græcæ historiæ lectio nos docet. Apud Constantinum Porphyrogenitum lib. de administrando Imperio cap. 51. præter *Protocarabos* & alios, invenies τὸν ἐπὶ τῆς φιάλης, seu ὁ τῆς φιάλης, qui erat Judex turbæ nauticæ *Dromorum*, seu *Dromoniorum* Imperialium, jusque dicebat sedens in loco Dromonis, qui Phiala appellatur. Idem Codinus nihil scripsit de Officialibus Augustæ seu Imperatricis: & tamen, ut hoc ævo Imperatricibus & Reginis sui sunt Officiales, ita & antiquitus erant. Hinc apud modo nominatum Constantinum cap. 51. invenies ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς Αὐγούστης, *Præfectum mensæ Augustæ* seu *Imperatricis*, qui etiam erat Judex *Agrariorum* (navigii id genus) *Augustæ*. Num. 96.

Digitized by Google

JACOBI GRETSERI SOC. JESU

OBSERVATIONUM ET EMENDATIONUM IN GEORGIUM CODINUM CUROPALATAM DE OFFICIIS ET OFFICIALIBUS MAGNÆ ECCLESIÆ, Aulæque Constantinopolitanæ,

LIBER III.

OBSERVATIONES ET EXPLICATIONES in caput sextum, quod est de Feriis.

CAPUT I.

§. 1. Δεσποτικαὶ καὶ ἑορταὶ quid, & quæ.

ΕΝΤΕΥΘΕΝ αἱ ἑορταὶ, &c. In Cod. Boico, titulus hujus capitis ita habet. Τάξις γινομένη ἐν ταῖς δεσποτικαῖς ἑορταῖς. *Forma observari solita in festis Christi Domini*, nam per δεσποτικὰς ἑορτὰς intelligunt Græci non dies Dominicos, sed festa Christo Domino proprie dicata, quę sunt ista: Chæretismus, sive Annunciatio B. Virginis, Nativitas Christi, Hypapante, sive Purificatio B. Virginis, Epiphania, seu Baptisma Christi, quando a Joanne in Jordane baptizatus est, Transfiguratio Domini, Resuscitatio Lazari, Festa Palmarum, Ligni seu S. Crucis, Resurrectionis, Ascensionis, Missionis S. Spiritus, Assumptionis D. Virginis. Ubi per festum *Ligni*, seu *S. Crucis*, non tantum intelligitur Parasceve illa, qua Christus in Cruce extinctus est, sed & festum Exaltationis S. Crucis: nam & hoc numerant Græci, & ipse Codinus noster in Despoticis feriis.

Ibidem legendum videtur Χειρογραφῶν. legitur etiam disjunctim Χειρὶ γέννα.

Num. 1. Junius a Glossario notatus.

Παραμονή. hic est *vigilia*; ad verbum, quasi *expectatio festi*. Inepte Junius. *stativam feriam* vertit, idque non tantum meo, sed & Meursii judicio. Inepte ibid. εἰς τὸν ὄρθρον, vertit adverbialiter, *Matutino*: imo *ad Matutinum*, *ad Laudes Matutinas*.

Num. 2. Iconostasion quid.

Insicite Junius εἰκονοστάσιον vertit *delubrum*. *Delubrum verti*, inquit, *quasi* DEI *aut Divorum labrum*. Præclare. *Iconostasion* dicitur omne illud, in quo vel stant, vel ex quo pendent sacræ imagines, ut ex isto pendebant imagines Nativitatis Christi, aliæque tres aut quatuor. Germani vocant *ein gilder dtelle*.

Ἀναλόγιον quid.

Ibid. ἀναλόγιον. scribit etiam ἀναλογεῖον. Svidas: ἀναλογεῖον, ἐν ᾧ τίθενται τὰ βιβλία. *Analogium est, in quo ponuntur libri*. Usurpant quoque Latini. Isidori Glossæ, *Lectrum analogium, super quo legitur*. VValafridus de rebus Ecclesiast. cap. 6. *Analogium, quod in eo verbum Dei legitur, & annunciatur*. Est ejusdem mentio in Turcog. l. 2. p. 168.

Num. 4. Διβάμπυλον quid. 1. Sententia Junii.

Κρατῶν τὸ χρυσοῦν διβάμπυλον. Circa διβάμπουλον, quod Lampadarius gestat, & cujus Codinus ter meminit, hic & paulo infra nu. 7. & 31. variæ sunt sententiæ. Prima Junii, qui ubique vertit, *divini cultus ampullam*. *Non possum assentiri*, inquit Meursius, *facerem si δίβος pro* Divus *recentiores Græcos usurpasse invenirem*.

2. Sententia.

Altera sententia est, διβάμβουλον esse χηροδοχεῖον, (*ein Kergenstang*,) quod in διατάξει τῆς Ιεροδιακονίας Philothei Patriarchæ Constantinopolitani nominatur μανυάλιον, *Manuale*. ὁ ἀναγνώστης κατέχων μανυάλιον μετὰ λαμπάδος ἡμμένης. *Lector tenens manuale cum lampade accensa*. In Typico S. Sabæ reperies χηρομανυάλια, eodem prorsus significatu. Idem omnino διβάμπυλον, id nimirum, cui lampas imponebatur, & quo ferebatur. Id erat aureus contus, ut Codinus docet: in hujus enim vertice lampas insistens a lampadario portabatur. Hęc sententia mihi olim in Facula non displicebat: nunc alia mente sum; quia cur *contus*, qui accensæ lampadis fulcrum, vocetur διβάμπυλον, exputare mecum nequeo: etiam si non διβάμπυλον, sed διβάμμυλον scribamus. Adde, quod *Manuale*, & χηρομανυάλη nimis distant a *Dibampulo*.

Ter-

Digitized by Google

Tertia ſententia exſtat in eadem Turcogræcia, διβάμπυλον eſſe *thuribulum*, quam expoſitionem accepit Cruſius a Græcis inſulæ Santorinæ, quibus favere videtur tum ipſa natio, quia Græci ſunt; quos utique melius noſſe iſta oportebat, quam exteros; tum quia non ſit veriſimile *thuribulum* in his aulicis conventibus adfuiſſe: & forte ſcribendum θυάμπυλον, a θύω, immolo; unde & *thus* originem ducere videtur. 1. Sententia Cruſii.

Quarta ſententia videtur eſſe Meurſii V. Μονοβάμβυλον; qui μονοβάμπυλον, & διβάμπυλον, ab *ambulo* arceſſit, ut ſit illud quaſi ſimplex & unicum, hoc duplex ambulacrum, ſeu, ut ipſe loquitur, *ſimplex conclave Palatii ſecretius, in quo congregabatur Clerus Patriarcham novum electurus*. *Codinus ejus meminit*, ὁ δὲ πρὸς ὀσιάριος, χαρτῷ τὸ μονοβάμβυλον. *Ante hoc erat aliud, in quod promiſcue conveniebant omnes, qui cuperent ſtatim ſcire, quem Clerus Patriarcham creaſſet: & illud* διβάμβυλον *dicebatur. Invenio ejus mentionem apud Phranzem*, lib. 3. c. 19. *Secundum hæc Patriarcha cum lampadibus ad dibambula, ſive atrium deſcendebat, paratumque inveniens equum aſcendebat*. 4. Sententia.

Sed quid de *Monobambylo* ſentiendum ſit, jam lib. 1. * expoſui, expungi nimirum debet, inque ejus locum ſubſtitui, μονάμπυλον, ſive μοναμπυλλον; & notio *atrii*, ſeu *ambulacri*, his duobus Codini locis nu. 4. & 7. nullo modo applicari poteſt: nam Lampadarius dicitur φέρειν, *manibus ferre*, cum accenſa lampade διβάμπουλον. An conclave vel atrium manibus geſtare potuit? Adde hæc de conclavi exteriore & interiore eſſe figmenta Junii, quamquam ipſe διβάμπουλον numquam ad exterius conclave retulit, neque etiam in ſuo *Monobambylo* ad τὸ *ambulacrum*, vel *ambulare*, ſed ad τὸ βαμβάλειν reſpexit. Accedit, apud Phranzem non legi διβάμπουλον, ſed *Diababula*. At Meurſius corrigit διβάμπουλα. quo Codice fretus? Si quid corrigendum ſit, potius, & vero propius correxerim διπάτουλα, hoc eſt, ad loca patentia: uno verbo, ad atrium, ſeu ad διβατα, *Tranſitus*. * cap. 10. n. 3. Reſtituita proba lectio. Refutantur abſurda.

Quinta ſententia eſt ejuſdem Meurſii, qui & hic, & in Catalogo Officialium Magnæ Eccleſiæ μονοβάμβυλον, & διβάμβυλον, a *velo* reſcribendum cenſet, quaſi ille ſimplex velum, hic duplex in cuſtodia ſua habuerit, *Velarii* utique, qui nunc a *januis Janitores*; nam ſub velis olim res gerebatur. Cæterum MS. Codd. imprimis repugnant, quorum nullus iſtam ſcripturam nobis exhibet. Deinde lampadarius tenens διβάμπουλον cum lampade accenſa, διβάμπουλον in manu portabat, non erat ergo velum, a quo *velarii* & *cuſtodes veli* nomen ſortiti ſunt. Nec juvat hanc opinionem Anaſtaſius in Sylverio, aut collatio cum Donatiſtis apud S. Auguſtinum: nihil enim aliud oſtendunt, quam ſub velo res olim diſceptatas fuiſſe, ſive uno, ſive duobus: extra quod velum partes expectabant. *Pro velo ſunt utriuſque partis Epiſcopi*, inquit Collatio, *ſi jubet ſublimitas tua, intromittentur*. Sic B. Sylverius *ad primum & ſecundum velum retinuit omnem Clerum*. Quid hæc ad lampadarium noſtrum, cui τῷ διβαμπύλῳ cura commiſſa erat? 5. Sententia refutatur. Occurritur objectioni de *Velis*. §. 7.

Sexta ſententia eſt διβάμπουλον eſſe duplicem ampullam, & μονάμπουλον ſimplicem ampullam, hanc tenuiſſe in Clericorum Ordinationibus & initiationibus ſecundum Oſtiarium, de quo in ſexta Pentade Officialium Magnæ Eccleſiæ; illam tenuiſſe lampadarium in ſolemnitatibus, quas Codinus deſcribit: ita etiam ipſe Meurſius V. διβάμπουλον. Sed quid in his ampullis? In monampulo non dubito fuiſſe Chriſma, quo qui ſacerdotio initiantur, inunguntur. In Dibampulo autem fuiſſe ſacrum oleum & chriſma, ut Imperator unctionis ſuæ tam in baptiſmo, quam in Imperatoria inauguratione ſemper memor eſſet. His forte lucem dabit, tametſi exilem, citatus a Meurſio Anſegiſus lib. 1. c. 162. *Presbyter in cœna Domini duas ampullas ſecum deferat, unam ad chriſma, alteram ad oleum, ad Catechumenos inungendos, vel infirmos*. Fecerunt ergo Græci, ut alia multa, ſic & *ampullæ* nomen ſuum in *Monampulo* & *Dibampulo*, ſeu geminato λ, *Dibampullo*; a quo vox etiam Germanica *Ampel*, quaſi *ampulla* deſcendit. Et hanc ſententiam ego præ aliis probo & amplector; licet Balſamon in Melete ſeu Exercitatione ſua nihil de *Dibampulo* Imperatori a lampadario preferri ſolito, ſed tantum de lampade ſcribat. Nec quemquam turbet illud β, etſi enim ſola vocula δι duplicat, ut *bigarius*; hic tamen ob vocalem ſequentem, β interjicitur, euphoniæ cauſſa. Sexta & vera ſententia. διβαμπυλον eſſe ampullam duplicem. *Edit. Pariſ. pag.* 215. Hæ ampullæ ſacrum Chriſma & oleum ſervabant.

Μάϛωρ. Clara origo a Latino *Magiſter*. Num. 4. Num. 7.

Cujus Lampadis, &c. Extat Theodori Balſamonis Melete ſeu diſceptatio de hoc more Imperatori præferendi lampadem; ut & Imperatrici, & quinque Patriarchis, Romano, Conſtantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hie- Mos Imperatori lampadem præferendi, & Patriarchis.

Cur Imp. præfata lampas duplici cincta corona.

rosolymitano. Ait Imperatori duplicem ob causſam præferri lampadem; tum quia humana, tum quia divina curat; tamque ea, quæ ad corpus, quam ea, quę ad animam pertinent: (hujus enim geminæ potestatis concessione blandiebantur recentiores Græci suis Imperatoribus) eaque de causſa lampades Imperatoris duplicibus aureis coronis cinctas esse; Patriarcharum vero lampades, ut & Imperatricis, una tantum: eo quod Patriarchæ spiritualium tantummodo curam habeant, mulieres temporalia duntaxat spectent, quippe quibus in Ecclesia docere interdictum sit.

Patriarcharum & Imperatricis lampades una corona cinctæ.

στεφανώματα. θριγγώματα.

Videntur autem hæc aurea vel argentea στεφανώματα, ut Balsamon vocat, & θριγγώματα, coronæ in morem lampadi fuisse imposita: vel certe, quod θριγγώματος nomen potius suadet, ipsi lampadi cancellorum seu sepimenti instar circumposita. Addit Balsamon hoc idem φορόμιον, seu privilegium procedendi cum lampade, concessum fuisse Archiepiscopo Bulgariæ, & Cypri, & paucis quibusdam Metropolitanis, & præter hos nulli, & Patriarchas non modo in sua diœcesi, sed & extra lampade illustres progredi posse, quod multis ipse adversus oblocutores quosdam confirmat, quem legat qui volet, lib. 7. Juris Græco-Romani.

Aliis datum privilegium præferendi lampadem.

Num. 13. Mos frequens polychronion acclamandi.

Mos iste accinendi Imperatoribus τὸ πολυχρόνιον, & acclamandi εἰς πολλὰ ἔτη, Græcis valde frequens fuit, ut sæpius posthac ex Codino intelligemus, quem eleganter describit Corripus, dum quomodo Justino Juniori τὸ πολυχρόνιον acclamatum sit, his versibus explicat, lib. 1. de laudibus Justini.

Excubiæ primum, quæ summa Palatia servant,
Imperium felix dominis intrantibus optant,
Et cunctos aditus armato milite vallant.

Et ibid..... *Hic vulgus amore*
Undique conveniens, lætarum more volucrum,
Tu vincas, Justine, canunt: ingensque tumultus
Crescit.

Justino Juniori acclamatum.

Lib. 2. *Intonuit patrum subitus fragor, inde clientum*
Clamores crescunt, clamoribus adsonat æquor.
Laudibus innumeris regnantum nomina tollunt.
Justino vitam tercentum vocibus optant;
Augustæ totidem Sophiæ plebs tota reclamat.
Mille canunt laudes, vocum discrimina mille:
Justinum Sophiamque pares, duo lumina mundi
Esse ferunt: Regnate pares in secula, dicunt.
Felices annos dominis felicibus orant.
Insonuit vox illa diu, tandemque quievit.

Edit. Paris. pag. 216.

Ibid. *Ingens lætitiæ sonuit fragor, aurea plebes*
Tempora principibus centenis vocibus optant.
Justino vitam partes utræque reclamant,
Augustæ Sophiæ votis quam pluribus orant.
Excutiunt plausus, studiorum gaudia surgunt:
Alterniſque sibi respondent agmina dictis.

* Loc. mend.

*Emittunt dextras * paribusque remittunt, &c.*
Disponunt cantus, modulos & cantibus addunt.
Nunc simul erectis, pronis nunc ardua membris
Dant capita.

§. 2. Nicephori Phocæ acclamationes ridet Luitprandus.

Nicephoro Phocæ factas acclamationes suaviter admodum irridet Luitprandus in Legatione sua Constantinopolitana: loquens enim de processione Phocæ ex Palatio ad sanctam Sophiam, sic infit: *Cumque quasi reptans monstrum illud procederet, clamabant adulatores Psaltæ: Ecce venit stella matutina, surgit Eous, reverberat obtutus solis radios; pallida Saracenorum mors, Nicephorus* μέδων, *id est, Princeps: Unde & cantabatur:* μέδοντι, *id est, Principi Nicephoro,* πολλὰ ἔτη, *id est, plures anni sunt. Gentes hunc adorate, hunc colite, huic tanto colla subdite. Quando tunc verius canerent: Carbo extincte veni;* μέλε, *anus incessu, Sylvanus vultu, rustice, lustrivage, capripes, cornute, bimembris, setiger, indocilis, agrestis, barbare, dure, rebellis Cappadox. Igitur falsidicis illis inflatus næniis S. Sophiam ingreditur, Dominis suis Imp. se a longe sequentibus, & in pacis osculo ad terram usue adorantibus.*

Parum ex animo factæ acclamationes.

Multi profecto in his acclamationibus πολλὰ ἔτη apprecabantur, quibus ni-

Digitized by Google

hil jucundius accidere potuiſſet, quam ſi Imperator illo ipſo die, quin & illo momento, repentina morte extinctus fuiſſet.

Acclamandi mos vetus eſt, manavitque ex theatris in fora; deinde etiam in Senatum; hinc ad Chriſtianorum Synodos. Exemplum acclamationis factæ a Senatu Marco Antonino commemorat Vulcatius in Avidio Caſſio. *Antonine Pie, dii te ſervent. Antonine clemens, dii te ſervent. Tu noluiſti quod licebat; nos fecimus, quod decebat. Commodo Imperium juſtum rogamus, progeniem tuam robora. Fac ſecuri ſint liberi tui; bonum Imperium nulla vis lædit. Commodo Antonino tribunitiam poteſtatem rogamus; præſentiam tuam rogamus, Philoſophiæ tuæ, patientiæ tuæ, doctrinæ tuæ, nobilitati tuæ, innocentiæ tuæ. Vincis inimicos, hoſtes exſuperas: dii te tuentur.*

Acclamandi mos vetus & progreſſus. A Senatu factę Antonino.

Synodicæ acclamationis en tibi exemplum ex Oecumenica Synodo Chalcedonenſi, Act. 7. ubi Marciano Imperatori, & Pulcheriæ Imperatrici acclamant Patres, *Marciano novo Conſtantino, novo Paulo, novo David multos annos. Vos eſtis pax orbis, Pie Domine. Dominus vitam ei conſervet. Vos fides noſtra. Chriſtus, quem honoras, ipſe te cuſtodiet. Orthodoxam fidem tu roboraſti. Sicut Apoſtolici, ita creditis. Auguſtæ multos annos. Vos lumina Orthodoxæ fidei. Propter hæc ubique pax eſt. Lumina pacis, Domine, tu cuſtodi. Luminaria mundi, Domine, tu cuſtodi. Perpetua memoria, novo Conſtantino: Quæ ex genere Orthodoxa eſt, Deus eam cuſtodiat. Cuſtodem fidei Deus cuſtodiat. Eam, quæ ſemper pia eſt, Deus cuſtodiat. Pia, Orthodoxa, quæ contraria eſt hæreticis, Deus eam cuſtodiat. Omnes hæreticos tu fugaſti. Neſtorium & Eutychen tu perſecutas es. Abſit invidia a veſtro Imperio. Fideles Imperatores ſic honorantur. Deus cuſtodiat poteſtatem veſtram, Deus pacificet Imperium veſtrum. Marcianus novus Conſtantinus. Pulcheria nova Helena: Zelum Helenæ tu ſectaris. Veſtra vita munimen cunctorum eſt: veſtra fides, Eccleſiarum gloria eſt.*

§. 3. Synodicæ acclamationes, Marciano & Pulcheriæ factæ.

Edit. Pariſ. pag. 217.

Similibus Epiphonematis perſonat tota Synodus Conſtantinopolitana, ſub Mena Patriarcha, & Juſtiniano Imperatore. Quin & in electionibus uſus erat ἐπιβοημάτων. In Actis ordinationis Eradii, cum illum S. Auguſtinus jam ſenex apud Clerum & populum ſucceſſorem ſibi dixit, poſt iſta Auguſtini verba: *Presbyterum Eradium mihi ſucceſſorem volo*, ſequuntur iſta: *A populo acclamatum eſt, Deo gratias, Chriſto laudes*: dictum eſt vicies ter: *Exaudi Chriſte, Auguſtino vita*: dictum eſt ſexies decies. *Te patrem, te Epiſcopum*: dictum eſt octies. *cumque reticeretur, Auguſtinus Epiſcopus dixit, Non opus eſt, &c.* mox: *a notariis Eccleſiæ, ſicut cernitis, excipiuntur quæ dicimus, excipiuntur quæ dicitis: & meus ſermo, & veſtræ acclamationes in terram non cadunt. Apertius ut dicam, Eccleſiaſtica nunc geſta conficimus. ſic enim hoc eſſe quantum ad homines confirmatum volo. A populo acclamatum eſt trigeſies ſexies, Deo gratias, Chriſto laudes. Exaudi Chriſte: Auguſtino vita*: dictum eſt tredecies. & ſub finem: *Hic mihi reſponſione veſtra opus eſt: teneam reſponſionem veſtram, de hac aſſertione aliquid acclamate. A populo acclamatum, Fiat, fiat*: dictum vicies quinquies. *Dignum eſt, juſtum eſt*, dictum vicies octies: *Fiat, fiat*: dictum quater decies. *Olim dignus, olim meritus*: dictum vicies quinquies. *Judicio tuo gratias agimus*, dictum tredecies, *Exaudi Chriſte, Eradium conſerva*: dictum octies decies.

§. 4. Synodus Conſtantinop.

In ordinatione Eradii S. Auguſtino acclamatum, & Eradio.

Vides hic eamdem acclamationem iteratam fuiſſe, non tantum ſemel, ſed & ſæpius, imo ſæpiſſime.

En quid Senatus in Claudium, cum Imperator renunciatus eſſet apud Trebellium. *Auguſte Claudi, dii te nobis præſtent*, (dictum ſexagies) *Claudi Auguſte, principem te, aut qualis tu es, ſemper optavimus.* (dictum quadragies) *Claudi Auguſte te Reſpubl. requirebat*, (dictum quadragies) *Claudi Auguſte, tu frater, tu pater, tu amicus, tu bonus Senator, tu vere princeps*, (dictum octavies) *Claudi Auguſte, tu nos ab Aureolo vindica*, (dictum quinquies) *Claudi Auguſte, tu nos a Palmyrenis vindica*, (dictum quinquies) *Claudi Auguſte, tu nos a Zenobia & a Victoria libera*, (dictum ſepties) *Claudi Auguſte, Tetricus nihil fuit*, (dictum ſepties.)

§. 6. Claudio Imp. acclamat Senatus.

Nec bonis tantum bona, ſed & mala malis in hujusmodi acclamationibus apprecabantur, vel quaſi jure ſuo efflagitabant. Illuſtre hujus rei exemplum ſuppeditat Ælius Lampridius, apud quem habes acclamationes Senatus in occiſum Commodum Imp. *Hoſti patriæ honores detrahantur, parricidæ honores detrahantur, parricida trahatur. Hoſtis patriæ, parricida gladiator in ſpoliario lanietur. Hoſtis deorum, carnifex Senatus: hoſtis deorum, parricida Senatus. Hoſtis deorum, hoſtis Senatus. gladiatorem in ſpoliario. Qui Senatum occidit, in ſpoliario ponatur. Qui Senatum occidit, unco trahatur. Qui innocentes occidit, unco trahatur: hoſtis, parricida, vere, ſevere. Qui ſan-*

§. 5. Imprecationum & execrationum exempla. Commodo decreta extrema dedecora.

Digitized by Google

Fides Prætorianorum laudata.

Delatorum supplicia.

Edit. Paris. pag. 218.

Commodi flagitia.

guini ſuo non pepercit, unco trabatur. Qui te occiſurus fuit, unco trabatur. Nobiſcum timuiſti, nobiſcum periclitatus es. Ut ſalvi ſimus, Jupiter optime maxime, ſerva nobis Pertinacem. Fidei prætorianorum feliciter; prætoriis cohortibus feliciter: exercitibus Romanis feliciter: pietati Senatus feliciter. Parricida trabatur. Rogamus Auguſte, parricida trabatur. Hoc rogamus, parricida trabatur. Exaudi Cæſar. Delatores ad Leonem, exaudi Cæſar. Delatores ad leonem, exaudi Cæſar. Speratum ad leonem. Victoriæ populi Romani feliciter: fidei militum feliciter: fidei prætorianorum feliciter: cohortibus prætoriis feliciter. Hoſtis ſtatuas undique, parricidæ ſtatuas undique, gladiatoris & parricidæ ſtatuæ detrabantur: necator civium trabatur, parricida civium trabatur. gladiatoris ſtatuæ detrabantur. Te ſalvo, ſalvi & ſecuri ſumus, vere, vere: modo digne, modo vere, modo libere. Nunc ſecuri ſumus, delatoribus metum. Ut ſecuri ſimus, delatoribus metum: ut ſalvi ſimus, delatores de Senatu. Delatoribus fuſtem te ſalvo. delatores ad leonem te imperante. delatoribus fuſtem. Parricidæ gladiatoris memoria aboleatur, parricidæ gladiatoris ſtatuæ detrabantur. Impuri gladiatoris memoria aboleatur; gladiatorem in ſpoliario. Exaudi Cæſar. carnifex unco trabatur. carnifex Senatus, more majorum, unco trabatur. Sævio Domitiano, impurior Nerone, ſic fecit, ſic patiatur. Memoriæ innocentium ſerventur, honores innocentium reſtituas. Rogamus, parricidæ cadaver unco trahatur, gladiatoris cadaver unco trahatur, gladiatoris cadaver in ſpoliario ponatur. Perroga, perroga, omnes cenſemus unco trabendum. Qui omnes occidit unco trahatur. Qui omnem ætatem occidit, unco trahatur. Qui utrumque ſexum occidit, unco trahatur. Qui ſanguini ſuo non perpecit, unco trahatur. Qui templa ſpoliavit, unco trahatur. Qui teſtamenta delevit, unco trahatur. Qui vivos ſpoliavit, unco trahatur. Servis ſervivimus. Qui pretia vitæ exegit, unco trahatur. Qui pretia vitæ exigit, & fidem non ſervavit, unco trahatur. Qui Senatum vendidit, unco trahatur. Qui filiis abſtulit hereditatem, unco trahatur. Indices de Senatu, delatores de Senatu: ſervorum ſubornatores de Senatu: & tu nobiſcum timuiſti, omnia ſcis, bonos & malos noſti: omnia ſcis, omnia emenda. pro te timuimus. O nos felices te viro imperante. De parricida refer, refer, perroga, præſentiam tuam rogamus. Innocentes, ſepulti non ſunt. Parricidæ cadaver trahatur. Parricida ſepultos eruit, parricidæ cadaver trahatur.

§. 7. Execrationes Synodi in Petrum, Zoaram & Severum hæreticos,

Similis ferme eſt illa ἐπιφώνησις, quæ in Synodo ſub Mena Actione IV. legitur. *Multi anni Imperatoris. multi anni Patriarchæ. Petrum, Zoaram, & Severum modo anathematiza. Orthodoxum Imperatorem habes, quid times? Eos qui parabaptizant, ejice foras. Et cum monachi Hieroſolymorum porrexerunt chartam; univerſi clamaverunt: Multi anni Patriarchæ. Libellum Monachorum modo ſuſcipe. Libellus modo legatur. Eos qui per domum baptizant, ejice foras. Speluncam Zoaræ modo torqueas. Multi anni Patriarchæ. Parabaptiſtam modo anathematiza. Chriſtiani Imperatoris multi anni. Orthodoxi Imperatoris multi anni. Speluncæ hæreticorum modo ardent. Vincit fides Imperatoris. Orthodoxus regnat, quid times? Petrus quare habet monaſteria? Omnes hæreticos ibi habet. Severum, Petrum, & Zoaram modo anathematiza. Trinitas tres anathematizat. Anathema Severus, Petrus, & Zoaras. Severum Manichæum modo anathematiza. Vincit fides Chriſtianorum. Multi anni Patriarchæ. Inimicos Chriſti modo anathematiza. Hæreticos modo anathematiza. Anathematizatos modo anathematiza. Vincit fides Chriſtianorum.*

§. 8.

Et Act. 5. quæ antea in vulgatis editionibus ſolebat eſſe prima, extat longiſſima acclamatio, qua partim bona Anguſtis, & Patriarchæ, partim mala hæreticis populus imprecatur. *Multi ſint anni Imperatoris. Multi anni Auguſtæ, &c. Severum Manichæum ejice, &c. Effodiantur oſſa Manichæorum, &c. Severus Manichæus eſt. Ejice foras Severum. novum Judam ejice foras. Inſidiatorem Trinitatis ejice foras, &c. Exhumentur oſſa Neſtorianorum. Exhumentur oſſa Eutychianiſtarum. Quis eſt Neſtorianus? ego neſcio; Anathema ſit ipſe a Trinitate, &c. Manichæos de Eccleſia ejice. Duos Stephanos de Eccleſia ejice.* Paulo poſt in eadem ſeſſione ſequuntur plura hujus generis epiphonemata.

Oſſa Manichæorum, Neſtorianorum, Eutychianiſtarum exhumanda.

Acclamatum concionatoribus.

Acclamabant etiam concionatoribus; cujus moris exempla invenies apud S. Auguſtinum lib. 4. de doctrina Chriſtiana cap. 26. & ſæpe in Homiliis. Hactenus de iſta conſuetudine.

Num. 14.

Protapoſtolarius. Vides & hinc nomen Græcanicæ ambitionis, quod inter illos, qui Apoſtolum Paulum publice legebant, hoc eſt, inter Apoſtolarios, voluerunt habere Protapoſtolarium.

Poſt hunc Liturgia perficitur. Habent hunc morem Græci, ut in Quadrage-

Digitized by Google

sima, diebus jejunii, & in vigiliis Liturgiam seu Missam celebrent a meridie : & ut hinc apparet, post vesperas. In Paschate Liturgia fit ante solis exortum. Aliis diebus hora tertia, tamquam consueta, ut docet Gabriel Philadelphiensis Episcopus in suo de sacramentis libello.

Num. 16. Liturgia post vesperas celebrata, ante solem ortum, ordinarie hora tertia.

Crinonia. Hoc Imperatoris tegmen videtur a specie lilii *crinonia* nomen invenisse, ut & illud *Tetraphyllum* a quatuor foliis. Utriusque meminit Glossarium, sed nudis solisque verbis Codini, nulla explicatione adhibita.

Num. 18. *Edit. Paris. pag.* 219.

Flammula. Dicitur τὸ *flammulum*, & τὰ *flammula* : aliquando simplici μ, interdum geminato. dicitur etiam *flamula*, *flamulæ*, genere fœminino. Vegetius lib. 3. cap. 5. *Aquilæ*, *dracones*, *vexilla*, *flammulæ*, *tufæ*, *seu tuphæ*. Merito autem reprehendit Clariss. Lipsius lib. 4. de Militia Romana illos, qui apud Vegetium *flamulas* mutant in flameola; *o male*, inquit, *abstineant*. Et merito monet, ut abstineant; qui recte itidem castigat interpretem Cedreni, hæc verba Græca, τὸν τῆς εἰρήνης ἔγγραφον χάρτλω ἐπὶ φλαμμουλίου κρεμάσαντες. his Latinis interpretantem, *Tabulis pacis de conto suspensis*. quasi φλαμούλιον sit *contus*. Rectissime Lipsius : *Chartam conscriptam*, *pacis testem*, *super flammula suspendentes*. Nec recte Junius φλάμουλον interpretatur *Labarum:* quia Labarum unum erat; at φλάμουλα etiam βασιλικά, & Imperatoria, plura; nimirum duodecim: & domi quoque non tantum in bello præferebantur; ut docet Curopalata, cap. 6. num. 25. Forte vetus illud Labarum apud posteriores Græcos desierat : sin minus, διβέλλιον potius Labaro respondere dicerem: hoc enim unicum erat, ante omnes flamulas, ut ib. n. 26. dicitur.

Num. 19. Flammula non sunt flameola.

A Clariss. Lipsio interpres Cedreni correctus.

Junii Labarum rejectum, & cur.

Διβέλλιον unicum erat. & fors vice labari.

Nec omittendum illud Svidæ : σαυρίων εἶδος σημαίας ἢ φλαμύλου. *Saurion genus signi seu flammulæ*. Quid tamen *Saurion*, ignoro, inquit Clariss. Lipsius. Sed quid si legeretur σαυρίων? certe unum ex flamulis Imperatoris, σαυρὸς erat, hoc est Crux, ut supra dictum ex Curopalata*. Ut igitur a Dracone flamulum quoddam dicitur, apud Curopalat. δρακοντεῖον; sic apud Svidam videtur, a Stauro seu Cruce vocari *Staurion* illud, quod a Curopalata *Staurus* seu *Crux* appellatur.

Conjectura de σαυρίων, seu de flamulo, quod Crux dictum.

* c. 6. n. 4.

Φλάμπυρον quoque invenias, apud Moschopulum: apud Cedrenum * pag. 363. φλαμύλιον apud Leonem in Tacticis constitut. 5. φλαμουλίσκιον in Pandecte Turcico, *Flambarum* & *flambulum*; quæ & hodie Græcis usitata: idemque omnia hæc vocabula, etsi diverse scribi solita, significant, nempe vexillum, seu, ut interpretatur Nicetas apud Rigaltium in Glossario, *signum militare* : nec tamen militiæ solum, sed & domi Imperatori, & principibus Palatii præferri consuetum, quod planum ex Curopal. cap. 6. nu. 19. & 26. & 29. Imo domi plura præferebantur, nimirum duodecim: ἐκτὸς δὲ ὁπόταν στρατεύει ὁ βασιλεὺς, κατ' ἀναλογίαν τῆς ποσότητος τῆς αὐτοῦ σωματάξεως ἔχει τὸ φλάμουλον ἓν τυχὸν ἢ δύο. *In bello unum tantum aut duo flammula habet pro magnitudine exercitus*. Qui flammulum gestat, Græcis est *Flamularis*, se *Flambular*. Pandect. Turc. cap. 174. & Vet. Gloss. apud Rigal. φλαμουλάριοι. In Turcogr. pag. 161. φλαμπελάριοι, *vexilliferi*. pag. 201. Flamboler, *signum* seu *vexillum*. Transiit flamula ex Latio ad Græcos, qui illud varie, ut solent, immutarunt.

* Pag. 441. Edit. Reg. Φλάμπυρον, φλαμμύλιον, φλαμμυλίσκιον, &c. significant signum militare Imper. prælatum domi bellique.

Flamularis qui gestat flamulū.

Flagitiose prorsus Junius in interpretatione & explicatione eorum, quæ hic de flamulis scribuntur, versatus est. id ut videas, en tibi Junii verba. *Ea* (flamula) *sunt hæc*. *Primum fert Archistrategus: Princeps sacrorum secundum, habent imagines divinas multas : Aliud tertius, habens imagines sanctorum quatuor Magnorum Martyrum, Demetrii, Procopii, & Theodori. Aliud, qui fert, Sanctum Georgium equitem, aliud draconteum, & aliud habens equestrem Imperatoris statuam*. Perperam prorsus. vertendum enim, ut ipsa verba, & mens Curopalatæ postulant, hunc in modum: *Ea autem* (flamula) *sunt hæc*. *Primum Archistrategus: alterum vero* (flamulum) *multas habens sacras & divinas imagines Pontificum & Ecclesiæ præsulum; Aliud, Crux, habens* (legendum enim ex Cod. MS. Doctoris Georgii Lautherii, ἄλλο, σαυρὸς ἔχων) *imagines Sanctorum quatuor Magnorum Martyrum, Demetrii, Procopii, & utriusque Theodori*. (legendum enim in plurali Θεοδώρων, ut habent manuscripti Codices) *Aliud habens* (ἔχον) *S. Georgium equitem. aliud, draconteum, & aliud habens equestrem Imperatoris statuam*.

Num. 21. Flagitiosa Junii explicatio.

Vera lectio & versio restituta & probata.

Hanc esse veram interpretationem, quivis vel paululum mentem advertens fatebitur: nam primum Curopalata enumerare volens, quænam sint illa flammula, ait; *sunt autem hæc*: postea singula percenset. *primum*, inquit, *est Archistrategus*; non *fert Archistrategus*. Neque enim Curopalata habet istud, *fert*: sed, *primum est*, seu dicitur, *Archistrategus*; a D. Michaelis imagine, quæ in illo flammu-

pag. 220. §. 2. Archistrategus seu primum flamulum est D. Michael.

Digitized by Google

lo expressa & efficta. Hinc Archangelus toti flammulo nomen dedit, ut diceretur *Archistrategus*. Nam S. Michael Archistrategus a Græcis appellatur, quasi Princeps cælestis militiæ. Ita vocatur I. ab Emanuele Imperatore Constit. de Feriis. *Feriamur*, inquit, *sexta Septembris*, ὅτι ἐν αὐτῇ τὸ ἐν Χώναις τῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ θαῦμα πρατουργεῖται. *quia illa die commemoratio agitur miraculi, quod a Michaele Archistratego Chonis patratum est*. II. a Cedreno in Imperio Basilii Macedonis: ἀνεκαίνισε δὲ τὸν μέγαν τῦ ἀρχιστρατήγου ναὸν τὸν ἐν Σωσθενίῳ. III. a Niceta Choniate l. 3. de Imperio Isaaci Angeli: ἐπισκοδάσαι δὲ βουληθεὶς, ϗ τὸν ἐν τῷ ἀνάπλῳ νεὼν τῦ ἀρχιστρατήγου τῇ ἄνω τάξεων Μιχαὴλ. Eod. lib. εἰς τὸν περιώνυμον νεὼν ἀρχιστρατήγου τῶν θείων ϗ ἀύλων Μιχαὴλ. Idem lib. 7. de Imperio Manuelis. Denique eodem Archistrategi nomine afficiunt S. Michaelem Græci, qui encomia in eum scripserunt, & miracula ab eo patrata litteris consignarunt.

Probatur 1.

Probatur 2.

Probatur 3.

Græcis S. Michael est Archistrategus.

§. 3. Deinde cum signa & vexilla, quæ Curopalata commemorat, imaginibus cælitus exornata fuerint, omnino oporter, ut & primum effigie aliqua fuerit insignitum; at alia insignitum non fuit, quam τῦ ἀρχιστρατήγου militiæ cælestis. Tertio, Archistrategus non erat officium, vel nomen officii aulici, vel militaris; alioquin omissum non fuisset hoc munus a Curopalata in catalogo. Quare vana est illa Calviniani nota: ὁ ἀρχιστράτηγος, *puta, quisquis est per illud tempus*. At nullus est Archistrategus apud Curopalatam, nisi Michael Archangelus.

Nullus Archistrategus Calvinianus.

§. 4. Nec minus errat Junius, cum illud ἱεραρχῶν vult idem esse, quod, *Princeps sacrorum*; quasi scilicet Princeps sacrorum ferat illud vexillum. Nugæ. Nam ἱεραρχῶν est patrius casus numeri multitudinis a recto ἱεράρχης, quæ vox Præsulem, Episcopum seu Pontificem denotat; Νικολάῳ τῷ περιωνύμῳ ἐν ἱεράρχαις τὸν πειραλλῆνον ναὸν, inquit Cedren. in Imperio Basilii. Ergo *Hierarcha*, Constantinopolitanus erat Patriarcha ejusdem urbis, quem Imperatori flamulum, seu vexillum præportasse, quis credat, nisi aliunde id Junius probet?

Alius Junii error.

Illud Θεοδώρων est utriusque Theodori Martyris, Ducis & Tironis. prioris festum agunt Græci 8. Junii, posterioris, 17. Febr. Et in hunc Tironem exstat S. Gregorii Nyssæni pulcherrima oratio.

His Imperatoriis flammulis seu vexillis propter cognationem nominis adde vexillum S. Dionysii, Gallice *Oriflambe* dictum, quod Reges Galliæ summa religione secum in expeditiones educebant. de quo vide gesta Ludovici Francorum Regis fol. 138. 144. & Rigordum de gestis Philippi Augusti Regis fol. 186. edit. Pithœi.

Non possum hoc loco tacitus præterire, Nicephoro Gregoræ lib. 7. sinistrum & abjectum judicium de Marchionibus Latinis, quos ait *non esse claros apud Latinis, sed eum dignitatis gradum tenere, quem apud Romanos* (Constantinopolitanos) *tenet ὁ τὴν βασιλικὴν σημαίαν ἐν στρατοπέδοις κατέχων, qui vexillum Imperatorum in exercitu gestat*: Et Marchioni *perpetuo munus hoc attributum esse, ut novo Imperatori vexillum præferat*. Scilicet Marchio Montisferrati, Misniæ, Brandeburgicus, & similes apud Latinos majoris dignitatis non erant, quam Lampadarius, aut is, qui divelium, aut flammula Imperatoria apud Græcos Imperatori præportabat: nec Marchiones, seu, ut Græci appellant, *Marcesii*, nomen hoc habent a *vexillo* seu *bando*, seu a limitibus tuendis. *Marck* enim Germanis limes est. Nam finibus defendendis præfecti erant, qui temporis progressu ad amplissimas opes, latissimosque principatus emerserunt: Qualis enim & quam potens Marchio Brandeburgicus, Marchio Badensis, Marchio Onspachensis, Marchio Moraviæ, Marchio Burgoicus & alii? Ipse etiam Nicetas Choniates lib. 7. de rebus gestis Manuelis *Marchesii* Montisferrati nobilitatem & potentiam agnoscere & prædicare coactus est.

Edit. Paris. pag. 221.

Num. 28. Junius iterum correctus. Antidorum quid.

Antidorum. Inepte Junius *mutuum munus*. Nihil melius, quam ipsum Græcum nomen retinere. Erat panis, ex quo pro Eucharistia conficienda pars desecta, quique ante Liturgiam per templum circumlatus fuerat. Is finita Liturgia distribuebatur præsentibus, benedictionis gratia; ut qui Eucharistiæ participes non fuissent, saltem de hoc benedicto pane participarent.

Num. 29. Pægniotæ. Germanice, *dpilleuth*. Ibid. Sarullistæ, a *surullio* instrumento Musico. quod num Junius recte in Annotationibus suis explicet, quis nos certos faciet?

Num. 31. Βηλόθυρα. infra, cum de coronatione Imperatoris disputatur, aliquoties idem

Digitized by Google

nomen occurrit. compoſitum ex *velo* Latino & Græco θύρα, *velatura*, ſeu *velaturam*, quæ eſt loco januæ. Reclamat Meurſius. *Non eſt velatura, degeneri verbo Romano, ſed παραπέτασμα, quod diductum januæ inſtar tranſeuntes tranſmittit*. Ariſtophanis Scholiaſtes ad Ranas. παραπεπάσμασι ταῖς σκηναῖς, τοῖς Περσικοῖς βήλοις, ἢ βηλοθύροις, ſed [non] video cur βηλόθυρον non poſſit eſſe utrumque; velum ſcilicet januæ, ut nomen ipſum indicat, & velum loco januæ. Etiam in Pontificum hiſtoria apud Anaſtaſium occurrit, in Stephano VI. *Fecit velothyra quatuor. contulit velothyra ſerica tria in circuitu altaris*. ubi abſolute pro peripetaſmate accipi videtur. Ibidem pro προθύρου, Codex alter Boicus, βηλοθύρου, & rectius meo judicio. Βηλόθυρον, velum januæ, & velum loco januæ.

Ζωύφιον, animalculum, ut *muſca, vermis, araneus*. Junius ζέφιον edidit. & ſtulte admodum Arabicum eſſe dicit: ſtultiuſque adhuc ſuum hoc Arabicum ζέφιον interpretatur. Num. 32. Arabicæ *muſcæ* Junii.

Ut veterem notionem Diadematis aſſequaris, inſpice nummos, quos cum alii vulgarunt, tum ego tom. 3. de S. Cruce lib. 1. Notanda autem ſunt hæc, quæ hic de diſtinctione *diadematis*, & *ſtemmatis*, & *zonæ militaris*, adeoque de *torque* traduntur. Num. 33.

Φυάλιν. Ita ſcribitur apud Codinum. Integrum eſt φυάλιον, *velum*. *Viri docti*, hoc eſt, Junius, inquit Gloſſarium, *interpretantur vitream carbaſum*. *Non aſſentior*. *Recentiores Græci craſſiore pronunciatione & πλατυάζοντες ſic efferebant velum Latinorum*. Germani quoque vocant ſacrum velum, quo Moniales velantur, *ein Vviil*, ſeu *Vvail*, ſeu *Vveil*, manifeſta ex vocula *velo* origine. Num. 34. Junius a Gloſſario emendatus.

Tropæuchia, a *tropæo*, ſeu trophæo. *Juſtinianæum* a Juſtiniano Imperatore, qui quali tegmine capitis uſus ſit, apparet aliquo modo ex antiquis numiſmatis, quorum nonnulla lectori ſpectanda propoſuimus tom. 3. de S. Cruce lib. 1. Paulo poſt, pro ὑπέρπορον, libenter legerem ὑπέρπυρον, ut ſit geſtamen capitis, inſtar ignis flammans. Num. 36.

De Blatio jam ſupra diximus*. Acacia quid ſit, oculis intueri licet in imaginibus Imperatorum præfixis Nicephoro Gregoræ, & in nummo Theodoſii Magni, quem habes tom. 3. de S. Cruce lib. 1. tametſi Illuſtriſſ. Baronius exiſtimat, geſtamen illud Theodoſii Magni, eſſe ſacrum Evangeliorum Codicem. Ibid. pro acacia, ſuſpicabar legendum ἀχια, ſed vulgata ſcriptura retineri poteſt, imo debet. Et eſt Acacia, *innocentia*: & Acacius, *Innocentius*. Mandylium ſuos natales etiam nemine admonente prodit. Num. 37. * *l. 2. c. 5. n. 8.*

Pilaticia accerſuntur a Cyro Perſarum Rege, imo a Medis, quorum Rex & Judices talia pilaticia ex collo dependentia geſtarint, tamquam juridici honoris & officii inſignia. Quicquid ſit de re, vocabulum videtur Latinum a *pilo*, hoc eſt, *telo*. Nam quod Junius ex Orientalibus linguis id deducit, quibus ait, *Pilaticium eſſe diſquiſitionis & accuratiſſimæ cognitionis monumentum*; id ideo fecit, ne neſciremus, quam feliciter ſupra num. 32. ζωύφιον ex Arabico formarit, non impari felicitate pilaticia ex Oriente nobis nunc advehit. Vide tom. 3. de S. Cruce lib. 1. cap. 13. Ubique autem ſcribendum πιλατίκιον, non ἀπιλατίκιον, ſceptri genus, quod Palatini certi gerebant, quemadmodum alii multi τὸ διπλατίκιον, ſupra lib. 2. cap. 6. num. 47. N. 38. & 48. Quid & unde Pilaticia. *Edit. Pariſ. pag.* 222. Junius Arabs nullam meretur fidem. Lectio reſtituta.

Διὰ σιτανίων, vel σιτανίων. *ex ſericis filis*. nam Italis *ſeta* eſt ſericum, unde nuperi Græci ſuum *ſitanium* ſeu *ſetanium* procuderunt: niſi quis malit a Latino *ſeta* deducere, quaſi pilaticia illa de ſetis ſuſpenſa fuerint. Germani chordas, ſeu fides vocant *Seiten*, aperte, a *ſeta*. Sed Gloſſarium V. σιτάνιον, & V. γαϊτανίον putat legendum, reſcribendumque διὰ γαϊτανίων, ex *cingulis*, ſeu *zonis*: nam γαϊτάνιον eſt cingulum. Non aſſentior. facerem, ſi criſis hæc aliquo manuſcripto exemplari adjuvaretur. Num. 48. Σιτάνια a ſeta.

Digitized by Google

OBSERVATIONES AD CAPUT SEPTIMUM.
Quod eſt de Menſa Imperatoris.

CAPUT II.

Num. 6. POteſtatus, ab Italico, *poteſta*. & hoc a Latino, *poteſtas*, ſignificat præfectum, ſeu præſidem, ſeu prætorem, qualis & iſte Genuenſium erat.

Num. 7. Colicium, ſeu Collicium, idem quod κόλλις, & κόλλαβος: nempe genus quoddam panis rotundi, ut inquit Junius, & delicati.

Num. 9. Κόνσυλος ex Latino *Conſul.* ita vocabatur, qui Piſanis Conſtantinopoli præerat. Eodem nomine Anconitani ſuum præfectum ſalutabant. Et hodie Tripoli, Alexandriæ, Cairi, ſeu Memphi, mercatores & negotiatores Gallici ſuos habent Conſules.

Num. 13. Contacion de Chriſto nato. Virgo hodie. Contacium hoc fecit Romanus Melodus contaciorum auctor, & extat in Menæo 25. Decembris. Integrum ita habet.

Η παρθένος σήμερον τὸν ὑπερούσιον τίκτει.
Καὶ ἡ γῆ τὸ σπήλαιον τῷ ἀπροσίτῳ προσάγει.
Ἄγγελοι μετὰ ποιμένων δοξολογοῦσι.
Μάγοι δὲ μετὰ ἀστέρος ὁδοιπορεῖσι.
Δι' ἡμᾶς γὰρ ἐγεννήθη παιδίον νέον, ὁ πρὸ αἰώνων Θεός.

Virgo hodie ſuperſubſtantialem parit.
Et terra ſpeluncam ei, qui accedi non poteſt, offert.
Angeli cum Paſtoribus Deum glorificant.
Magi cum ſtella iter faciunt.
Propter nos enim natus eſt novus infans, ante ſæcula Deus.

Num. 14. Μίτσος, a Latino *miſſus*. *ferculum* verti: quia miſſus non ſunt Latinis ſingula fercula, ſed ferculorum quamplurium illatio & appoſitio: hic autem ſingulis ſingula tradebantur fercula, non integri miſſus.

Num. 17. Βρύσες, vel βρύση, fons eſt, a βρύω, quod eſt *ſcaturio*: hinc βρύσις, quaſi dicas *ſcaturitio*.

Num. 18. Μετὰ τὸ δεῖπνον. *poſt cœnam*, melius, quam poſt prandium, ut Junius: quia menſa illa vere cœna erat: erat enim jejunium Vigiliæ Nativitatis Domin.

Num. 19. Poſtero die, &c. Hactenus percenſuit Codinus, quid in Vigilia Nativitatis fieri conſueverit: nunc quid in ipſo feſto agatur, exponit.

Num. 20. *Edit. Pariſ. pag.* 223. Quadrageſimas Græci ante alia feſta agebant. Græci non tantum ante Paſcha, ſed & ante alia feſta præcipua, ut eſt Natalis Domini, quadrageſimam præmittebant: ſed Quadrageſimam non re, ſed ſolo nomine, utpote jejunio paucis diebus circumſcripto. Id diſces ex Balſamone, qui in reſponſo ad 53. Quæſtionem Marci Patriarchæ Alexandrini ita ſcribit: *Nos defendimus jejunia neceſſario præcedere hæc quatuor feſta: nimirum feſtum ſanctorum Apoſtolorum, Natalis Chriſti, Transformationis Chriſti & Dei noſtri, & Obdormitionis ſanctæ Deiparæ, ſed tantum ſeptem dierum. Unum enim eſt quadraginta dierum jejunium ſancti & magni Paſchatis. Quodſi quis plus quam ſeptem diebus circa feſtum ſanctorum Apoſtolorum, & feſtum Natalis Chriſti jejunet, ſeu ſponte, ſeu ordinis ſui regula impulſus, non vituperabitur. Quomodo autem, & propter quid ante unumquodque horum quatuor feſtorum jejunare debeamus, declaratum in Synodali deciſione, de eo a nobis facta. Qui igitur non jejunant ante unumquodque horum quatuor feſtorum, ſine ulla omnino excuſatione, magnis emendabuntur pœnis.*

§. 2. Eadem tradit Balſamon in Reſponſis ad interrogationes quorumdam Monachorum, quæ extant poſt Nomocanonem Photii.

Monachorum longior Quadrageſima. Porro qui Natali integram Quadrageſimam præmittebant, ii auſpicabantur a XIV. die Novembris, ut Monachi, quos ad hoc peculiaris regula obligabat. *Monachi*, inquit Balſamon, *qui ſuarum fundationum conſtitutionibus coguntur amplius jejunare, ſcilicet a feſto Omnium Sanctorum; & a* XIV. *menſis Novembris, vel inviti cogentur ſequi ſtatuta ſuarum fundationum; quoniam hoc eſt canonicum, & ſalutare. quemadmodum & laici, qui ſua ſponte ita jejunant, laude & gratiarum actione digni habebuntur*. Quod dicit de feſto *Omnium Sanctorum*, id referendum eſt ad jejunium ante feſtum Omnium Apoſtolorum, quod Græci celebrant ultimo die Junii, cujus principium erat feſtum Omnium Sanctorum, quod Græci celebrant

lebrant prima Dominica poſt Pentecoſten: cum autem Pentecoſte ſit feſtum mobile, neceſſario etiam feſtum *Omnium Sanctorum* eſt feſtum mobile, apud Græcos, nunc in Majo, nunc in Junio occurrens. Quo fit ut jejunium illud ante Apoſtolorum feſtum, etiam apud Monachos aliquando brevius, aliquando longius fuerit. brevius, ſi Pentecoſte in Jejunium incidiſſet; longius, ſi in Majum. Vide Typicum Sabæ. Græci celebrant feſtum omnium Apoſtolorum.

Obſervandum & hoc, Græcos commemorationem omnium fidelium defunctorum agere Feria quinta ante Pentecoſten, ut conſtat ex libro Rituali Nicephori, qui Pentecoſtarium inſcribitur.

Ad Circumſtationem. Cujus, quia toties mentio facta eſt, ſubjicere placet imaginem depictam a Corippo poeta Africano lib. 3. de laudibus Juſtini. Num. 22.

Accit proceres omnes, Scholaque palati eſt,
Juſſa ſuis adſtare locis. jamque ordine certo
Turba decanorum, curſorum, in rebus agentum,
Cumque Palatinis ſtans candida turba tribunis,
Et protectorum numerus mandante magiſtro.
Omnis ſacrorum vis adfuit officiorum
Ornatu vario, cultuque, habituque, modoque:
Ingens excubitus divina Palatia ſervans,
Porticibus longis porta condenſus ab ipſa,
Murorum in morem lævam dextramque tegebat,
Scuta ſub erectis conjungens aurea pilis,
Enſe latus cincti, præſtricti crura cothurnis.

Exemplum Circumſtationis.

Num. 23.

Integrum Idiomelon extat in Menæo 25. Decembris, & adſcribitur Joanni Monacho

Μάγοι Περσῶν βασιλεῖς, ἐπιγνόντες σαφῶς
Τὸν ἐπὶ γῆς πεχθέντα, βασιλέα οὐράνιον,
Ὑπὸ λαμπρᾶ ἀστέρος ἑλκόμενοι ἔφθασαν ἐν Βηθλεέμ,
Δῶρα προσφέροντες ἔγκειται, χρυσὸν, ᾗ λίβανον, ᾗ σμύρναν.
Καὶ πεσόντες προσεκύνησαν. ἴδον γὰρ ἐν τῷ
Σπηλαίῳ, βρέφος κείμενον τὸν ἄχρονον.

Edit. Pariſ. pag. 224.

Magi Perſarum, cum manifeſte cognoviſſent natum in terra Regem cæleſtem, a ſplendida ſtella tracti venerunt in Bethleem, eximia dona adferentes, aurum, thus, & myrrham, & procidentes adoraverunt: viderunt enim eum, qui eſt temporis expers, jacere in ſpelunca infantem.

Eſt autem Idiomelon proprii feſti canticum. Idiomella ubique in libris Ritualibus Græcorum obvia ſunt. Inepte Junius hic ſcribit *ἰδιώμελον* per *ω*. infra *ἰδιόμελον* per *ο*, *μικρὸν*, ut originis & compoſitionis ratio poſtulat: planumque fit ex Menæis; ubi nulla *ἰδιώμελα*, niſi forſan errore typographico, ſed mera *ἰδιόμελα* reperies. Idiomelon proprii feſti canticum.

Fercula humi poſita, &c. Junius nobis perſuadere contendit, ponere fercula ἐπ' ἐδάφους, id eſt, humi, idem eſſe, quod ponere ſuper menſam; quia menſa etiam ἔδαφος, ſeu *ſolum*, ſeu *ſuſtentaculum*. An vigilans iſta ſcripſerit Junius, equidem dubito, cum Codinus expreſſe dicat; Domeſticos τῷ δομεστικίῳ μίνσους κειμένους ἐπ' ἐδάφους, *humi vel in pavimento poſitos* ex ſolo levaſſe in menſam Imperatoris, & hujus faciendi tunc tantum, & alias numquam poteſtatem habuiſſe. An quod jam eſt in menſa, dicitur levari in menſam? & num. 22. Domeſtici iſti τιθέασι τὰς μίνσους ἐπ' ἐδάφους. In quo Calepino reperit Junius ἔδαφος eſſe vel ſignificare menſam? Num. 29. Junius ſcitiſſimus aulicus fercula Imperatoria non humi, ſed ſuper menſam collocat. ἐπ' ἐδάφους quid.

Τὸ μινσάλιον. *Mappa menſæ*. Citrius in Reſponſis. ᾗ τὰ ἐν ταῖς τραπέζαις ἐφαπλώμματα ὀθόνια, μινσάλια λέγονται, οἷα πρὸς κόσμον τῆς τραπέζης ᾗ τῶν μίνσων τιθέμενα. *Lintea in menſis expenſa vocantur Menſalia, qualia ad ornatum menſæ & ferculorum poni ſolent*. Ibidem pro ἰσοπέδιον, reponendum eſt, συππέδιον, *ſuppedium*, ſcabellum pedum, uſurpatum a Niceta Choniate, & ab aliis, ut docet Meurſius in Lexico. ſcribitur etiam σωππέδιον, & συπέδιον. Num. 32.

Panagiarium, & *Panagia*. Illud erat ſcutella, in qua *Panagia* adferebatur. Quid vero hæc? Mira Junius. Ait *Panagiam eſſe vocem barbaram ex Latino panis, & Græco ἅγιος, ſignificare panem a ſacerdotibus conſecratum: ejus uſum a Gallis in Græciam importatum eſſe; Gallorum enim more panem a ſacerdotibus conſecrari, cujus fruſta diligenter aſſervent*. Eadem ferme Meurſius, ſaltem quod ad conſecrationem atti- Num. 33. Junii de *Panagia* commentum.

Digitized by Google

Panagia epithetum B. Virginis.

net, qui dicit, *Panagiam esse panem consecratum a sacerdotibus*. Crederem hæc vera esse, nisi ipsi Græci ab assensu me prohiberent. Est enim *Panagia* vox Græca a D. Virginis epitheto, ob visionem quamdam divinitus oblatam, ad panem translata: nec consecratur *Panagia* a sacerdotibus; sed alia quadam ratione cælestis benedictionis plena esse creditur; nec a Gallis venit ad Græcos, sed ab Apostolis: quæ omnia ex Græcorum Horologio clara testataque fiunt: ubi hæc de Panagia habentur, præfixo tali titulo: περὶ τῆς ὑψώσεως τῆς παναγίας, ὅπως γέγονε, καὶ διὰ τί. *De exaltatione Panagiæ quomodo facta sit, & quare.*

Ab Apostolis *Panagia* origo repetita.

Μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φρικτὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος κάθοδον, καὶ ἕως τοῦ μερισμοῦ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διὰ τὸ κήρυγμα, ἦσαν πάντες οἱ Ἀπόστολοι ὁμοθυμαδὸν, καὶ μετὰ τὸν δεῖπνον ἐν τῷ ἀρίστῳ ἀνακεκλιμένοι, ἀφιέντες κενὸν τόπον, ἐν τούτῳ προσκεφάλαιον ἐτίθεσαν, καὶ ἐπὶ τοῦ προσκεφαλαίου τμῆμα ἄρτου, ἐξ οὗ ἐσθίον εἰς μοῖραν Χριστοῦ. μετὰ δὲ τὸ ἄριστον ἀνιστάμενοι, καὶ δεχόμενοι ἐλάμβανον τὸ τμῆμα τοῦ ἄρτου, ὃ εἰς τιμὴν τοῦ Κυρίου ἐπικέκλητο μοῖραν. τοῦτο δὲ ὑψοῦντες, ἔλεγον. δόξα σοι ὁ Θεὸς ἡμῶν, δόξα σοι, δόξα Πατρὶ, Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. καὶ ἀντὶ τοῦ, μέγα τὸ ὄνομα, τὸ Χριστὸς ἀνέστη, ἕως τῆς ἀναλήψεως. ἔκτοτε δὲ. μέγα τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας Τριάδος. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ βοήθει μοι. καὶ ταῦτα μὲν ἐτελεῖτο ὕπως.

Εποίει δὲ τοῦτο ἕκαστος αὐτῶν ἔνθα ἔτυχε μέχρι τῆς κοιμήσεως τῆς Θεοτόκου. ὅτε δὲ τὸν παγκόσμιον σωτῆρα δι' νεφελῶν ἐποιήσαντο. διὰ τὸν τῆς Θεοτόκου διαπόνησιν μιᾶς ἁπάντων, τὰ εἰκότα πληρώσαντες, μετὰ τὸν ταφὸν αὐτῆς, δηλονότι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, παραμυθίαν ποιούμενοι, καὶ μετὰ τὸ ἄριστον ἀνασάντες, τὸ τμῆμα τοῦ ἄρτου, τὸ εἰς ὄνομα κειμένου Χριστοῦ, καὶ τὸ εἰωθὸς ἀνυψώσαντες, καὶ τὸ μέγα τὸ ὄνομα προσειπόντες, ὦ θαύματος παραδόξου. ἡ νεκρὰ, ὥσπερ ζῶσα, μετὰ νεφέλης, καὶ φωτοποιῶν ἀγγέλων παρισαμένων αὐτῇ ἐπὶ τοῦ ἀέρος ἐπιφαίνεται. Χαίρετε, λέγουσα, ὅτι μεθ' ὑμῶν εἰμὶ πάσας τὰς ἡμέρας. τοῦτο ἐκ τοῦ υἱοῦ τὸ χαροποιὸν αὐτοῖς ἐπιδιδοῦσα. οἱ δὲ μαθηταὶ τοῦ θαύματος ἐκπλαγέντες, ἀντὶ τοῦ. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, παναγία Θεοτόκε βοήθει ἡμῖν, * ἀνεκραύγασαν. εἶτα τῷ τάφῳ προσελθόντες, καὶ μὴ εὑρόντες τὸ παράγιον αὐτῆς σῶμα ἐπείσθησαν ἀληθῶς, ὅτι σύσωμος ζῶσα τελείμερος ὡς ὁ υἱὸς αὐτῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστᾶσα, καὶ μεταστᾶσα εἰς οὐρανοὺς μεταβέβηκε, σὺν Χριστῷ βασιλεύουσα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

Edit. Paris. pag. 225.

* ἀνεκραύγασεν.

§. 2.

Post Servatoris nostri tremendam Resurrectionem, & Spiritus sancti descensum, usque ad divisionem Apostolorum prædicandi caussa, versabantur simul omnes Apostoli concordibus animis: & cum post orationem mensæ accumberent, relicto vacuo loco, in eo pulvinar ponebant, & super pulvinar partem panis, ex quo comedebant vice & loco Christi: sumpto autem cibo surgentes & precantes, & gratias agentes, accipiebant fragmentum panis in partem Domini sepositum: & cum id elevarent, dicebant: Gloria tibi Deus noster, gloria tibi, gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. & loco ejus: Magnum nomen, dicebant: Christus resurrexit: usque ad Ascensionem. Ab illo tempore usurpabant illud, Magnum nomen sanctæ Trinitatis: Domine Jesu Christe adjuva me. Et hæc quidem isto modo peragebantur.

Panis in honorem Christi ab Apostolis sepositus.

Variatæ preces ab Apostolis per ordinem festorum.

Faciebat autem hoc quilibet eorum ubicumque tandem degeret, usque ad obdormitionem Deiparæ. At quando ex toto mundo in unum convenerunt, ducti per nubes, propter translationem Dei Genitricis & Dominæ, justis persolutis, post sepulturam illius, videlicet tertia die, sese refocillantes, & post sumptum cibum surgentes, fragmentum panis, quod Christo sepositum & destinatum erat, more consueto exaltarunt; cumque illud, Magnum nomen, pronunciarent, o inopinatum miraculum! quæ mortua fuerat, viventis instar, nubibus & lucidissimis Angelorum choris circumdata in sublimi apparet: Avete, inquiens, ego vobiscum sum omnibus diebus; hoc solatium & gaudium verbis Filii impertiens. Discipuli autem miraculo obstupefacti, loco ejus, Domine Jesu Christe, exclamarunt: Panagia (sanctissima) Deipara, adjuva nos. Deinde ad sepulchrum adeuntes, nec invento sanctissimo corpore, vere sibi persuaserunt, eam tertio die, instar sui Filii, corpore rursus indutam ex mortuis resurrexisse, & in cælum assumptam esse, ut ibi cum Christo regnet in sæcula sæculorum. Amen.

B. V. Apostolis viva apparet.

B. Virgo Panagia ab Apostolis dicta.

§. 3.

Ex his lucem dare licebit Curopalatæ, cum explicent, quidnam *Panagia* fuerit, unde hoc nomen acceperit, quomodo exaltari, & quando, quibusve verbis consueverit. A sanctissimæ ergo Virginis epitheto, quod est *Panagia*, venit pani, qui Christo asservari solebat; quemque postea religiose particulatim comedebant; venit, inquam, *Panagiæ* nomen. Transiit autem Panagia etiam ad posteriores Græcos.

Ibid. N. 33. Junius emendatus.

Τὸ τῆς οἰνοχοΐας φέρει σκυτέλιον. Inepte Junius, *Vinariæ capidis scutelam*. Nam οἰνοχοῖον est hic ipsa cella vinaria, cujus promus condus erat pincerna. cellæ ergo vinariæ scutellam ferebat; seu scutellam quæ asservabatur in cella vinaria. forte legendum est οἰνοχοεῖον.

Digitized by Google

Granatza. Hic Junnius iterum totus fit Syrus: ut & paulo poſt in voce Lapatza. forte veſtis hæc confecta erat ex illa tela pretioſa, auro interſtincta, quam Itali Granitum vocant, ut eſt lib. 3. de Canonizatione S. Didaci cap. 20. Num. 35. Syriacæ veſtes Junii.

Quærat quis, num Imperator ſolus menſæ aſſederit. Reſpondeo, ordinarie aſſediſſe ſolum; adhibuiſſe tamen aliquando etiam alios, ut Auguſtam, filios, Principes Aulæ; quin & Legatos variarum gentium, ut conſtat ex legatione Luitprandi ad Nicephorum Phocam. Menſam Imperatoris, qualis præcipue feſtis diebus eſſe ſolet, graphice deſcribit Luitprandus, teſtis oculatus, lib. 6. rerum per orbem geſtarum cap. 3. *Eſt domus*, inquit, *juxta Hippodromum, Aquilonem verſus, miræ & altitudinis & pulchritudinis, quæ decannea cubita vocatur. Quod nomen non ab re, ſed ex apparentibus cauſſis ſortita eſt: δέκα enim Græce, Latine decem, ἐννέα novem; cubita, aut a cubando inclinata, vel curvata dicere poſſumus. Hoc autem ideo, quoniam quidem* XIX. *menſæ in ea quæ ſecundum carnem eſt D. N.* JESU *Chriſti Nativitate, apponuntur. In quibus Imperator pariter & convivæ non ſedendo, ut cæteris diebus, ſed recumbendo epulantur. Quibus in diebus non argenteis, ſed tantum aureis vaſis miniſtratur. Poſt cibum autem aureis vaſis tribus ſunt poma delata, quæ ob immenſum pondus non hominum manibus, ſed purpura tectis vehiculis ſunt allata. Apponuntur autem duo hoc modo: In menſa per foramina laquearis tres ſunt funes pellibus deauratis tecti, cum annulis aureis depoſiti, qui anſis, quæ in ſcutulis* (lege ſcutellis) *prominent impoſiti, adjuvantibus inferius quatuor, aut eo amplius hominibus, per vertibile, quod ſupra laquearium eſt, regalium in menſam ſubvehuntur, eodemque modo deponuntur.* Edit. Pariſ. pag. 226.

OBSERVATIONES IN CAPUT OCTAVUM, Quod eſt de Epiphania Domini.

CAPUT III.

FEſtum Epiphaniæ, hoc eſt, *apparitionis*, dicitur ſingulari numero ἡ Ἐπιφάνεια: plurali numero & genere neutro, τὰ Ἐπιφάνεια, quin & τὰ Ἐπιφάνια. aliquando τὰ Θεοφάνεια; quia Deus apparuit. Tribuitur hoc nomen huic feſto, 1. quia Dominus eo die Magis ſe manifeſtavit. 2. quia apparuit hominibus, quando Baptiſmum eo die in Jordane a Joanne ſuſcepit. 3. quod eo die Chriſtus, mutata aqua in vinum, hominibus ſe manifeſtavit in nuptiis Canæ Galilææ. Latina Eccleſia omnes has cauſas hujus diei ſequitur, ut patet ex Breviario Romano. Græci feſtum hoc colunt potiſſime ob ſecundam cauſſam: nam Apparitionem Magis factam celebrant ipſo Natalis Chriſti feſto, 25. Decembris, ut patet ex Menæis. Num. 1. Unde dicta Epiphania. Græci maxime celebrant Epiphaniam ob Baptiſmum Chriſti.

S. Chryſoſtomus homil. de Baptiſmo Chriſti. *Quam ob cauſſam hæc* (ſolemnitas) Ἐπιφάνεια, hoc eſt, apparitio, *appellatur? quia nimirum non omnibus manifeſtus eſt redditus, cum partu eſt editus, ſed cum eſt baptizatus: nam ad hunc uſque diem vulgo erat ignotus; nam incognitum eum fuiſſe vulgo, neque quiſnam eſſet, pleroſque ſciviſſe, conſtat ex iſtis Joannis Baptiſtæ verbis: Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. Quid vero mirum, ſi alii non noſſent, quando illum etiam ipſe Baptiſta ad eum uſque diem ignorabat?* Et ego neſciebam eum, *inquit*. Joan. 1.

Latinos ob manifeſtationem Magis factam hoc feſtum obire, patet ex homeliis SS. Patrum, S. Auguſtini, S. Leonis, S. Maximi, & aliorum. Patet idem ex Germanica appellatione hujus feſti, quæ eſt Trium Regum, *der SS. dreii Konig. Tag.* & legitur Evangelium S. Matth. de Adventu Magorum. Nec aliter hæretici tam in quotidiano ſermone, quam in Calendariis ſuis hoc feſtum nominant, quam *der SS. dreii Kronig Tag.* Inde etiam liquet numerus Magorum *die SS. dreii Kcnig* non dicitur *die SS. Bier Konig, die SS. Ziven Konig.*

§. 2. Caſauboni Grammaticæ tricæ.

Moroſe admodum de Regibus diſſerit Caſaubonus in 2. Exercitat. contra Illuſtriſſ. Baron. & tandem eo venit, ut Regulos fuiſſe non diffiteatur: *dummodo ita ſentire vel non ſentire, unicuique ſit liberum, neque articulus fidei inde cudatur.* Quis pro articulo fidei, hoc habet? Communis & eſt, & fuit perſuaſio fidelium; a qua propter ratiunculas, vel potius ſtultitias Calviniſticas diſcedere parum conſultum aut expediens eſt.

Moroſius adhuc grammaticatur idem Caſaubonus de nomine Feſti Exer-

Edit. Pariſ. pag. 227. cit. cap. 15. Epiphaniam enim ſeu Theophaniam potius competere Nativitati Chriſti; tunc enim etiam ἐφάνη, apparuit, maxime paſtoribus, &c. Veteres 6. Januarii celebraſſe Natalem Domini, & ideo diem illum ob natum ſcilicet Chriſtum, dictum Epiphaniam ſeu Theophaniam. & adfert aliquot teſtimonia, quorum nullum eſt ad rem. Nemo negat Theophaniæ ſeu Epiphaniæ appellationem etiam Nativitati tribui poſſe: tunc enim apparuit Dominus inter homines, & paſtores ad ſe traxit, &c. & in Miſſa feſti legitur; *Apparuit gratia Salvatoris noſtri*, &c.

§. 3. Nativitas Chriſti a paucis & in Ægypto celebrata 6. Januarii.

Sed videndum hic, quid uſus Eccleſiaſticus ferat; qui eſt, & fuit, ut abſolute loquendo dies 6. Januarii diceretur Epiphania, idque propter tres cauſſas initio dictas; etſi alii alias cauſſas magis attendebant; & pauci erant, qui Natalem Domini celebrarent die 6. Januarii; & fere intra Ægyptum hæc conſuetudo conſcribebatur, ut eſt apud Caſſianum Collat. 10. cap. 2. Profert Caſaubonus locum ex orat. Chryſoſtomi in Natalem Domini tom. 5. Savilliano pag. 511. ubi dicit, *vix decimum annum agi, cum Eccleſia, in qua hanc orationem dixit, feſtum Natalis celebrare cœperit, diemque Nativitatis cognoverit*. Sed oratio hæc non eſt Chryſoſtomi: patet 1. ex ſtylo. 2. quia Conſtantinopoli ante S. Chryſoſtomum feſtum Nativitatis agebatur, ut patet ex oratione Nazianzeni in *Natalem Domini*, & ex alia *in diem luminum*. 3. Quia ipſe auctor hujus homiliæ dicit Natalem celebratum & cognitum fuiſſe a Thracia uſque Gades, &c. At Conſtantinopolis eſt in Thracia. Neque alia Epiphaniæ fuit ratio 6. Januarii, quam nunc ſit, niſi apud paucos, eoſque fere Ægyptios, qui Natalem Domini 6. Januarii obibant.

Reſpondetur Caſaubono ad orationem Chryſoſtomi, ante quem Nativitas Chriſti celebrata in Thracia.

§. 4. Epiphania dicta feſtum Luminum. Joſeph Vicecom. lib. 5. de Ritib. baptiſmi c. 52. Alis opinio de feſto Luminum acto ob Baptiſmi accepti memoria.

Appellatur eadem Epiphaniæ ſolemnitas *feſtum Luminum*, tum ob Baptiſmum, tum quia Chriſtiani diem hunc accenſis cereis celebrare conſueverunt. Ita Billius annot. ad orat. in Sancta Lumina, & Baronius ad Martyrol. Rom. 6. Jan.

Sed extitit, cui hæc opinio Billiana & Baroniana non placeret, tamquam longe a vero avia. Quid eſt ergo feſtum Luminum, ſi non Epiphaniæ, ſeu Baptiſmi Chriſti? Reſpondet, eſſe feſtum, quo quotannis Chriſtiani Baptiſmatis a ſe ſuſcepti memoriam recolebant. Id probat ex Orat. quadrageſima Nazianzeni, quę eſt in *Sacrum Baptiſmum*: ubi in ipſo ſtatim exordio iſta leguntur. *Heri ſplendidum Luminum diem celebravimus, (ſalutem enim noſtram lætitia proſequi conveniebat, ac multo quidem magis, quam carnis amici dies eos quotannis celebrant, quibus vel nati, vel matrimonio juncti ſunt, vel nomen acceperunt, vel certe inter juvenes cenſeri cęperunt, vel locum alìquem primo incoluerunt, vel quacumque demum alia de cauſſa mortales feſtum diem agunt) hodie de Baptiſmo, & beneficio hinc accepto ad nos manante diſſeremus*. ex quibus verbis colligit *feſtum Luminum* nihil aliud fuiſſe, quam Baptiſmi ab unoquoque ſuſcepti commemorationem.

Cauſſæ variorum feſtorum.

§. 5. Reſpondetur ſuperiori opinioni, & probatur Chriſti Baptiſmatis feſtum agi.

Sed perſuaſioni huic manifeſte obſtat in primis ipſemet Nazianzenus, qui feſtum Luminum aperte nominat feſtum Baptiſmatis Chriſti, ſeu Epiphaniæ, quando Chriſtus in Jordane baptizatus mundo apparuit; ſic enim ait: *Sanctus Luminum dies, ad quem pervenimus, quemque hodie divino beneficio celebravimus, pro principio quidem Chriſti mei, hoc eſt veræ lucis, omnem hominem in mundum venientem illuminantis, Baptiſmum habet, meam autem quoque purgationem operatur*.

pag. 228. Unde dictum feſtum Luminum.

Et poſt longam de Baptiſmo Chriſti diſputationem, hanc ad ipſam orationis calcem, paræneſin: *Nos autem hodie Chriſti Baptiſmum honore complectamur, ac feſtum honeſte celebremus, non ventris deliciis operam dantes, ſed ſpiritualiter nos ipſos oblectantes*. Ita etiam Gregorium intellexit Nicetas Scholiaſtes ejus. quod itidem ex inſcriptione liquet, quæ eſt iſta. εἰς τὰ ἅγια φῶτα τῆς ἐπιφανίων λόγος. *Oratio in ſancta Lumina Epiphaniorum*.

Idem planum fit ex Ritualibus Græcorum libris, ubi προεόρτιον τῆς φώτων, *profeſtum luminum*, nihil eſt aliud, quam profeſtum *Epiphaniæ*, ſeu Apparitionis Chriſti ad Jordanem, quando a Jordane baptizatus eſt, ipſumque feſtum die ſexto Januarii apud Græcos celebrari ſolitum appellatur ἑορτὴ τῆς φώτων, *feſtum luminum*: cujus appellationis ea eſt ratio, quia Chriſtiani eo die in Eccleſia, & alibi faces, cereos, lucernas accendebant, ut ait Nicetas, in honorem baptizati Chriſti, qui vera lux eſt, & Baptiſmi ab ipſo inſtituti, qui & ipſe φῶς, καὶ φωτισμὸς, *lux & illuminatio* nominatur, ut antea diximus.

Cæterum locus ex oratione de Baptiſmo novæ illi opinioni nihil adjumenti

Digitized by Google

adfert: nam Baptiſmum, quem Chriſtus ſuſcepit, vocat *ſalutem noſtram*, quia, ut Patres loqui ſolent, Chriſtus Baptiſmo ſuo aquas ſanctificavit, & noſtræ ſaluti in Baptiſmate ſuo procurandæ deſtinavit, & ſalutiferas effecit. Quocirca conſentaneum eſſe ait Nazianzenus, ut ſicut alii diem natalem ſuum, matrimonii, & id genus alios quotannis celebrant, ita etiam *ſalutem noſtram*, hoc eſt, Baptiſma Chriſti, anniverſaria panegyri celebremus. §. 6. Cur Baptiſmus Chriſti dicatur ſalus noſtra.

Maneat ergo, feſtum Luminum, eſſe feſtum Epiphaniæ, ſeu Epiphaniorum, quando Dominus in Jordane baptizatus mundo apparuit, & ut fortunatum ſidus feliciſſime illuxit: hanc enim ſolam Domini Epiphaniam, ſeu apparitionem Baptiſmo illuſtrem, Græci ſolemnem habent, nec de apparitione Magis facta mentionem ullam eo quidem die faciunt, cum Latini potiſſimum die ſexto Januarii ſolemniter recolant Epiphaniam ſeu manifeſtationem, qua Chriſtus infans Orientalibus Magis ſeſe patefecit; tametſi nec illam penitus negligant, quæ facta eſt ad Jordanem in Baptiſmo; nec illam, quæ contigit in nuptiis in Cana Galilææ, quando primum ſignum fecit. Hinc canit Eccleſia: *Tribus miraculis ornatum diem ſanctum colimus*. Et Octava Epiphaniæ potiſſimum apparitioni ad Jordanem in Baptiſmo dedicatur, ut planum fit ex Romanæ Eccleſiæ Ritualibus libris. §. 7. Qualem Epiphaniam Græci, qualem Latini agant.

Ἁγιασμόν, ſeu *conſecratio & aſperſio aquæ*. Primo die cujuſque menſis aqua benedicebatur, & ex benedicta homines aſpergebantur in Palatio Conſtantinopolitano, excepto Januario, quo id fiebat die ſexto, hoc eſt, in ipſa Epiphania Domini, & Septemb. quo id fiebat die 14. in ipſa Exaltatione S. Crucis. Forma benedicendæ aquæ extat ex Menæo die VI. Januarii, & in Euchologio, & eſt iſta. Num. 2. Primo die menſis aqua benedicta. Forma aquæ benedicendæ.

Ἁγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο, καὶ δὸς αὐτῷ τὴν χάριν τῆς ἀπολυτρώσεως, τὴν εὐλογίαν τοῦ Ἰορδάνου. ποίησον αὐτὸ ἀφθαρσίας πηγὴν, ἁγιασμοῦ δῶρον, ἁμαρτημάτων λυτήριον, νοσημάτων ἀλεξητήριον, δαίμοσιν ὀλέθριον, τοῖς ἐναντίοις δυνάμεσιν ἀπρόσιτον, ἀγγελικῆς ἰσχύος πεπληρωμένον, ἵνα πάντες οἱ ἀρυόμενοι, καὶ μεταλαμβάνοντες ἔχωσιν αὐτὸ πρὸς καθαρισμὸν ψυχῶν, καὶ σωμάτων, πρὸς ἰατρείαν παθῶν, πρὸς ἁγιασμὸν, πρὸς πᾶσαν ὠφέλειαν ἐπιτηδείων. *Sanctifica aquam iſtam, & da illi gratiam redemtionis, da illi benedictionem Jordanis, incorruptionis fontem, ſanctificationis donum, peccatorum ex ſolutionem, morborum remedium, dæmonum exitium, contrariis virtutibus inacceſſum, Angelica potentia plenam: ut omnes qui inde hauriunt, & participant, habeant aquam iſtam ad emundationem animarum & corporum, ad medicinam malarum affectionum, ad ſanctificationem noſtram, ad omnem utilitatem rerum neceſſariarum.*

§. 8. In omnibus Eccleſiis aqua benedicta 6. Januar. Fideles media nocte aquam hauriunt.

Nec in aula ſolum, ſed & in aliis omnibus Græcanicis Eccleſiis aqua hoc die benedicebatur, etiam apud Æthiopas, qui hodie undis non modo ſe aſpergunt, ſed & penitus immergunt. Et fideles circa mediam noctem, quæ feſtum antecedit, ob reverentiam Baptiſmi, quo Salvator noſter tinctus eſt, aquatum ibant, unuſquiſque ad obvium ſibi fontem, rivum, aut fluvium, cui aquæ Deus hanc benedictionem largiebatur, ut multis annis incorrupta maneret. Teſtis locuples hujus rei S. Chryſoſtomus, hom. de Baptiſmo Chriſti tom. 5. operum Græcorum. *In hac ſolemnitate* (Epiphaniæ, qua Græci μέγα ἁγιασμὸν celebrant) *ſub mediam noctem omnes*, ὑδροφόροι, *cum aquam acceperint, domum latices referunt, ac recondunt, & per integrum annum conſervant, utpote quod hodierna die ſanctificatæ ſint aquæ* (per Baptiſmum Chriſti in Jordane:) *ſitque miraculum evidens, dum nihil temporis longinquitate aquarum illarum natura vitiatur; ſed integro anno, atque adeo biennio, & triennio ſæpe, quæ hodie fuit hauſta, incorrupta & recens permanet, ac poſt tantum temporis cum iis, quæ nuper fuerint e fontibus eductæ, certat.* Hæc S. Chryſoſtomus. Edit. Pariſ. pag. 229. Miraculo aquæ ob Chriſti Baptiſmum hauſtæ ſervabantur incorruptæ.

§. 3. Nilus in vinum verſus ob aquas a Chriſto in vinum verſas. S. Epiphanius alias aquas in vinum verſas teſtatur ob miraculum vini ex aqua facti.

Quid vero S. Epiphanius hæreſi 51. Mira nimirum, eo ipſo feſto, hoc eſt, ſexto die Januarii, in memoriam patrati a Chriſto miraculi, quoſdam fontes, atque adeo ipſum fluvium Nilum, effici vinoſos, ſeu in vinum verti. Audiamus ipſum S. Epiphanium. *Circa ipſam undecimam* (menſis Tybi, qui eſt ſextus noſtri Januarii) *poſt annos triginta, factum eſt primum ſignum in Cana Galilææ, quando aqua facta eſt vinum. Quapropter etiam in multis locis, uſque in hunc diem hoc fit, quod tunc factum eſt, divinum ſignum in teſtimonium incredulis: velut teſtantur in multis locis fontes ac fluvii in vinum converſi. Cibyres quidem urbis Cariæ fons, qua hora hauſerunt miniſtri, & ipſe dixit, Date architriclino. Teſtatur & in Geraſa Arabiæ fons ſimiliter. Nos bibimus de Cibyres fonte, fratres vero noſtri de eo, qui eſt in Geraſa, in Martyrum templo. ſed & multi in Ægypto de Nilo hoc teſtantur.*

Digitized by Google

Tres ergo aquas nominat, quæ dicto feſto, in vinum vertantur. 1. fontem Cibyres. 2. fontem in Geraſa. 3. Nilum. Cum igitur tres iſti fontes vinoſo ſapore numquam fluxerint, niſi hoc die, manifeſtum fit, hoc miraculum non eſſe patratum, niſi ad recolendam memoriam vini ex aqua a Chriſto in Cana Galilææ producti. Et de his tribus fontibus, inquit Illuſtriſſ. Cardin. Baronius *Tom.* 1. Anno 31. num. 33. ſe non meminiſſe ullum ſibi ſcriptorem, qui Chriſti Natalem anteceſſerit, lectum eſſe; qui teſtetur, duos illos fontes, & fluvium Nilum verti in vinum. Hic Illuſtriſſ. Baronii conductitius calumniator Caſaubonus inſilit Exercit. 13. in celeberrimum Annalium ſcriptorem, incinitque; etiam ante Chriſti adventum alibi fuiſſe fontes vinoſos, teſteſque laudat Vitruvium, Plinium, & Eclogas Sotionis. Ad quid hæc, niſi ad texendam calumniam? Baronius non dicit, ſe non meminiſſe, quod legerit ullum auctorem, qui fontium vinoſorum ante Chriſtum meminerit: ſed ait, ſe non meminiſſe, quod ullum Chriſti Nativitatem antegreſſum legerit; qui duos ſupra ex Epiphanio adductos fontes, & Nilum fluvium in vinum aliquando verſos eſſe, vel verti ſcripſerit. Et hoc longe aliter tinnit, quam quod Baronio impoſtor fraudulenter imponit. Sed abſiſto hinc, ne actum agam: jam enim Baronium ab hac, & multis aliis criminationibus Caſaubonianis præclare vindicavit noſter Heribertus Roſyveidus in Lege Talionis XII. Tabularum, & in Anticapello ſuo.

Illuſtriſſ. Baronii Caſaubonus conductitius calumniator. Baronius defenſus.

Fuerunt & alibi, ſed extra Epiphaniæ feſtum, amnes vinoſi, & fontes lactei. Sylveſter Giraldus in Itinerario Cambriæ lib. 2. cap. 1. *Hoc mihi notabile videtur, quod noſtris diebus tam fluvium hunc* (Alunum) *vino manare; quam fontem, quem Piſtil Devvi, fiſtulam David vocant, lac ſtillare compertum eſt.*

§. 5. Aqua Jordanis incorrupta.

Addamus & hoc: aquam Jordanis, poſtquam eam Chriſtus contactu & Baptiſmo ſuo conſecravit, incorruptionis munere donatam eſſe. Illuſtriſſ. Princeps Nicolaus Chriſtophorus Radzivilus, in ſuo Hodœporico Hieroſolymitano. *Aquam valde turbidam Jordanis habet, ſed ſalubrem, quæ in vaſe aſſervata, numquam corrumpitur, prout in ea, quam attuli mecum, indubitanter ſum expertus.* Hæc inclytus ille Princeps.

Donatiſtæ Epiphaniam non celebrant.

Illud denique dignum cenſeo, quod obſervetur. Donatiſtas olim in Africa Epiphaniæ feſtum non celebraſſe, ut teſtatur S. Auguſtinus Serm. 32. de Tempore his verbis. *Merito iſtum diem, numquam nobiſcum hæretici Donatiſtæ celebrare voluerunt, quia nec unitatem amant, nec Orientali Eccleſiæ, ubi apparuit illa ſtella, communicant: nos autem manifeſtationem Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, quia primitias gentium delibavit, in unitate gentium celebramus.*

Edit. Pariſ. pag. 230.

OBSERVATIONES IN CAPUT NONUM.

Quod eſt de feſto adorandæ S. Crucis.

CAPUT IV.

VIDE, quæ de Dominica Adorationis S. Crucis in media Quadrageſima ſcripſimus Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 67. & Tom. 2. multas habes Homilias a Græcis Patribus hac Dominica dictas.

Num. 2. Junii incuria.

Sticharium. Junius ſecure vertit, *manipulum*; & *Phelonen*, *penulam*; & *Epitrachelium*, *collarium*; *Orarium* retinet quidem, ſed ridicule interpretatur, *Pſalmum Oratorium*, δ'κτικὸν μέλος. Ergo miniſtri Eccleſiæ, qui Orarium ferebant, *Pſalmum Oratorium* ferebant. Quæſo inſpice imaginem Georgii Pachymeris initio Gregoræ, *Orario* conſpicuam; & diſpice, num ibi *Pſalmum Oratorium* inventurus ſis.

Num. 6. Junius ubique perperam *catacœlos*, pro *exocatacœlos*.

Num. 7. Junius addit negationem, οὐ φορῦσι, *non geſtant*. Codices Boici omittunt: itaque prorſus diverſus ſenſus efficitur; nempe Diaconos, tota Quadrageſima geſtare purpurea ſticharia, excepto Annunciationis feſto, Palmarum & Magno Sabbato.

Digitized by Google

OBSERVATIONES IN CAPUT DECIMUM

De feſto Palmarum.

CAPUT V.

§. 1. Ἑορτὴ βαίων, feſtum Palmarum. Balſamon correctus.

QUOD nos *feſtum Palmarum*, id Græci ἑορτὴν βαΐων, *feſtum Bajorum* vocant: de quo fuſe Codin. cap. 10. n. 1. 2. 3. & ſeqq. Βάϊα Græco ſermone dici *Palmas*, ſeu ramos Palmarum tradit S. Hieronymus in cap. 8. Ezechiel. Inſcite de hoc nomine Balſamon. *Bajum*, inquit, *lingua Romana neque ramum ex arbore cæſum, neque roſam ex roſeto collectam, neque lilium* ἐκ κρινωνιᾶς, *ex liliorum horto decerptum ſignificat*. De duobus poſterioribus, nil contendimus. De priore hæremus; ſi enim non ſignificat ramum, dic quid ſignificet? ἀνθρωπίνης δὲ γνώμης ἐκ τοῦδε εἰς τόδε μετάβασις, ἀγαθὴ δηλονότι ἢ πονηρά. *Bajum eſt humanæ mentis ex alio ad aliud tranſitio ſeu bona ſeu mala*. Pulchre, pergas. ἐντεῦθεν γὰρ τὰς παιδοτρίβας βαϊύλους καταρομάζομεν. *Hinc enim*, a Bajo ſcilicet, *pædotribas nominamus Bajulos*, ὡς τὰ νηπιώδη τὰ παίδων φρονήματα μετάγοντας πρὸς ἀρρένωσιν. *Tamquam qui puerorum animos ad virilem ſenſum traducant*. Docte. quaſi Bajulus non ſit a Latina voce, *Bajulo*, ſicut Gerulus a *Gero*. Pergit. καὶ παραβαϊκάτορας λεγόμεν τοὺς ποικιλλομένους κατὰ τὴν ἶριν συνεργοὺς, καὶ προδιδόντας τοὺς προσφυγας. *Prævaricatores (prævaricatores) appellamus cooperarios ſeu adjutores, qui variantur inſtar Iridis, & clientes produnt*. Ita quidem interpres. ſed quis non videt legendum eſſe κατὰ τὴν ἶριν? Ut prævaricatores ſint illi, qui in ipſa lite clientes ſuos deſtituunt, & produnt, variatique ad alteram partem, ſua deſerta, tranſeunt. Nimirum quia Græculus iſte in *Bajulo*, & *prævaricor* aliquam ſimilitudinem animadvertit cum voce Βάϊον, ideo putabat inde formatam, quaſi a *Vario*, ſeu, ut ipſe ſcripſiſſet, a βαρίω, & omiſſo ρ, a βαΐω, quod eſt *muto*; hinc etiam dicit, Judæos non intelligentes, Chriſto Hieroſolymam ingrediente, quid ſibi vellet illa ramorum geſtatio, exclamaſſe, Βαβαὶ, Papæ. Βαβαὶ τῆς Μωσαϊκῶν παραγγελιῶν, βάϊον ἀπροσδόκητον γέγονε, τουτέστι, μεταφορὰ πρὸς ἀπώλειαν. *Papæ leges & præcepta Moſaica; præter expectationem*, Baion, hoc eſt, *varium* ſeu *variatio* accidit. Hæc Græculus ille de etymo vocis, λαρῶν.

Balſamon deceptus vocum ſimilitudine. Edit. Pariſ. pag. 231.

§. 2. Impp. olim die Palmarum diſtribuebant Rogas.

Docet autem Balſamon hoc τῇ βαϊοφόρων die Impp. olim ac Patriarchas diſtribuiſſe ſubditis ῥόγας, hoc eſt, *munera*, & *Baja*; huncque uſum uſque ad tempora Conſtantini Monomachi duraſſe, & poſtea deſiiſſe. Sunt autem *Rogæ* ſtipendia etiam militaria: hinc apud Codinum, vox ipſa ῥόγαι, & inde formati ῥογάτορες, milites, qui ſtipendia merent, *Soldaten*. Item largitiones, *erogationes*, munera, & dona, a Principibus liberaliter diſtribui conſueta. Qua voce crebro utitur etiam Anaſtaſius Bibliothecarius in Hiſtoria Pontificum, ut in Eugenio: *Rogam Clero dedit*. Hinc etiam natus videtur modus loquendi Germanorum: *Ex Sat ein guetten Rogen Zegen*, de illo qui luculentum quid adeptus eſt. Hinc etiam ῥογάειν, *militare, merere:* Forte cuſa & hæc vox a Latino, *Rogo*, vel *erogo*. Habet Balſamon etiam ῥογάλια.

Luitprandus Rogam a ſe viſam deſcribit.

Hujuſmodi Rogam a ſe viſam deſcribit Luitprandus Ticinenſis, lib. 6. *In ea*, inquit, *quæ eſt ante βαϊοφόρον, quod nos Palmarum ramos dicimus, hebdomade, tam in militibus, quam in diverſis conſtitutis officiis numiſmatum aureorum erogationem, prout cujuſque meretur officium, Imperator facit: cui erogationi quia me intereſſe voluit, me venire præcepit. Fuit autem hujuſmodi. Erat appoſita decem cubitorum longitudinis, ac quatuor latitudinis menſa, quæ numiſmata loculis congregata, prout cuique dabatur, numeris extrinſecus in loculis ſcriptis retinebat. Ingrediebantur denique ad Imperatorem non confuſe, ſed ordinatim ſecundum vocantis vocem, quæ ſcripta virorum nomina ſecundum officii dignitatem recitabat. Quorum primus vocatus eſt Rector domus; cui non in manibus, ſed in humeris poſita ſunt numiſmata cum ſcaramangis quatuor* (veſtis genus eſt ſcaramangium, pluviæ, cæteriſque cæli injuriis arcendis appoſita, vide Pandecten Turcicum, cap. 177. & 199.) *poſt quem ὁ Domeſticus Scolarum, & λογαριαστὴς τῆς πλοίας ſunt vocati, quorum alter militibus, alter navigantibus præerat. Hi itaque paris numeri, quia dignitas par erat, numiſmata & Scaramanga ſuſcipientes, præ multitudine non jam in humeris portaverunt, ſed adjuvantibus aliis poſt ſe cum labore traxerunt. Poſt hos admiſſi ſunt magiſtri numero 24. quibus erogatæ ſunt numiſmatum aureorum libræ, unicuique*

Scaramangæ veſtes arcendis pluviis in Rogæ datæ.

Digitized by Google

ſecundum eumdem numerum viginti quatuor, cum Scaramangis duobus. Patritiorum deinde ordo hos pone eſt ſecutus, & duodecim numiſmatum libris cum Scaramanga una donatus. Turba poſt hos immenſa vocatur Protoſpathariorum, Spathariorum, Candidatorum, & id genus clientum. Hæc de Roga ad feſtum Palmarum fieri ſolita in Palatio Conſtantinopolitano Luitprandus.

§. 3. Deſitum dari *Rogam*. Patriarcha thymiama, cereos & Cruces loco *Rogæ* dividebat.

Sed fons iſte liberalitatis exaruerat in Palatio, & ferme etiam in Patriarchio; tempore Balſamonis, ut ipſe conqueritur. Et Patriarcha quidem ne prorſus immunificus videretur, κ) τλὼ ἡμέραν τῆς κατηχήσεως, *feſto Catecheſeos θυμιάματα* videbat, feſto Bajorum ſeu Palmarum cereos & Cruces. Magna quarta feria, hoc eſt, die Mercurii majoris ſeptimanæ cereos & thymiamata. Die Paſchatis ἀσπασμὺς καὶ τρικέφαλα. Interpres: *Salutationes & tricipitia.* Oſculo enim & amplexu excipiebat populum feſto Paſcatis, dans unicuique *Tricephalum:* exiguę monetæ genus eſt, a tribus capitibus nomen ducens. Celebrabatur dies Catecheſeos feria tertia poſt Dominicam τῆς Ἀποκρέω, hoc eſt, *carniſprivii*. Nomen hoc inde habebat, quia Patriarcha populum eo die jejunium Quadrageſimæ rite ſancteque obeundum commonefaciebat, datis thymiamatis, ſeu incenſis; quorum omnium rationes exponit Balſamon in quadam de hoc argumento epiſtola, quæ extat lib. 7. Juris Græco-Rom. fol. 471.

Tricephalum exigua moneta, a Patriarcha data. Dies Catecheſeos quis.

Ibidem ad feſtum Palmarum: pro τῷ πειρατῇ, quod vitioſe Junius adfert, ſcripſimus ex manuſcriptis ὁ πειράτης; ſic enim & oratio, & orationis ſenſus conſtat.

Edit. Pariſ. pag. 232.

Ibidem. Sabbato Lazari. pridie Palmarum celebrant Græci admodum ſolemni cæremonia feſtum excitati Lazari. de quo conſule Rituales libros Græcorum.

Num. 3.

Ἀλλάσσει. Meurſius V. ἀλλαξιμάειον dicit, recentiores Græcos ἀλλάσσειν ſimpliciter dicere, pro *inducere veſtem*; citatque hunc locum, & eum, qui paulo poſt de principibus ſequitur. Adducit & alium ex Euchologio, alium denique ex Marco Hieromonacho, hinc ἀλλάγματα & ἀλλαγαὶ abſolute *indumenta*. Quamvis autem nullus ex his locis ſimpliciter evincat id, quod vult Meurſius; demus tamen id ita eſſe; libenter viciſſim fatebitur, notionem de mutatione veſtium ipſi vocabulo congruentiorem eſſe; & hanc ſecundam quaſi adventitiam jure cenſeri.

Ἀλλαγαὶ mutationes veſtium.

§. 2. Junius correctus.

Ibid. Saccum, Junius *Sagum*, tam hic, quam ſupra. & in Annot. *Gallica vox corrupta ex Sagum*. Mirum ex Oriente non accerſitam originationem. Cur *ſaccum* potius a *Sago*, quam a *Sacco* Græcis Latiniſque communi deducamus; cur *Sagum* reddamus, cum non ſit tantum veſtis militaris, ſed & forenſis; nec forenſis tantum, ſed & Eccleſiaſtica? ut planum fit ex Turcogræc. pag. 20. ubi veſtis quædam Patriarchica, *Saccus* nominatur. *Filiæ ejus ornamenta dederunt Patriarchio, ἐξ ὧν ἐστι ὁ σάκκος ὁ ἀρχαῖος, ἕως τῆ νῦν. Ex quibus confectus eſt vetus ille Saccus; qui hodie quoque durat.* Ubi recte Interpres Pontificiam veſtem interpretatur. Diſtinguitur Saccus a *Mandya*. id clarum ex his. Codinus. ἐνδύεται ἐπάνω τῆ σάκκυ ϗ διαδήματος μανδύαν χρυσοῦν. *Induit Imperator ſuper ſacco & diademate aureum mandyam.*

Saccus veſtis Patriarchica.

Num. 5. Junii verſio rejecta.

Verba illa: εἰς τύπον ὁ Χριστῦ τὸ εὐαγγέλιον ἔρχεται. *Ad typum Chriſti bona hæc annunciatio advenit*, Junius verterat, prorſus inepte. quia *Idiomelum*, vel Lampadarius cantans illud *Idiomelum*; loquitur de Evangelio, quod Archidiaconus ferebat: & hoc Evangelium, ſive, ut diſtinctius dicam, hunc Codicem Evangeliorum, ait Chriſti typum ac figuram gerere.

Codex Evangeliorum Chriſti typum gerit.

OBSERVATIONES AD CAPUT UNDECIMUM
Quod eſt de luctu Imperatoris.

CAPUT VI.

Num. 2. Candida veſtis luctui adhibita.

NOTA, morem lugendi noſtro contrarium. Nam apud nos veſtes candidæ gaudii potius, quam luctus argumentum ſunt. Cantacuzenus lib. 3. Hiſtoriæ cap. 27. de die Coronationis ſuæ agens, ita ſcribit. *Poſtridie* (Coronationis) *veſtes auri ſubtemine picturatas deponentes, candidas induerunt, lugentium Imperatorum argumentum. Mutationis cauſſam præſentibus Imperator aſſeruit; pridie propter feſtum diem illas alias induiſſe: nunc illo præterito, rurſus fratris & Imperatoris (Andronici Junioris) mortem ſibi lugendam.*

Ibid.

Digitized by Google

Ibid. Intuere & animo venerare Sanctiſſimæ Virginis *Victoriæ effectricis* imaginem, cum imagine S. Georgii. Fuit hæc Nicopœæ Virginis imago, ſine dubio illa; quam Joannes Comnenus Imp. ſuo loco currui triumphali impoſuit, velut Victoriæ, quam obtinuerat, *unicam effectricem*. *Cum dies ſupplicationis ſeu triumphi adeſſet*, inquit Nicetas in Joanne Comneno, *omnis generis tapetes auro & purpura intertexti viſcos exornabant: nec deerant Chriſti & ſanctorum effigies in iis ad vivum expreſſæ. Erant & tabulata utrinque propter ſpectatores ſtructa digna admiratione. Fuit autem is locus urbis ſic inſtructus, qui ab Orientali porta uſque ad magnum Palatium pertinet. Quadrigæ a quatuor equis nive candidioribus trahebantur. Imperator vero non conſcendit, ſed Dei Genitricis imaginem in eo collocavit: ob quam lætitia exultabat, & animo pene linquebatur: cui victorias, ut Collegæ Imperii invictæ acceptas ferebat. Habenas viris potentiſſimis moderandas, & cognatis ſuis currum dedit curandum: ipſe Crucem manu geſtans, pedes anteceſſit, & Dei Sapientiæ templum ingreſſus atque in conſpectu omnis populi ob ſucceſſus gratiis Deo actis, in Palatium abiit.*

§. 2. Imago *Virginis Nicopeæ* triumphat.

Edit. Pariſ. pag. 233.

Videntur autem hanc Dei Genitricis imaginem ſecum extuliſſe in expeditiones. Hinc Nicetas Choniates in Imperio Murzuphli: *ἡ τῆς Θεομήτορος εἰκὼν ἣν οἱ βασιλεῖς Ῥωμαίων προπέμπουσιν εἰς πόλεμον, τῆς ἑταιρίας ἐκείνου*, *Imago Dei Genitricis, quam Romani belli Sociam aſſciſcunt, ab hoſtibus capta eſt*. Etiam Heraclius Imperator imaginem Sanctiſſimæ Virginis in militiam, præſidii cauſſa, abducebat. Arthurus Britto *in obſidione Badonici Montis, fretus imagine Dominicæ Matris, quam armis ſuis inſuerat, nongentos hoſtium ſolus adorſus incredibili cæde profligavit*: ut ſcribit VVilhelmus Malmesbuciensis lib. 1. de Geſtis Regum Angliæ cap. 1.

Imagines in expeditiones ductæ.

B. Virginis inſuta armis imago.

Ibid. S. Georgii imago. Forſitan hæc illa eſt, ex qua ſanguinem manaſſe ſcribit Pachymeres, l. 7. Hiſtor. Certe illa eſt, cujus equus (equitem enim hæc imago S. Georgium exhibebat) horrendo prodigio horrificum hinnitum edidit, ſub Andronico Seniore Imp. paulo ante quam Junior Andronicus Conſtantinopolim occuparet. Prodigium hoc ita deſcribit Gregoras lib. 8. *Sub mediam noctem quidam ab Imperatore adeſt, novum illi nuncium apportans, & ejus ſententiam exquirens. Modo enim, inquit, cum Imperatorii hipenniferi & milites, & enſiferi cubitum ituri eſſent, tantus ſubito hinnitus circa Palatium exauditus eſt, ut omnes percellerentur. Intempeſta enim nocte, cum neque Imperatorii, neque Senatorii equi, nec in ipſo Palatio, nec ante fores eſſent, improviſa res animos audientium perturbavit, & alii alios quid rei eſſet, interrogarunt. Eo tumultu nondum ſedato, alter hinnitus priore major exauditus eſt, ab ipſo etiam Imperatore: qui miſſo miniſtro, unde is eſſet, quæſivit: ſed nihil audivit aliud, niſi ab equo in quodam Palatii pariete, ante victricis Deiparæ ſacellum, quem Paulus olim præſtantiſſimus pictor effinxiſſet, D. Georgium Chriſti Martyrem pulcherrime ſuſtinentem, eſſe editum. Ad hæc Logothetа jocatus, ut ſolebat, ad Imperatoris interrogationes: Gratulor tibi, inquit, Imperator, futuros triumphos. Monſtroſum enim equi iſtius hinnitum nihil aliud indicare reor, niſi tuam adverſus Agarenos Aſiam noſtram populantes expeditionem. Quibus Imperator auditis, alio adoleſcente ad eum miſſo: Tu quidem, inquit, iſto reſponſo, ſive, ut ſoles, mei exhilarandi gratia, ſive alia de cauſſa, dato, rem ignorare videris. Ego autem, quid verum eſſe cenſeam, tibi dicam. Nam ut patres noſtri nobis tradiderunt, equus iſte alias etiam ad eumdem modum hinniit, cum Balduinus Latinorum Princeps a patre noſtro pulſus, urbem amiſſurus eſſet. Quo monſtro cum & ille diu, ut ominoſo, terreretur; tandem nec multo poſt, eventum ipſe expertus eſt, cum urbem a Romanis vaſtari cerneret.*

§. 3. Equus in imagine S. Georgii hinnit ſecundum.

Hinnitum ipſe Andronicus Senior exaudit.

Hinnitus Imperatori ominoſus ab exemplo.

Ex hac Gregoræ narratione habes, hanc D. Georgii equeſtrem imaginem, tanto miraculo nobilitatam, eſſe illam, de qua hic Curopalata. Vide quæ de S. Georgio ſcripſimus lib. 2. de feſtis, cap. 6. Conſule etiam Adamannum Scotum Abbatem de ſitu Terræ ſanctæ, nuper a nobis editum, libro tertio. Ubi mira de quadam S. Georgii imagine reperies.

Peripaton, commodius non vertes, quam ſi proceſſionem vertas; eſt enim id quod Germani vocant *den Umbgang*. Vide quæ hac de re diximus l. 1. de ſacris Proceſſionibus, cap. 1. Junius & ubique *ambulat*, & *ambulationes* ſomniat; ut morem ſacrarum proceſſionum, ſupplicationum & Litaniarum obfuſcet.

Num. 4.

Junii profanæ ambulationes.

De imagine Virginis Hodegetriæ, cap. ſeq. plura ipſemet Codinus. Non erat ordinarie in Aula, ſed in Monaſterio τῆς ὁδηγῶν; ferebatur autem pietatis cauſſa ad aulam ultimis Quadrageſimæ diebus: nempe feria illa quinta, quæ noſtram Dominicam *Judica* antecedit; manebatque in Palatio uſque ad ſecundam feriam Paſchatis; quo die referebatur in Monaſterium & templum τῆς ὁδηγῶν. Eſt hæc

Num. 5. Virginis Hodegetriæ imago in aula portata.

Digitized by Google

imago, ad quam, capta ab Andronico Juniore Conſtantinopoli, Andronicus Senior ſupplex confugit. Rem ſic narrat Nicephorus Gregoras lib. 9.

Edit. Parif. pag. 234. Ad eam confugit Andronicus Senior.

Senior tumultu & clamore audito, de lecto ſurrexit, perturbatiſſimus, & omni ope deſtitutus ducum atque militum, (Palatium enim, cubiculi miniſtris, adoleſcentibus exceptis, deſertum prorſus erat) ad ſacram imaginem Dei Genitricis Hodegetriæ confugit, ante multos dies in Palatium translatam, quæ ei firma ſolatia erat. Hac igitur fretus, & humi proſtratus, ardenter cum lachrymis obteſtatur, ne periclitantem deſeret, & ſicariorum enſibus objiciat. Exaudivit preces ejus, & feſtinum tulit auxilium, quæ quidvis poteſt, caſtiſſima Dei Genitrix. Nam dum ille in Palatio Deiparam ad hunc modum deprecatur: Junior Imperator foris omnibus ducibus & tribunis ſuis convocatis, graviter edicit, ne avum Imperatorem vel manu, vel ullo contumelioſo dicto violarent, nec quemquam prorſus omnium. Hanc enim, inquit, victoriam Deus nobis dedit, non ipſi paravimus. Dei voluntas major omnia, cui parent omnia.

Virginis potens auxilium.

Virginis imaginem Andronicus Junior veneratur.

Et poſtquam Avi ad Nepotem lachrymis dignam orationem expoſuit, ſubjungit. *His verbis Junior Andronicus delinitus, avique ſalutis diligenti cura ſuſcepta, vix etiam a lachrymis temperans, Palatium ingreditur, ac primum Venerabilis Dei Genitricis imagine, ut decet, adorata, deinde avum illi inhærentem abductum, ſalutavit, amplexus eſt, & blandis verbis recreavit.*

Num. 2.

Cum autem teſte eodem Gregora 24. dies Maii ageretur, quando a Juniore Andronico Conſtantinopolis capta eſt, neceſſe eſt imaginem Virginis Hodegetriæ extra ordinem præſcriptum in Palatio fuiſſe: & forte Andronicus ſenior defectione illa Nepotis & aſſeclarum commotus, eam in Palatium ſolatii & ſubſidii cauſſa apportandam curaverat.

Virginis Hodegetriæ honores a Michaele Palæologo delati.

Quid veneretionis Michael Palæologus Imperator imagini Hodegetriæ, expulſis Latinis Conſtantinopoli, detulerit, his verbis exponit Gregoras lib. 4. *Poſt dies complures, Imperator Conſtantinopolim intrat, non prius tamen, quam ſacroſanctæ Deiparæ, quam quaſi viæ monſtratricem Hodegetriam vocant, imago per portam, quam Auream dicunt, ingreſſa eſſet. Ubi cum illi gratiæ hymnis actæ fuiſſent, tum demum pedes, præcedente ſacroſancta imagine, eſt ingreſſus, & in Palatio, quod Hippodromo proximum eſt, habitare cœpit.*

Pulcheria templum Hodegetriæ Virginis ædificavit.

Porro templum τῷ ὁδηγῶν ædificavit Pulcheria Imperatrix, in quo divinam Deiparæ imaginem repoſuit, quam Lucas Evangeliſta in tabula depictam reliquit, ut ait Nicephorus lib. 14. cap. 2.

Cum Iſaacum Angelum Imp. Conſtantinopolitanum Branas arcte obſideret, Imperator *Dei Genitricis imaginem, quæ ab Hodegio, Monaſterio, Hodegetria nuncupatur, in mœnia pro vallo inexpugnabili tranſtulit*, ut ſcribit Nicetas Choniates lib. 1. de rebus geſtis Iſaaci Angeli. Nec fruſtra, ut felix exitus declaravit.

Ut jusjurandum eo firmius eſſet, voluit Andronicus Senior Imp. ſibi illud dari a Michaele Catharo, nepote ſuo, coram ſacroſancta imagine caſtiſſimæ Dei Genitricis Hodegetriæ, ut ſcribit Gregoras lib. 8. Hodegetriam porro, interpretatur VVolphius *Viæ monſtratricem*, ſeu *Ductricem*.

OBSERVATIONES AD CAPUT DUODECIMUM.
Quod eſt de officio Magnæ Hebdomadæ.

CAPUT VII.

Num. 1.

QUIBUSDAM religio eſt, dicere, *Hebdomada, Hebdomadæ*. Sed hæc religio a ſuperſtitione parum abit. Adſcribam hic verba Scholiaſtæ librorum de Avaritia Salviani Maſſilienſis, ad illud, *Lampadam tuam. Ne quis forte putet vitium eſſe, in hac lectione, & reponendum*, Lampadem, *moneo Lampadam quoque dici a nominativo* Lampada. *Sic* Hebdomada, *Latina terminatione, quæ Græcis* Hebdomas.

pag. 235. §. 2. Meurſius Ritualibus Græcorum non inſpectis hallucinatur.

Ibid. Meurſius admodum anxie monet, ne quis, cum audit, quatuor Evangelia lecta eſſe, ſuſpicetur, *Tetrabiblon Evangeliorum*, hoc eſt, ipſos integros quatuor Evangeliorum commentarios lectos eſſe; quod nimis longum fuiſſet. Itaque articulum τὰ, præpoſitum vocabulo τέσσαρα, exulare jubet. Sed ſi Græcorum Rituales libros diligentius inſpexiſſet, aliter puto ſuper hac re pronunciaſſet. Ita enim Typicum Sabæ cap. 38. agens de hac magnæ Hebdomadis feria ſecunda. *ἀναγινώσκονται δὲ τὸ τετραευαγγέλιον τῇ β', τῇ γ', καὶ τῇ δ' ἕως πλησίον.* *Legantur*

Digitized by Google

quatuor Evangelia feria secunda, tertia, quarta: & absolvuntur. Ne autem suspiceris tantum partem aliquam ex quatuor Evangeliis lectam esse; audi ejusdem Typici auctorem, eodem loco. Εἰδέναι δὲ χρὴ, ὅτι τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον εὐαγγέλιον ὅλον ἀναγινώσκεται. ὁμοίως καὶ τὸ κατὰ Μάρκον, καὶ τὸ κατὰ Λουκᾶν. Τὸ δὲ κατὰ Ἰωάννην, ἀναγινώσκεται ἄχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ ἁγίου πάθους. Ἀναγινώσκεται δὲ ὅπως ἐν ταῖς τρισὶν ἡμέραις. ἤγουν β', γ', καὶ δ'. καὶ πληροῦται ἐν ταῖς ὥραις. Γίνεται δὲ τὸ κατὰ Λουκᾶν, ἀναγνώσεις, γ'. τὰ δ' ἄλλα, ἐν τῷ φόβῳ. ὁμοῦ, ἀναγνώσεις θ', καὶ ὥρας, θ', καὶ πλέον οὐδέν, *Scire oportet, Evangelium S. Matthæi totum legi* (N. totum) *similiter & S. Marci, & S. Lucæ. At Evangelium S. Joannis legitur usque ad principium salutiferæ passionis, Leguntur autem sic Evangelia tribus diebus, nempe feria secunda, tertia & quarta, & absolvuntur in horis. Evangelium S. Lucæ tribus lectionibus perficitur, reliqua duabus, ut simul fiant novem lectiones, & horæ novem, nihilque amplius.*

Quatuor Evangelia legebantur in magna hebdomade.

Nota Evangelia legebantur.

Ex his jam Meursius non Codinum, sed sua emendare poterit. Et si quid emendandum sit, potius expungam illud τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ, quia magna feria quinta non legebatur τὸ τετραεὐαγγέλιον, quippe quod præcedente die, videlicet magna feria quarta jam absolutum erat, ut ex Typico Sabæ audivimus, nisi forte in Palatio Constantinopolitano Tetrabibli lectio ad quintam ipsam feriam magnam extenderetur. Quamvis ipsum quoque Triodium Græcorum cum Typico Sabæ concinat: cujus hæc sunt verba. *Legitur etiam Tetraevangelium secunda, tertia, & quarta feria, καὶ πληροῦται. & completur seu terminatur.*

Post absolutam narrationem de Lotione pedum, sequitur in editione Juniana titulus iste, ὁ αὐτός. sed vidit ipsemet Junius titulum non suo loco positum esse, & si recipiendus sit, ponendum ante illa verba.

Num. 2.

Πρὸ δὲ τῆς λειτουργίας, &c. Nec in altero Codice Boico comparet.

Num. 1.

Curtzobraccia. *Kurge hosen*, ut παπούτζιον, *solea, calceus*; scribitur etiam παπούτζη. Melior forsan scriptura est *Curtobraccia*.

Num. 2.

De more lavandi pedes, tam hoc die, quam aliis proprium opusculum edidi, quod Pedilavium inscripsi. cui etiam ex Euchologio Græcorum Officium *Pedilavii* inserui. Nec Orientis tantum Reges & Imperatores, hoc die pauperum pedes lavabant, sed & Occidentis, ut pluribus exemplis ostendi in jam dicto opusculo.

Imperatores & Reges lavabant pedes.

Alter Codex Boicus, ἀνὰ χρυσοῦν νομίσματα τρία. forsan recta lectio erit, ἀνὰ χρυσᾶ νομίσματα; *dantur singulis tria aurea numismata:* ut ἀνὰ capiatur eo sensu, quo Matth. 20. ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον, *acceperunt singuli denarium.* ἔλαβον καὶ αὐτοὶ ἀνὰ δηνάριον, *acceperunt ipsi quoque singuli denarium.*

Num. 5. Lectio restituta.

Duodecim ista Evangelia erant partes ex quatuor Evangelistis desumptæ, ut planum fit ex Græcorum Triodio; ubi duodecim ista Evangelia ordine enumerantur, adjuncto Evangelistæ, ex quo quodlibet desumptum est, nomine. Itaque nihil hæc duodecim Evangeliorum lectio ad illam quatuor Evangeliorum seu τῶν τετραευαγγελίων, ut ex dictis perspicuum relinquitur. Falsum autem est, duodecim hæc Evangelia quater in anno lecta esse, ut dicit Meursius. Semel in anno lecta sunt, non quater; nempe magna feria quinta in Officio Vigiliæ profesto Paraskeves institutæ. Testem do ipsum Codinum, & Triodium. Nec recte Meursius huc advocat lectionem duodecim lectionum ex Anastasio & Bernone: loquuntur enim de duodecim lectionibus in Angariis, seu quatuor temporibus recitari consuetis. At Codinus agit de duodecim Evangeliis, quæ quinta feria majoris Hebdomadis in Officio Vigiliæ legebantur.

Num. 7.

Evangelia quatuor semel in anno lecta.

Meursius erravit.

Edit. Paris. pag. 236.

Nec duodecim illæ lectiones, quas ex Anastasio & Bernone producit Meursius, in Angariis ex Evangelio sumebantur, sed ex Mosaicis & Propheticis libris, ut & hodie Angariarum lectiones quinque ex Prophetiis petuntur. Quam apposite vero ad Evangelia, quæ recitabantur in Ecclesia, accommodat Meursius illud Isidori Pelusiotæ l. 2. ep. 150. ubi ait, phylacteria Judæorum fuisse δελτία μικρὰ, parvulas tabellas, vel libellos, ἅπερ ἱφόρουν οἱ τῶν Ἰουδαίων καθηγηταὶ, ὥσπερ νῦν αἱ γυναῖκες τὰ εὐαγγέλια τὰ μικρὰ: *quos ferebant Judæorum Magistri, quemadmodum etiam nunc fœminæ parva Evangelia.* Arbitratur parva fuisse Evangelia illa, quæ in templo legebantur: sed cum toto anno plurima Evangelia legerentur, haud parva dici potuissent. Parva igitur dicuntur, vel quia initium unius Evangelii, puta S. Joannis, vel omnium quatuor Evangelistarum exordia continebant, ferebanturque, ut & hodie Evangelium S. Joannis, amuletorum vice potissimum a fœminis. Vide quæ scripsimus Tom. 1. de sancta Cruce libr. 2.

§. 2. Lectiones quatuor temporum non erant ex Evangeliis. Meursius haud probus Evangelicus.

Explicatur id, a fœminis *parva Evangelia* esse portata.

Digitized by Google

cap. 29. Sed ut hinc tandem abeam, ἀδὴν ὑγὴς in Glossario Evangelio inesse reperio.

Num. 10.

Ex quatuor Vigiliis, in Palatio celebri solitis, prima est *magni Canonis*. ubi dicit Junius; *festum magni Canonis esse Dominicam Orthodoxiæ*: sed errat more suo solemni. Nam Dominica Orthodoxiæ erat prima Dominica Quadragesimæ festum magni Canonis agebatur τῇ πέμπτῃ τῆς πέμπτης ἑβδομάδος τῆς τεσσαρακοστῆς, *quintæ feria quintæ Hebdomadis Quadragesimæ*: docent hoc Rituales Græcorum libri; quorum unus qui Triodium inscribitur, ista.

Junius imperite festum magni Canonis & Dominicam Orthodoxiæ confundit.

Vigilia seu festum magni Canonis quando actum.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κατὰ τὴν ἀρχαίαν παράδοσιν ψάλλομεν, καὶ τὸν τοῦ μεγάλου κανόνος ἀκολουθίαν. τοῦτον τὸν ὕμνον κανόνων μέγιστον ἁπάντων ἀσίδων καὶ ποιητῶν ἁρμόσατο, καὶ συνέγραψεν ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Ἀνδρέας, ὁ ἀρχιεπίσκοπος Κρήτης, ὁ καὶ Ἱεροσολυμίτης ὀνομαζόμενος, ὃς ὥρμητο μὲν ἐκ Δαμασκοῦ. ἐπὶ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς αὐτοῦ ἡλικίας παιδευτηρίου γραμματικῆς ἐκδοθεὶς, καὶ τὸν ἐγκύκλιον παίδευσιν ἐξασκήσας, εἰς Ἱεροσόλυμα γέγονεν, ἔνθα μοναστὴν ὑπέρχεται βίον, ὁσίως δὲ καὶ θεοφιλῶς ἔζων, ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἀπαραλόγῳ τῇ βιωτῇ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα συγγράμματα. βιωφελῆ καταλείπει τῇ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ, λόγους τε καὶ κανόνας, μᾶλλον εὐφραδέστερος ὢν τοῖς πανηγυρικοῖς γινόμενός τε καὶ δεικνύμενος. σὺν πολλοῖς δὲ ἄλλοις καὶ τὰ παρόντα μέγαν κανόνα συνέταξε, κατάνυξιν ἄπειρον ἔχοντα. πᾶσαν γὰρ παλαιᾶς καὶ νέας ἱστορίαν θεοπνεύστου ἐφαπτόμενος, καὶ ἀθροίσας, τὰ παρὸν ἁρμόσατο μέλος, ἀπὸ Ἀδὰμ ἐπιλαβόμενος καὶ αὐτῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως, καὶ τὰ τῆς ἀποστόλων κηρύγματος. προτρέπεται γοῦν ἐν τούτῳ πᾶσαν ψυχὴν, ὅσα μὲν ἀγαθὰ τῆς ἱστορίας ζηλοῦν καὶ μιμεῖσθαι πρὸς ὠφέλειαν. ὅσα δὲ τῆς φαύλου, ἀποφεύγειν, καὶ ἀεὶ πρὸς Θεὸν ἀνατρέχειν, διὰ μετανοίας, διὰ δακρύων, καὶ ἐξομολογήσεως, καὶ τῆς ἄλλης ἐπιτηδείας διαθέσεως. πλοῦς ἐστὶν οὗτος καὶ ἐμπειρίας, ὡς καὶ αὐτοῖς τοῖς σκληροτέραν ψυχὴν ἑκατὸν μαλάξαι, καὶ πρὸς ἀνάληψιν ἀγαθῶν διεγεῖραι. εἰ μόνον μὴ συντετριμμένης καρδίας, καὶ προσοχῆς ἀνυπνύστου ψάλλοιτο.

Edit. Paris. pag. 237.

Ἐποίησε δὲ τοῦτο, ὅτε καὶ ὁ πατριάρχης Ἱεροσολύμων ὁ μέγας Σωφρόνιος, ὁ τὸν Αἰγυπτίας Μαρίας βίον συνεγράψατο, κατάνυξιν, ὃν καὶ ἔτος ὁ βίος προβέβληται ἄπειρον. καὶ πολλοῖς τοῖς ἑπτακόσι καὶ ἁμαρτάνουσι παραμυθίαν δίδωσιν, εἰ μόνον τῆς φαύλου ἀποστῆναι βούλοιτο, ἐπέτυχθησαν δὲ καὶ τῆς τῇ παρούσῃ ἡμέρᾳ ψάλλεσθαι, καὶ ἀναγινώσκεσθαι δι' αἰτίαν τοιαύτην. ἐπειδὴ γὰρ πρὸς τὸ τέλος ἐγγίζει ἡ ἁγία τεσσαρακοστὴ, ἵνα μὴ οἱ ἄνθρωποι ῥᾴθυμοι γεγονότες, πρὸς τοὺς πνευματικοὺς ἀγῶνας ἀμελέστερον διατεθῶσι, καὶ τῆς σωφρονεῖν καθάπαξ ἐν πᾶσιν ἀποχοιντο. ὁ μὲν μέγιστος Ἀνδρέας, οἷά τις ἀλείπτης, διὰ τῆς ἰσορμῶν τοῦ μεγάλου κανόνος, τῆς μεγάλων ἀνδρῶν λέγων τὸν ἀγῶνα, καὶ τῆς φαύλου αὖθις τὸν ἐκτροπὴν, ὡς ἂν τις φαίη, γενναιοτέρους τοὺς κάμνοντας παρασκευάζει, καὶ ἀνδρικῶς τοῖς ἐμπροσθεν ἐπεκτείνεσθαι. ὁ δὲ ἱερὸς Σωφρόνιος, διὰ τῶν ὑπερφυῶς αὐτοῦ λόγων, σώφρονας καὶ αὖθις εἶναι ποιεῖ. καὶ πρὸς Θεὸν διεγείρει, καὶ μὴ καταπίπτειν, μηδὲ ἀπογινώσκειν, εἰ καὶ πάσι τισὶν ἐλλώβοις παραπτώμασιν, ὅσοι γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία καὶ συμπάθεια τοὺς ὀλοφύχους ἐκ τῶν φαύλων πταισμάτων ἐπιστρέφειν αἱρουμένοις, ἡ κατὰ τὸν Αἰγυπτίαν διήγησις παρίστᾳ.

Λέγεται δὲ μέγας κανὼν ἴσως ἄν τις εἴποι, καὶ κατ' αὐτὰς τὰς ἐννοίας. καὶ τὰ ἐνθυμήματα. γόμος γὰρ ἐστὶν ὁ τοῦτο ποιητὴς ἀρίστως αὐτὸ συνυφάμενος. καὶ ὅτι τῶν λοιπῶν κανόνων ἀνὰ τριάκοντα, καὶ μικρόν τι πρὸς, τροπαρίων ἐχόντων, ὕμνος εἰς διανύσιν καὶ ποστιχοποιΐαν φέρεται, ἑνὸς ἑκάστου ἄρρητον ὑποτιθέντος ὑφορμόν. ἀριθμὸς ὅλως ἄρα καὶ προσηκόντως ὁ μέγας οὗτος κανὼν, καὶ μεγάλῳ κεκτημένος κατανύξει, κἂν τῇ μεγάλῃ τῶν τεσσαρακοστῶν καταπεπαύται. τοῦτον δὲ ἄριστον κανόνα καὶ μέγιστον, ὁ τὸν τῆς ὁσίας Μαρίας λόγον, ὁ αὐτὸς πατὴρ ἡμῶν Ἀνδρέας ὡρῶπος εἰς τὸν τῶν Κωνσταντίνου κατέμιξε, ὅτε πρὸς τὸν πατριάρχην Ἱεροσολύμων Θεόδωρον τὴν ἐκτὴν συνοδον καλεῖς, εἰς βοήθειαν παρεγένετο. τότε γὰρ ἀεί τοις καὶ τῆς μονοθελητῶν ἀγωνιστὰς ἔτι καὶ νῦν ἐν μοναζουσι, τῆς ἁγίας ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίας κλήρου συγκαταλέγεται. εἶτα ἡγούμενος, καὶ ὀρφανοτρόφος ἐν ταύτῃ καθίσταται. καὶ μετὰ μικρὸν Ἀρχιεπίσκοπος Κρήτης γεώμορος, ἐσύστερον ἀγχέσπορος πρὸς τὴν λεγομένην Ἱερισσὸν καταντήσας ἐν Μιτυλήνῃ, πρὸς κύριον ἐνδημεῖ, ἀρκουμένους τὸ ἴδιον θρόνον ἐν μιθέξει γεώμορος. ταῖς αὐτοῦ πρεσβείαις ὁ Θεὸς ἐλέησον ἡμᾶς.

Eodem die (quinta feria quintæ Hebdomadis Quadragesimalis) *canimus officium magni Canonis. Hunc vere ex omnibus Canonibus maximum, optime, & ingeniose composuit, & conscripsit Sanctus Pater noster Andreas Archiepiscopus Cretæ, cognomento Hierosolymitanus, ex Damasco oriundus, qui decimo quarto ætatis suæ anno Grammatica studia aggressus, & in omni disciplinarum genere probe exercitus, Hierosolymam pervenit, vitamque Monasticam iniit, qui sanctè & pie vitam peragens, in quieto illo & a turbis remoto vivendi instituto, multa quidem cum alia Ecclesiæ Dei fructuosa ingenii sui monumenta reliquit; [tum varias orationes & Canones: crebrior tamen & copiosior in panegyricis orationibus extitit. Ex multis autem aliis hunc quoque magnum Canonem, infinita contritione, animique compunctione refertum, elaboravit. Collecta enim in unum universa veteris & novi Testamenti historia, canticum hoc composuit, ab Adamo videlicet, usque ad*

§. 2. Natales & studia Andreæ Cretensis, qui auctor magni Canonis.

Ejus scripta.

Digitized by Google

Christi Ascensionem, Apostolorumque prædicationem: quo quidem omnem animam cohortatur, ut ea quæ in historia videt esse bona, & laudabilia, pro viribus sectetur; quæ vero mala, fugiat, & aversetur, semperque ad Deum recurrat per pœnitentiam, & lachrymas, per confessionem, & per alia hujusmodi Deum placandi, eique placendi, media. quin adeo Canon hic canorus est, & in animos tam facile instillat, ut & mentem, etsi præduram, satis emolliat; & ad recipiendum id quod bonum & honestum est, excitet, dummodo corde contrito, & debita cum attentione psallatur.

§. 3. Tempus scripti magni Canonis.

Ferit autem hunc Canonem eo tempore, quo Magnus Sophronius Patriarcha Hierosolymitanus, vitam Mariæ Ægyptiæ litteris mandavit: quæ & ipsa compunctionis plenissima est, lapsisque & peccatoribus multum consolationis affert, si modo a pravis operibus desistere velint. Lege autem receptum est, ut hac die legantur hac de causa: Cum enim sancta Quadragesima ad finem tendat, ne homines segniores effecti, spiritualia certamina negligentius ineant, vitamque sobriam & temperantem valere jubeant: maximus adest Andreas, qui velut Aliptes, per historias magni Canonis, enumerando insignium virorum virtutem, & improborum casum & eversionem, eos qui laboribus insistunt, alacriores, & ut ita dicam, generosiores facit, ut viriliter ea quæ supersunt, capessant. Sanctus vero Sophronius oratione sua sobrios & ipse reddit, & ad Deum excitat, ne corruant, & desperent, licet aliquibus peccatis irretiti fuerint. Quanta enim sit Dei humanitas & clementia in illos, qui ex toto corde præteritæ vitæ noxas relinquere cogitant, narratio de Maria Ægyptiaca abunde docet.

Quando lectus magnus Canon.

Materia magni Canonis. Sanctus Sophronius pœnitentibus animandis S. Mariæ Ægyptiacæ vitam scripsit.

§. 4. Quare dictus magnus Canon.

Appellatur autem magnus Canon, ut forte quispiam dixerit, propter sententiarum pondus & gravitatem, quarum feracissimus est Canonis hujus auctor, in his componendis præclare exercitatus: cumque cæteri Canones, triginta, aut paulo amplius, troparia contineant, iste ad ducenta & quinquaginta progrediatur, quolibet ex illis ineffabilem stillante dulcedinem, & voluptatem. Jure igitur optimo, & convenienter sancitum est, ut magnus iste Canon, & compunctionis plenissimus in magna Quadragesima psallatur. Hunc præclarissimum & maximum Canonem, & orationem in Mariam (Ægyptiacam) ipsemet Pater noster Andreas primus Constantinopolim tulit, quando ab Jerosolymorum Patriarcha Theodoro ad sextam Synodum subsidio missus est. Tunc enim monasticam vitam adhuc profitens, cum adversus Monothelitas fortiter decertasset, Ecclesiæ Constantinopolit. Clero adscriptus est; deinceps in eadem Diaconus, & pupillorum curator & altor constituitur; & non longo post tempore Archiepiscopus Cretæ ordinatus est. Postea proxime apud locum, qui Hierisus dicitur, cum Mitylenem pervenisset, migravit ad Dominum, cum sedis suæ fructum copiosum percepisset. Ejus intercessione miserere nostri Deus. Hæc liber ille Ritualis Græcorum, ex quibus eluescunt cum alia vulgo parum nota, tum Dominicam Orthodoxiæ, & diem magni Canonis non fuisse unum & eumdem diem.

Edit. Paris. pag. 238. Reliqua vitæ Andreæ Cretensis.

§. 5. De secunda Vigilia hymni Acathisti spurium glossema Junii.

Secunda vigilia Palatii est τῆς ἀκαθίστου. Junius interpretatur, *Virginis iter facientis & parturientis, & quasi dicas*, inquit, *ejus quæ non sedet, aut quiescit, sed iter facit prægnans; puta cum B. Virgo a Josepho deduceretur Bethlehemum ex edicto Augusti Cæsaris, proxime ante diem natalem Christi.* Fabulæ. Quas dispellet idem ille Ritualis Græcorum liber, quem paulo ante nominavi, in quo ista leguntur.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ) τῷ σαββάτῳ τῆς πέμπτης ἑβδομάδος τῆς τεσσαρακοστῆς) ἡ ἀκάθιστον ὕμνου ἑορτάζομεν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, διὰ αἰτίαν τοιαύτην. Ἡρακλείου τοῦ αὐτοκράτορα Ῥωμαίων ἀρχὴν διέποντος, ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς Χοσρόης ἰδὼν τὰ Ῥωμαίων ἄκρως πεπεισωθέντα παρὰ Φώκα βασιλέως τοῦ τυράννου, ἵνα τῶν σατραπῶν Σάρβαρον ὄνομα μετὰ χιλιάδων πλειόνων στέλλει, πᾶσαν τὴν ὑπ' αὐτὸν ὑποποιήσασθαι. ἔφθη δὲ καὶ πρότερον ὡσεὶ δέκα μυριάδας Χαισιανῶν ἀφθείρας Χοσρόης, ἅτε τῶν Ἑβραίων αὐτὸς ἐξωνημένων καὶ ἀπολλυόντων. ὁ γοῦν Ἀρχισατράπης Σάρβαρος τὴν ἅπασαν λιτὴν ἄμβυς ἅπασαν, ἔφθασεν ἄχρι καὶ αὐτῆς Χρυσοπόλεως, ἣ νῦν Σκυτάριον ἐπικέκληται. ὁ τοίνυν Βασιλεὺς Ἡράκλειος ἐν ἀπορίᾳ κατεστὰς δημοσίων χρημάτων, τὰ ἱερὰ τῶν ἐκκλησιῶν εἰς χέρμα μετασκευασάμενος ἐπὶ ἀποδόσει μείζονι καὶ τελειοτέρᾳ, ἀφ' ἧς Εὐξίνου μετὰ πλοίων τοῖς τῶν Περσίας μέρεσιν εἰσβαλὼν, ἀφαιρεῖται αὐτῶν. καὶ καταπράττει ἀπὸ ταύτης ὁ Χοσρόης σὺν τῇ λοιπῇ στρατιᾷ. μετ' ὀλίγον δὲ Σειρόης ὁ υἱὸς Χοσρόου ἀποστὰς τοῦ πατρὸς, τῷ ἀρχῷ ἑαυτὸν περιτίθησιν, καὶ τὸν πατέρα Χοσρόην ἀποκτείνας, τῷ βασιλεῖ Ἡρακλείῳ σπένδεται. Χαγάνος γε μὴν ὁ τῶν Μυσῶν καὶ Σκυθῶν ἀρχηγὸς, μαθὼν τὸν βασιλέα ἀφαπόντιον εἰς Πέρσας χωροῦντα, τὰς μετὰ Ῥωμαίων ἀφλύστους σπονδὰς, σίφη μυριάριθμα ἐπαγόμενος, ἀπὸ τῶν δυτικῶν εἰσβάλλει μερῶν εἰς τὴν Κωνσταντίνου, καὶ Θεοῦ βλασφήμους ἐκπέμπων φωνάς. αὐτίκα τοίνυν ἡ μὲν θάλασσα πλοίων, ἡ δὲ γῆ πεζῶν καὶ ἱππέων ἀπείρων ἔμπλεως ἦν. Σέργιος δὲ ὁ πατριάρχης, πολλὰ τῶν τῆς Κωνσταντίνου παρακαλεῖ λαὸν, μὴ καταπίπτειν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν ἐλπίδα ἐκ ψυχῆς εἰς Θεὸν ἀναφέρειν, καὶ εἰς τὴν αὐτοῦ μητέρα τὴν παράχραντον Θεοτόκον. καὶ μὴν καὶ Βῶνος πατρίκιος ὁ τὴν καῦτα τὴν πόλιν διέπων, τὰ ἀνήκοντα εἰς ἀποτροπὴν τῶν πολεμίων παρε-

Digitized by Google

σκυλάζετο. δεῖ γὰρ μετὰ τῆς ἄνωθεν βοηθείας, καὶ ἡμᾶς τὰ προσήκοντα ἐνεργεῖν.

Ὁ δὲ πατειάρχης τὰς θείας εἰκόνας τῆς Θεομήτορος μετὰ πάντος ἐπαγόμενος τὸ πλήθυς περιῆει τὸ τεῖχος ἄνωθεν, ἐντεῦθεν τὸ ἀσφαλὲς αὐτῷ ποριζόμενος. ὡς δὲ ὁ μὲν Σάρβαρος οὐκ ἐφᾶν, Χαγάνος δὲ ἀπὸ δυσμῶν πυρπολεῖν τοὺς πύργους τῆς πόλεως ἤρχοντο. ὁ πατειάρχης τῷ ἀχειροποιήτῳ τῆς Χερσῦ εἰκόνα, καὶ τὰ τίμια καὶ ζωοποιὰ ξύλα, προσέτι δὲ καὶ τῷ τιμίαν ἐδῆπτα τὴν Θεομήτορος ἐπιφερόμενος, ἀνὰ τοὺς τειχῶν περιήρχετο. Χαγάνος δὲ ὁ Σκύθης, ἀνὰ τὸ χερσαίως τειχῶν πρόσβαλλει τῇ Κωνσταντίνου συὺ πλήθει ἀπείρῳ ἄκρως ὡπλων ἠσφαλισμένῳ, καὶ τοσούτῳ, ὡς ἂν Ῥωμαίων μὸς δέκα Σκύθας σαφῶς ἀναμάχεσθαι. ἀλλ' ἀΐαμαχος πρόμαχος διὰ τῶν παρεμβεβλημένων ὀλίγων πάνυ στρατιωτῶν ἐν τῷ ναῷ ταύτης τῆς πηγῆς πλείσης αὐτῷ παρασκόλιον καὶ τοῦθεν οἱ Ῥωμαῖοι ἀναθαρήσαντές τε καὶ ἀνασκιρτήσαντες, ὑπὸ στρατηγῷ ἀμάχῳ τῇ θεομήτορι αὐτῶν αἰεὶ κατὰ κράτος ἐνίκων. βλέψαντες δὲ καὶ πρὸς ἀπορίας οἱ τῆς πόλεως, ἀπεκρίθησαν. ἀνέπεμψε δὲ ὁ Χαγάνος, Μὴ ἀπατᾶσθε ἐπὶ τῇ Θεῷ, ἣν πιστεύετε. πάντως δὲ αὔριον τὴν πόλιν καταλήψομαι. οἱ δὲ τῆς πόλεως ἀκούσαντες, χεῖρας ἔτεινον εἰς Θεόν. συμφωνήσαντες οὖν Χαγάνης τε καὶ ὁ Σάρβαρος ἀπὸ ξηρᾶς καὶ ἀπὸ θαλάσσης προβάλλουσι ἀπὸ μηχανημάτων τὴν πόλιν ἑλεῖν προθυμούμενοι· ἀλλὰ τοσοῦτον ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἠττήθησαν, ὡς μὴ δὲ ἱκανοὺς εἶναι τοὺς ζῶντας καίειν τοὺς τεθνηκότας. τὰ δὲ μονόξυλα ὁπλιτῶν πλήρη ἀπὸ τοῦ ἐπιλεγομένου Κέρατος κόλπου, εἰς τὸν Βλα-
Edit. Paris. pag. 239. χέρναις ναὸν τῆς Θεομήτορος καταγόμενα, καταιγίδος αἰφνιδίου τῇ θαλάσσῃ ἐπεισπεσούσης, καὶ διαιρησάσης ταῦτα εἰς τμήματα, σὺν τοῖς πλοίοις ἅπασι τῶν ἐχθρῶν διεφθάρη, καὶ εἶδον ἄρτι παράδοξον ἀεισέργημα τῆς παναγίας καὶ Θεομήτορος. πάντας γὰρ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης τοὺς ἐν Βλαχέρναις ἐξέβαλεν. ὁ δὲ λαὸν ὅσον πάχος τὰς πύλας ἀναπετάσαντες, ἄρδην πάντας ἀπέκτειναν, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας κατ' αὐτῶν ἀνδριζόμενοι. οἱ δὲ ἀρχηγοὶ τούτων ὑπέστρεψαν κλαίοντες ἅμα καὶ ἐδυρόμενοι.

Οὗτε μὲν Θεοφιλὴς τῆς Κωνσταντίνου λαὸς τῇ Θεομήτορι τῷ χαίρειν ἀφοσιούμενοι, ὁ λοιδόρημον τὸ ὕμνον, καὶ ἀκάθιστον αὐτῇ ἐπιλῴδησαν ὡς ὑπὲρ αὐτῆς ἀγρυπνούσῃ καὶ ὑπερφυεῖ δυνάμει φραξαμένῃ τὸ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τρόπαιον. ἐκ τότε οὖν εἰς μνείαν τοσούτου καὶ ὑπερφυοῦς θαύματος, ἡ ἐκκλησία τῷ τοιαύτῃ ἑορτῇ παρέλαβε τὴν μητρὶ ἀναπιθέναι τὸν Θεὸν τὴν παροῦσι καιρῷ, ὅτε καὶ τὸ τρόπαιον τῇ Θεομήτορι γέγονεν. ἀκάθιστον δὲ ὠνόμασαν, διὰ τὸ τότε ὑπὲρ φρᾶξαι τὴν τῆς πόλεως κλῆρόν τε καὶ λαὸν ἅπαντα. μὴ παρελθόντων χρόνων τριάκοντα ἐξ ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, οἱ Ἀγαρηνοὶ ἄπειρον στρατιὰν ἐπαγόμενοι, πάλιν τῇ Κωνσταντίνου ἐπέθεντο, καὶ ἐπὶ ἐπτὰ ἔτεσι ταύτην πολιορκοῦνται, ὅτε καὶ ἐν τοῖς Κυζικηνῶν παρεκείμαζον μέρεσι, πολλὰς τῶν οἰκείων διέφθειραν. εἶτα ἀπειπόντες καὶ μὴ τοῦ σόλου αὐτοὺς ὑποστρέφοντος καὶ ἐν τῷ Συλαίῳ γενόμενοι, τῇ θαλάσσῃ πάντας κατεποντίθησαν, προσασκοῦντος τοῦ παναγίου καὶ Θεομήτορος.

Ἀλλὰ καὶ τρίτον αὖθις ἐπὶ Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου οἱ ἐξ Ἀγαρ ὑπὲρ πλείσας μυριάδας ἀριθμούμενοι, πρῶτον μὲν τὸν τῶν Περσῶν ἀφανίζουσι βασιλείαν, εἶτα τὸν Αἴγυπτον καὶ Λιβύην ἐπιδραμόντες, καὶ Ἰνδοὺς, Αἰθίοπάς τε καὶ Ἰσσαυροὺς, ὕστερον καὶ κατ' αὐτῆς τῆς πόλεων βασιλίδος ἐπιστρατεύουσι, χίλια ὀκτακόσια πλοῖα ἐπιφερόμενοι. κυκλώσαντες οὖν αὐτὴν ὡς αὐτίκα ἁρπάσοντες ἦσαν. ὁ δὲ τῆς πόλεως ἱερὸς λαὸς τὸ σεπτὸν ξύλον τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ καὶ τὸν σεβάσμιον εἰκόνα τῆς Θεομήτορος ὁδηγητρίας ἐπαγόμενοι, τὸ τεῖχος περιεκύκλουν, σὺν δάκρυσι τὸν Θεὸν ἱλεούμενοι. δόξαν οὖν ἅπασι τοῖς Ἀγαρηνοῖς, εἰς δύο διαιροῦνται μέρη. καὶ οἱ μὲν κατὰ Βυλγάρων στρατεύουσι, καὶ πίπτουσιν ἐκεῖσε ὑπὲρ μυριάδας δύο. οἱ δὲ περιελείφθησαν τὴν πόλιν ἑλεῖν. κωλυθέντες δὲ ὑπὸ τῆς ἁλύσεως, διακόσης ἀπὸ τοῦ Γαλάτα εἰς τὰ τείχη τῆς πόλεως, ἀναχθέντες περὶ τὸ λεγόμενον Σωσθένιον γίνονται. κἀκεῖ ἀνέμου Βορρᾶ καταῤῥαγέντος, τὰ πολλὰ τῶν πλοίων αὐτῶν διερράγη καὶ διεφθάρησαν. οἱ δὲ περιελειφθέντες λιμῷ περιέπεσον, ὡς τὸ ἀνθρωπίνων σαρκῶν ἅψασθαι, κόπριά τε φυρᾶν καὶ ἐσθίειν. εἶτα φυγόντες, καὶ κατὰ τὸ Αἰγαῖον γενόμενοι πέλαγος, τὰ σκάφη αὐτῶν ἅπαντα ἑαυτοὺς τῷ τῆς θαλάσσης διδοῦσι βυθῷ. χάλαζα γὰρ ῥαγδαία ἐξαπόθεν καταπεσοῦσα, καὶ βρασμὸν κατὰ τῆς θαλάσσης ποιήσασα, τῶν πλοίων πίσσαν διέλυσε. καὶ οὕτως ὁ ἀπειροπληθὴς ἐκεῖνος ὁ στόλος διόλωλε, τελῶν μόνων εἰς ἀγγελίαν περιλειφθέντων. Διὰ ταῦτα τοίνυν ἅπαντα τὰ ὑπερφυῆ θαυμάσια τῆς παναγίας καὶ Θεομήτορος, τὴν παροῦσαν ἑορτὴν ἑορτάζομεν. ἀκάθιστος δὲ εἴρηται, διότι ὀρθὸς ἀδὴν τότε πᾶς ὁ λαὸς κατὰ τὴν νύκτα ἐκείνην τὸν ὕμνον τῆς Λάγνης μητρὶ ἐμέλῳδεν. καὶ ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις οἴκοις καθεῖδαι ἐξ ἔθους ἔχοντες, ἐν τοῖς παροῦσι τῆς Θεομήτορος, ὀρθοὶ πάντες ἀκροώμεθα, ταῖς τῆς σῆς ὑπερμάχου τε καὶ ἀπροσμάχου μητρὸς πρεσβείαις Χριστὲ ὁ Θεὸς, πᾶν περιχειμένων, καὶ ἡμᾶς ἀπάλλαξον συμφορῶν, καὶ ἐλέησον ἡμᾶς, ὡς μόνος φιλάνθρωπος.

§. 2. Origo hymni Acathisti in laudem Deiparæ dicti.

Eodem die (nempe Sabbato quintæ Hebdomadis Quadrageſimæ) *celebramus hymnum Acatiſtum Sanctiſſ. Dominæ noſtræ Deiparæ ob hujuſmodi cauſſam. Cum Heraclius Rom. Imperium teneret, Perſarum Rex Choſroes, videns res Romanorum a Phoca Tyranno penitus afflictas & proſtratas, unum ex ſatrapis ſuis nomine Sarbarum cum multis millibus miſit, ut totum Orientem ſuæ ditionis faceret: nam & prius jam decem myriadas Chriſtianorum Choſroes deleverat & everterat; quippe quos Hebræi pretio redemerant, & perdiderant. Archiſatrapa igitur Sarbarus toto Oriente devaſtato, uſque ad Chryſopolin (quæ nunc Scutarium cognominatur) proceſſit. Imperator autem Heraclius pecuniæ pu-*

Choſroes ſub Heraclio Græcos invadit.

Sarbarus archiſatrapa dux belli.

Digitized by Google

Hic a inopia pressus, sacris Ecclesiarum vasis & instrumentis constatis, & in nummos conversis, quo summa major & perfectior foret, per Euxinum mare classe in Persiæ partes ducta, & impressione facta, omnia populatur & exscindit: ipsumque Chosroem cum reliquo exercitu potenti manu fundit & profligat. Non diu post Siroes filius Chosrois, cum a patre defecisset, regnum sibi vindicat, & interempto patre fœdus cum Heraclio icit. Chaganus autem Mysorum & Scytharum dux, cum intellexisset Imperatorem mari in Persas profectum esse, ruptis, quæ cum Romanis inierat, fœderibus, & innumerabilibus copiis collectis, per partes Occidentales Constantinopolim aggreditur, jactis multis in Deum blasphemiis. Itaque desponente, mare quidem navibus plenum fuit, terra peditibus & equitibus infinitis. Sergius autem Patriarcha valde Constantinopolitanos incolas admonebat, ne animos desponderent, sed omnem potius spem suam ex intimo mentis sensu in Deo & in Genitrice immaculata Deipara collocarent. Atqui & Bonus, qui tunc civitati præerat, ea quæ propulsandis hostibus necessaria erant, præparabat. Oportet enim ut cum cælesti auxilio nos etiam studium & operam nostram conjungamus.

Ecclesiarum vasa in nummos conflat.

Chosroes a filio necatur.

Edit. Paris. pag. 240.

Chaganus Scytha Constantinopolim obsidet.

Spes in Deipara collocata.

Patriarcha autem accepti Deiparentis imaginibus cum omni multitudine mœnia supernè circuibat, hinc illis præsidium & salutem comparans. Ut vero Sarbanus ab Oriente, Chaganus autem ab Occidente igne succendere cœperunt omnia, quæ in circuitu civitatis erant: Patriarcha imaginem Christi non manufactam, item venerabilia & vivifica ligna, adhæc venerandam vestem Deiparæ proferens mœnia obibat. Chaganus autem Scytha ex ea parte, qua terram mœnia spectant, impetum in Constantini urbem facit, tali ac tanta multitudine undique armis tecta & munita, ut uni Romano adversus decem Scythas pugnandum fuerit. Cæterum inexpugnabilis illa propugnatrix opera pauorum militum, qui erant in templo ejus ad fontem extructo, plurimos ex illis trucidavit. Hinc Romani animis resumptis, & præ gaudio exilientes, Duce & auspice invicta Deipara, victoriam de illis gloriose reportabant: cumque cives jam pacta & fœdera inire cogitarent, repulsam tulerunt. Ajebat enim Chaganus, ne fallamini, freti Deo, cui creditis: certo enim cras urbem occupabo. Quo audito, incolæ civitatis manus ad Deum extendebant. Collatis igitur junctisque operis Chaganus & Sarbarus, terra marique variis machinis & tormentis urbem oppugnantes, eam capere contendunt: sed tanta cæde a Romanis repulsi sunt, ut vivi humandis mortuis non sufficerent. Naves vero ex singulis arboribus confectæ, armatis hominibus refertæ, & per linum, qui Cornu cognominatur, in Blachernium Deiparentis templum delatæ, turbine & procella ex improviso mari incumbente, idque in duas partes diffindente, cum omnibus hostium navigiis interierunt: apparuit admirandum prorsus castissimæ Deiparentis miraculum, factumque præclarissimum: omnes enim ad littus maris, quod est in Blachernis, ejecit. At populus portis sine mora patefactis, omnes omnino trucidavit, pueris & mulieribus in illos armatis. Horum vero auctores reversi sunt non sine lachrymis & lamentatione.

§. 7.

Patriarcha ab sacris mutuatus auxilium Christi imaginem, Crucem, & vestem V. Virginis ostendit.

Undique urbs oppugnatur.

Undique hostis profligatur.

At Dei amantissimus populus Constantinopolitanus totam noctem absque ulla intermissione hymnum pro gratiarum actione Deiparenti decantavit, tanquam illi, quæ pro omnium salute excubias egisset, & cœlesti sua virtute tam insigne trophæum contra hostes erexisset. Ab illo igitur tempore, in memoriam tanti ac tam divini miraculi, Ecclesia hunc diem festivum esse voluit Deiparæ, cujus auxilio tam eximium quoque trophæum erectum fuit. Acathistum vero nominavit, quod tunc & populus, & clerus universus eodem ardore idem facerent, numine cessante, nomine a divinis laudibus conquiescente. Cæterum post triginta sex annos, sub Constantino Pogonato, Agareni, maximo coacto exercitu, rursus Constantinopolim aggressi sunt; & septem annis eandem obsederunt: quo tempore in Cyzici partibus hyemantes, multos ex suis amiserunt. Deinde spe abjecta, cum universa classe abeuntes, & ad Sylæum delati, omnes fluctibus maris hausti interierunt, ope & auspiciis intemeratæ Deiparæ.

§. 8.

Tota nocte hymnus Acathistus B. Virgini decantatur.

Unde dictus Acathistus.

SubConstantino Pogonato Agareni urbem obsident.

Iterum Constantinopolis ope B. Virginis ab hoste servatur.

Sed & sub Leone Isauro, Agareni, quam plurimis myriadibus congregatis, primum quidem Persarum regnum excindunt: deinde Ægyptum & Lybiam, quin & Indos, & Æthiopas, & Hispanos quoque pervolitant, & ad extremum adversus ipsam urbium Reginam expeditionem suscipiunt, adductis octies mille navibus. Conclusa igitur in orbem civitate, velut jam jam illam direpturi expectabant. Porro sacratus urbis populus venerabili, pretiosæ, & vivificæ Crucis ligno assumpto, acceptaque Virginis Hodegetriæ imagine, mœnia circumdabat, lachrymis Deum propitians. Communi igitur decreto Agareni in duas partes dividuntur, & alii quidem in Bulgaros arma ferunt, ubi duæ illorum myriades occumbunt. Qui vero ad occupationem urbis relicti fuerant, impediti a catena, quæ a Galata ad urbis mœnia pertinet, deferuntur ad locum, quem Sosthenium nominant, ubi cum violentus Aquilo extitisset, pleraque ex eorum navigiis diffracta & submersa

§. 9.

Agareni secundum urbem infestant sub Leone Isauro.

SS. Crux & imago *Virginis Hodegetriæ* hosti objecta.

Agareni dissociati occumbunt.

Edit. Parisf. pag. 241.

sunt: at reſiduos tanta fames inceſſere cœpit, ut ab eſu humanarum carnium ſibi non temperarent, commiſtiſque ſtercoribus veſcerentur. Deinde arrepta fuga cum in Ægæum mare pervenissent, omnes ſuas naves, inſuper & ſeipſos in profundum præcipitarunt: grando enim violenta e cælo delapſa, ferveremque maris concitans, pacem navigiorum diſſolvit. Sic immenſa illa claſſis diſperiit, tribus dumtaxat, qui cladis nuntium referrent, ſuperſtitibus.

§. 10. Ob urbem ter ſervatam hymnus Acathiſtus B. Virgini cantatus. A ſtando dictus Acathitus.

Propter hæc igitur tam admiranda a caſtiſſima Dei Genitrice opera patrata, præſentem diem feſtum celebramus. Acathiſtos vero, quaſi carens ſeſſione, dictus eſt, quod totus populus tota nocte ſtando hymnum Deiparæ concinuerit: quodque cum in omnibus aliis ædibus ex more ſedere liceat, in iſtis Divinæ Matris, erecti omnes ſtantes auſcultamus: precibus propugnatricis, & invictæ Matris tuæ Chriſte Deus ab imminentibus nos libera calamitatibus, & miſerere nobis, tamquam ſolus clemens & humanus.

§. 11. Ex his ergo perſpicuum relinquitur, quale fuerit τῆς ἀκαθίστου feſtum: & cur hoc nomine appellatus ἀκαθίστος ὕμνος, quia *ſtando*, non ſedendo canitur: ἀκάθιστος ἑορτὴ, ſeu ἡμέρα, quia omnes, nemine excepto, & nemine otiante aut a divinis laudibus ceſſante, peragitur. Extat in Bibliotheca Bavarica oratio hoc titulo: Λόγος ἀναγνωσπόμενος εἰς τὴν ἀκάθιστον. Διήγησις ὠφέλιμος ἐκ παλαιᾶς ἱστορίας συλλεγεῖσα, καὶ ἀναμιμνήσκει δηλοῦσα, τὸ παράδοξον γενόμενον θαῦμα, ὅτε πέρσαι, καὶ βάρβαροι τὴν βασιλίδα ταύτην πόλιν περιεκύκλωσαν, οἱ καὶ ἀπώλοντο θείας δίκης πειραθέντες· ἡ δὲ πόλις ἀσινὴς σωτηρθεῖσα ἀφιερεία τῆς Θεοτόκου ἐπιστίως, ἐκ τότε ᾄδει ὡς χαριστήριον, ἀκάθιστον τὴν ἡμέραν καταονομάζουσα. *Oratio recitata die Acathiſto. Narratio utilis ex veteri hiſtoria collecta, & in memoriam revocans inexſpectatum illud miraculum factum, quando Perſæ & Barbari regiam hanc civitatem obſederunt, qui & perierunt divinam ultionem experti. Civitas vero illæſa permanens interceſſione Deiparæ, quotannis ex illo tempore hymnum gratiarum agendarum cauſſa concinit, diem illam ἀκάθιστον, quaſi ſeſſionis expertem nominans.*

§. 12. Compendium prioris hiſtoriæ, de die Acathiſto.

§. 13. Ex Curopalata oſtenditur error Calviniſtæ.

Duplicem hunc errorem περὶ τῆς μεγάλης κανόνος, καὶ περὶ τῆς ἀκαθίστου ipſemet Curopalata Calviniano Scholiaſtæ eximere poterat, ſi animum advertiſſet. Ait enim Curopalata, a prima ex quatuor Vigiliis, imaginem ſanctiſſimæ Deiparæ, quæ *Hodegetria* appellatur, in Palatio manere ad magnum uſque diem Dominicum Paſchatis. *Huic imagini*, inquit Curopalata, *venienti obviam procedit Imperator ad portam aulæ Palatii. Secunda vero feria comitatur abeuntem ad excelſos uſque gradus.* Si a prima vigilia, quæ eſt τῆ μεγάλη κανόνος, manet imago illa in Palatio uſque ad ſecundam feriam Paſchatis, fieri non poteſt, ut ἡ τῆ μεγάλης κανόνος ἀγρυπνία, vel juncta, vel proxima fuerit Pentecoſtæ: alioqui imago illa integro ferme anno in Palatio manſiſſet, a Pentecoſte videlicet uſque ad ſecundam feriam Paſchatis: cum tamen pauciſſimis hebdomadibus in eo relinqui ſoleret; & propterea ſingulis annis non aliter, ac donum quoddam divinitus miſſum, in aula exciperetur, perque paucos dies in eadem, tutelæ gratia, commoraretur, nempe a quinta feria quintæ hebdomadis Quadrageſimalis, uſque ad ſecundam feriam Paſchatis, quo die referebatur πρὸς τὴν Θεοτόκου ναὸν, τὸν τῆς ὁδηγῶν κτιλυμένον, ut loquitur Zonaras in Imperio Michaelis I. Theophili: cui adjuncta erat μονὴ, ſeu monaſterium τῶν ὁδηγῶν, ut ex Nicephoro Gregora l. 11. conſtat: hinc ipſa imago Ὁδηγήτρια, quaſi *Dux viæ*, appellabatur. Nec adducebatur ex templo Blachernio, ut putat Scholiaſtes; ſed ex templo, & ex Monaſterio τῶν ὁδηγῶν, quod a templo Blachernio diſtinctum erat.

Quanto tempore *imago Hodegetriæ* Virginis in Palatio manſerit.

Alter error Scholiaſtæ.

§. 14. Reſpondetur argumento, de *excelſis gradibus*.

Sed probat id ex gradibus excelſis, de quibus Curopal. c. 12. n. 11. & c. 15. n. 8. *quaſi illi fuerint in templo Blachernio*. At parum valet hæc probatio: nam quocumque iret Imperator, ſemper ad excelſos gradus uſq; deducebatur a Barangis, ut inquit Curopal. c. 15. n. 8. Oportet ergo hos excelſos gradus alibi fuiſſe, quam in Blachernio templo, vel in via ad ſolum Blachernium templum, quia Imperator non ibat ſemper ad templum Blachernium, & Curopalata diſerte diſtinguit hos gradus a templo Blachernio, cum dicat Imperatorem equitantem ſemper deduci uſque ad excelſos gradus: in feſto autem Occurſus (ſeu, ut nos vocamus, Purificationis D. Virginis) etiam uſque ad templum Blachernarum: nam ad hoc templum, hoc die, rei divinæ gratia conferebat ſe Imperator.

pag. 242.

Adde quod ipſe Imperator, imaginem Hodegetriæ ſecunda Paſchatis feria ad propria revertentem proſequi ſolebat, uſque ad excelſos gradus, imo & extra, ut dicit Curopal. cap. 12. n. 11. nec tamen ad templum Blachernium tunc ibat Imperator. Sed non eſt opus pluribus. Ipſemet Junius ſe refellit, qui hæc

Junius ſe refellit.

pag. 326.

Digitized by Google

pag. 326. ἡ ὁδηγητείας, *id est, Ducis viæ: statua fuit extra Palatium Constantinopoli, in templo & Monasterio nobili, quod templum Zonaras ναὸν τῆς ὁδηγῶν, in Imperio Fl. Michaelis: Nicephorus Gregoras lib.* 11. *Monasterium Hodegetrium appellavit. His autem diebus in Palatium inferebatur*. Hæc ille. At quid clarius, quam templum Hodegetrium non fuisse templum Blachernense? Scribit Pachymeres lib. 7. imaginem Deiparæ per dies complures lacrumasse. Quænam hæc imago? Num Hodegetriæ? Num Nicopœæ? Et apud eumdem Pachymerem lib. 11. imago τῆς φωταγωγοῦ, virginis *lucem adferentis, cujus sancto oleo* delibutus Michael Andronici Imp. filius ex desperato morbo convaluit.

Tertia Vigilia Palatii est τοῦ εὐαγγελισμοῦ, Annunciationis B. Virginis. Junius, *Evangelicæ Annunciationis*. satis Evangelice. sed quid aliud a speudoevangelico prædicante expectes?

Quarta Vigilia agebatur quinta feria majoris Hebdomadæ, ob Paraskeves appetentis solemnia.

OBSERVATIONES AD CAPUT OCTAVUM, De Paraskeve, & Magno Sabbatho.

CAPUT VIII.

DE Magno Sabbatho nihil est in Græca inscriptione, cum tamen potissimum de Officio magni Sabbathi, hoc est, vigiliæ Paschatis in hoc capite agatur. Num. 1.

De Paraskeve tribus verbis res absolvitur. Vide quæ de hoc festo scripsimus tom. 1. de S. Cruce, lib. 1. cap. 68. & lib. 1. de Festis cap. 23. & 24. Homilias Græcorum in Paraskeven invenies tom. 2. de Cruce.

Illa, μετὰ τὴν τοῦ ἅγιος ὁλοῦ ἀναγνωσιν, Junius vertit: *post lectionem autem Apostoli, id est, ad eum usque locum: Surge Deus, qui judicas terram*. Vitiose prorsus, quasi illud, *Surge Deus*, ad Apostoli lectionem pertineat, cum sit Stichus, quem post lectionem Apostoli ex epistola ad Romanos, sumptum concinit Psaltes: *Exurge Deus judicans terram: quia tu hereditabis in omnibus gentibus*. Subjicit Lector: *Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat*, &c. Succinit Psaltes: *Exurge Deus*, &c. & hoc sæpius, ut distincte habes in Triodio, Ergo vel post lectionem Apostoli, vel post subjunctos Stichos, quorum principium est, *Exurge Deus*, spargunt Lectores, & pueri honorarii lauros: legendum enim est πάντων vel πάσας, ἀναστάσει, vel ἀναστάσεως. Vide quæ scripsimus de magno Sabbatho lib. 1. de festis, cap. 25. Num. 3. Junii vitiosa interpretatio. Lectio restituta.

OBSERVATIONES AD CAPUT XIV. Edit. Paris. pag. 243.

De festo Paschæ.

CAPUT IX.

ITa titulus habet; cum etiam hoc capite de ritu feriæ quintæ τῆς ἁγιασμοῦ, deque festo Pentecostes, & de festo Exaltationis S. Crucis pertractetur. Num. 2.

Χριστὸς ἀνέστη. Integrum Troparium est. Χριστὸς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν θανάτῳ θάνατον πατήσας, καὶ τοῖς μνήμασι ζωὴν χαρισάμενος. *Christus surrexit ex mortuis, morte mortem conculcans, & iis qui in monumentis erant, vitam largiens*. Num. 2. Troparium de Resurrectione.

Ibid. Integer Stichus est: *Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum, a facie ejus*: cujus similes duo alii Stichi subjunguntur.

Integrum odarium est istud. *Resurrectionis dies, exultemus populi, ex morte enim ad vitam, & ex terra ad cælum Christus Deus nos transtulit, victoriæ carmen concinentes*. Vide Ritualem librum, qui Pentecostarium inscribitur. Num. 3.

Observa etiam Græcis quibusdam usitatum fuisse morem illum quarumdam in Germania Ecclesiarum, ut versibus illis Davidicis, *Attolite portas principes vestras*, &c. aditum sibi patefieri cuperent. Num. 4.

Digitized by Google

Num. 6. Ἐπὶ τῷ θρόνῳ. Sæpe throni Imperatorii mentio facta est: libet ejus diagraphen ex Corippi lib. 3. adscribere: qualis nimirum tempore Justini Jun. fuerit.

Thronus Imperatorius.

Atria prælargis extant altissima tectis,
Sole metallorum splendentia, mira paratu,
Et facie plus mirâ loci, cultuque superba.
Nobilitat medios sedes Augusta penates,
Quatuor eximiis circumvallata columnis:
Quas super ex liquido præfulgens cymbius auro
Immodico, simulans convexi climata cæli,
Immortale caput, soliumque sedentis obumbrat.
Ornatum gemmis, auroque, ostreque superbum.
Quatuor in sese nexos curvaverat arcus,
Pars lævam dextramque tenens victoria partem;
Altius erectis pendebat in aere pennis,
Laurigeram gestans dextra fulgente coronam.
Mira pavimentis, stratisque tapetibus ampla
Planities, longoque sedilia compta tenore.
Clara superpositis ornabant atria velis:
Vela tegunt postes: custodes ardua servant
Limina, & indignis intrare volentibus obstant,
Condensi numeris fastu, nutuque tremendi.
Postquam dispositis ornata Palatia turmis
Officia explerunt, adytis radiavit ab imis
Inclyta lux, & consistoria tota replevit:
Egreditur Princeps magno comitante Senatu:
Adfuit obsequio castrorum turba virorum,
Illis summa fides, & plena licentia sacris
Deservire locis, atque aurea fulcra parare,
Regales mensas epulis onerare supernis,
Conservare domum, sanctumque intrare cubile,
Internas munire fores, vestesque parare.

Edit. Paris. pag. 244.

Num. 7. Bilis movetur heterodoxis ab osculo pedum summi Pontificis. Memorando facto Gerlachius præco Lutheranus osculatus est togam Imp. Turcici. §. 2.

En morem osculandi pedem Imperatoris. Hic heterodoxis non movetur stomachus: at quam primum vel legunt, vel audiunt, pedem Summi Pontificis osculo coli, tum toti bilis sunt: & nil nisi bilem bilioſissimi homines vomunt. Et tamen patienter admodum osculantur togam Turcici Imperatoris, quod & a Gerlachio, prædicante Lutherano factum est: & ne hoc nesciremus, Crusius lib. 7. Turcogræc. litteris prodidit: Nec gravarentur isti ad pedis Sultanici osculum se abjicere, si id consuetudo permitteret.

Legatus quoque confœderatorum Ordinum Belgii, anno salutis 1612. Constantinopolim ad portam Ottomanicam missus & admissus, vestimentum Imperatoris Turcici prompte & alacriter deosculatus est, & quidem flexis genibus, ut videre licet in Ecclesiasticopolitica Chronol. inserta tom. 8. ejus operis, quod Chronicon Chronicorum inscribitur. Si tale reverentiæ genus Pontifici Romano iste exhibuisset, inexpiabili scelere sese obstrictum credidisset.

Quid, quod Batavi Calviniani pedibus suis oscula ferri, haud ægre passi sunt? nam in Navigatione Australi *Jacobi le Maire*, Leidæ in Hollandia typis excusa, anno Redemptoris 1619. hæc prodita sunt de Indis quibusdam: *Qui intrabant navem nostram ex ipsis, in genua procidentes pedibus nostris oscula figebant.*

Paulo post, *Ut primum navem conscenderat* (Indorum Rex) *procidens in genua, ac procumbens in faciem, preces suas effudit. Ductus ad inferiora navis, iterum procumbens adoravit*, &c. *Comites ipsius pedes nostros exosculabantur: acceptosque eos manibus suis capiti imponebant ad demissionem subjectionemque demonstrandam.* Et quinam isti, quibus lubentibus tantus hic honos delatus? Prædones & piratæ ex Calvini officina, qui fortassis hostias quoque, si Indi eas obtuliſſent, haud repudiassent, ut factum a Paulo & Barnaba Act. 14. cum Lystrenses eis sacrificium, ceu Jovi & Mercurio, apparārent. Quibus clamoribus terram & æthera non complerent, si aut in libris legerent, aut relatione aliorum acciperent, Pontificem Romanum non tantum permittere, ut quis pedes ejus osculetur; sed & tolerare, ut quis pedes capiti in argumentum subjectionis imponat?

Lib. 1. histor. Cantacuzeni cap. 16. osculatur Junior Andronicus Senioris An-

Digitized by Google

dronici, avi ſui pedem: ubi additur: *More Romanis Imperatoribus receptum erat, cum quiſpiam conſanguineorum, aut alioqui gratia apud eos florentium, ſecundum adorationem, pedem Imperatoris oſculo contigiſſet, ut Imperator viciſſim ejus faciem deoſcularetur. Cum itaque tum nepos avi pedem oſculatus fuiſſet, ille, ne inexpiabili odio flagrare crederetur, ſi nec iis Nepotem & Imperatorem dignaretur, quæ privatis tribuerentur, faciem ejus contra & ipſe oſculo libavit.* Idem Andronicus Junior iterum avi pedem publice oſculatus eſt lib. 1. cap. 34. quod cap. 50. tamquam expreſſum ſubjectionis indicium repetitur. lib. 2. cap. 5. Perſæ Andronicum Juniorem Imp. antequam appropinquaret, capitibus humi ſubmiſſis adorabant. Sed Princeps Perſarum ad eum pedibus accedens, & adorabat, & pedem illius oſculabatur. lib. 3. cap. 38. Protoſtrator cum ſuis pedem Joannis Cantacuzeni Imp. oſculatur. Idem fit ab aliis cap. 40. idem ab alio, cap. 42. & a Perſis lib. 4. cap. 10. Lib. 3. cap. 43. Triballi ejuſdem Cantacuzeni genu oſculantur. Exempla oſculi fixi oculis, & faciei habes apud Cantacuz. lib. 1. cap. 16. dexteræ, cap. 34. & cap. 41.

Junior Andronicus pedes Senioris, faciem Junioris Senior oſculatur.

Mos Imp. pedes oſculandi exemplis firmatus.

Oculos, faciem & dextram oſculandi exempla. Num. 12.

Τρεύα. Latinobarbare *Treuga*. dicitur etiam Τρίβα.

Μπαΐυλος. ita legendum. Inepte Junius, λυπάϊλος. falſo citat Gregoram lib. 4. quaſi apud illum legatur, *Lypailus*, cum Græcus textus diſtincte habeat Μπαΐυς, & interpres *Mbajulus*. recte utique. Fruſtra eſt Meurſius qui corrigit ιλπαΐυλος, unica littera tranſpoſita, quaſi ſit purus putus idiotiſmus Italicus. Sed cum Codinus hactenus Italorum articulis non ſit uſus, credibile eſt, eum neque hic uſum fuiſſe: cumque a β, vel π, incipientibus recentiores Græci litteram μ, proponere ſoleant, ut ipſemet Meurſius in Gloſſario pluribus exemplis oſtendit, rationi plane conſonum eſt, credere, Codinum hic ſcripſiſſe μπαΐυλος, more aliorum ex recentiore Græcia ſcriptorum.

Num. 13. Junius & Meurſius correcti.

Edit. Pariſ. pag. 245.

Quæ ad Francos. Franci in recentiorum Græcorum ſcriptis, non ſolum Galli intelligendi ſunt, inquit Junius, ſed tali quoque & Siculi, eo quod olim Siciliæ regnum, & pars Italiæ a Francis tenebatur.

Nom. 14. Qui Franci intelligendi.

Recentiores Græci adulatoriæ artis non imperiti, ſuo Imperatori ferme omnia etiam Epiſcopalia & ſacerdotalia munia tribuerunt. Inter cętera ingreſſum ad altare, & jus ſacram menſam thure vaporandi, condito etiam Canone a Trullano ſynedrio, & eſt Canon 69. *Nulli omnium liceat, qui quidem ſit in laicorum numero, intra ſacrum altare ingredi; ab eo tamen nequaquam prohibita poteſtate & auctoritate Imp. quando quidem voluerit Creatori dona offerre ex antiquiſſima traditione.* Ubi Balſamon. *De Imperatoribus dixerunt quidam verbis Canonis inſiſtentes, quod tunc non prohibebuntur intra templi adyta ingredi, quando ſunt Deo munera oblaturi, non autem ſi ſolius adorationis gratia ipſum ingredi voluerint: ſed mihi non ita videtur. Orthodoxi enim Imperatores, quiper S. Trinitatis invocationem Patriarchas provehunt, & ſunt Chriſti Domini, ſine ullo impedimento, quando voluerint, ad ſacrum altare accedunt, & ſuffiunt, & cum cera characterem imprimunt, ſicut & antiſtites: ſed etiam populum ad eum inſtituendum docent; quod ſolis illius regionis antiſtitibus conceſſum eſt.* Palpum ergo egregie obtrudit Balſamon Imperatori; & habebat facti ſui cauſſas; quia ambiebat Patriarchatum Conſtantinopolitanum; cujus obtinendi non apparebat melior ratio, quam ut per aſſentationes ſeſe in ſumma gratia apud Imperatorem poneret. Sed vulpes, tametſi vafra, ab aliis æque vafris vulpibus deluſa eſt.

Num. 18. Græci adulatores Imperatorum.

Poteſtas Impp. Græcorum in Eccleſiaſticis ex Trullano Synedrio.

Balſamonis ea ſuper re ſententia adulatoria.

Cujus ob deſitas annuas Rogas, & pecuniarias largitiones, audi quæſo lamentationem ex epiſtola de Incenſis lib. 7. Juris Græco-Rom. *Celſiſſimam ſacrorum Imperatorum circumſpectionem, & Patriarcharum amplitudinem, inter alia reddebant olim auguſtiorem etiam annuæ rogæ, ac bajorum largitiones. Quippe ſedebant annis ſingulis cujuſque temporis Patriarchæ ac Imperatores, & per hæc ſubditos ad benevolentiam invitabant. Novit hoc Patrum Conſcriptorum ampliſſimus ordo, ac fortaſſis etiam nonnulli, qui hac ætate noſtra vivunt. Non enim ante tempora Euclidis prodita ſunt gerris, nec ſomniantium vetularum fabellæ ſunt: ſed uſque ad Imperium Domini Conſtantini Ducæ duravit auguſtus ille mos, tam in ipſius Dei, quam Imperatorum regia: & omnino bonum hoc ad nos quoque propagatum fuit, a majoribus ad nepotes, a generatione ad generationem tranſiens. Sin, quod equidem non arbitror, hoc etiam oblivionis gurges abſorbuit, & gratioſa iſthæc aqua Caſtaliæ providentiam ſuperioris memoriæ Principum non prædicat: ſaltem membranæ librorum hiſtoricorum, & ordinationum aulicarum monumenta Stentoris in morem hæc proclamabunt. Tu quoque, qui cujuſvis eruditi ſcripti acutiſſimus es interpres, etiam in hac non levis momenti quæſtione compluribus eris ſuperior, ac me ſenem dicendo juvabis. Quin et iam Imperatoris Domini Conſtantini Monomachi edicta ſacratiſſima, (quibus ordi-*

§. 2. Balſamon graphice rogas commendat & lamentatur.

Conſtantini Monomachi Conſtitutio.

Digitized by Google

nata sunt officia Præfecti judiciarum, & Nomophylacis, & quæ statuunt, eos debere singulos in annos, præter alia, consequi ratione rogæ, quemlibet auri talem ac talem quantitatem, una cum consuetis baiis;) non in cœlo sunt, nec trans mare, ut dicere quis debeat, Quisnam hæc adferet mihi? sed sunt in manu tua, & in corde tuo, & in ore tuo. Atque omnino rei veritatem ex his mentis acumine colliges. Quum autem Imperatores & Patriarchæ magnificentiam, ceu dictum est, suam demonstrent per baja & rogas; sane par erat, ut Patriarchæ, qui priscam hactenus consuetudinem conservant, & aureos clericis nummos admetiuntur, etiam ipsis baja darent, quemadmodum indicatum est.

Num. 19. Hebdomadem ἀχαινήσιμον esse Paschalem, probatur.

Hebdomas διαχαινήσιμος, est tota Hebdomas Paschalis, quæ festum Paschæ proxime sequitur, & qua Resurrectio Domini solemni cæremonia celebratur. Id ostendo primum testimonio Maximi Margunii, Episcopi Græci, qui consultus, quidnam hoc vocabulo significetur, respondit his verbis. σημαίνεται παρ' ἡμῖν διὰ τούτου τοῦ ὀνόματος ὅλη ἡ πρώτη ἑβδομὰς τῆς ἀναστασίμου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἑορτῆς. *Significatur hoc nomine apud nos prima Hebdomas festi Resurrectionis Salvatoris nostri.* Vide Catalog. Bibliothecæ August. ab Hœschelio editum.

Edit. Paris. pag. 246.

Secundo idem probo ex Typico S. Sabæ, ubi capiti 46. hujusmodi titulus præfigitur. ἔκθεσις τοῦ τύπου τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης κυριακῆς τοῦ πάσχα, καὶ τῆς ἑβδομάδος τῆς διαχαινησίμου. *Forma modi sanctæ & magnæ Dominicæ Paschæ, & Hebdomadis diacæneſimæ.* Et in ipso capite singulas dies seu ferias Paschalis illius Hebdomadis enumerans, secundam feriam vocat, τῇ δευτέρᾳ τῆς διαχαινησίμου. Tertiam, τῇ τρίτῃ τῆς διαχαινησίμου, & ita deinceps usque ad Sabbatum τῆς διαχαινησίμου. Idem ex aliis Græcorum libris ritualibus liquet. Pollux in Chronico suo. τρίτον νόμον ἔγραψεν, ἀφράκτους εἶναι τὰς δύο τῆς πασχαλίας ἑβδομάδας, μίαν μὲν πρὸ, μίαν δὲ μετά. Illa autem μία μετὰ, est Hebdomas τῆς διαχαινησίμου.

Scholion Junii cassum.

Male ergo Calvinianus Scholiastes Junius in Notis, interpretatur ἑβδομάδα διαχαινησίμου, *Hebdomadem Rogationum*. Male etiam rationem nominis reddens, ait, eam dici διαχρισίμου, *exinanitioni dicatam, quia per illud tempus exinaniunt sua corpora, & macerant, oraturi Deum pro commoditate anni.* Primum, non scribendum, διαχρισίμους, sed διαχαινήσιμος, ut habent exemplaria Alexandri, Rituales libri Græcorum, & Codex Bibliothecæ Augustanæ MS. quo continentur Evangelia diebus sacris prælegi solita, quorum initium, τῇ τρίτῃ τῆς διαχαινησίμου.

Inane caput eruditione.

Lectio emendata.

§. 2. Septimana renovationis unde.

Quocirca Hebdomas τῆς διαχαινησίμου, dicitur quasi *Septimana renovationis*, τῆς διαχαινισμοῦ, cum, Christo resurgente, omnia renovata & instaurata fuerint. Secundo tantum abest, ut hæc Hebdomas ab exinanitione jejunantiumq; inedia nomen inveneri; ut tota illa Hebdomade jejunium solvere moris fuerit. Testis Balsamon in can. 69. Apost. qui cum percensuisset dies, quibus jejunandum est, excipit quartos dies, & Parascevas seu ferias sextas, quæ sunt πρὸ τῆς Χαρᾶς, seu Χαρᾶ, ante carnisprivium; & quæ sunt πρὸ τῆς τυροφάγου, & Hebdomadem τῆς διαχαινησίμου. *In iis enim salvamus*, inquit Balsamon, *quia jejunant Armenii propter Ninivitas. In eo qui est ante carnisprivium, & in eo, qui est ante τυροφάγον, hæretici tetraditæ magnum jejunium observant; Hebdomas autem τῆς διαχαινησίμου, tamquam ipse magnus Dominicus (Paschæ) dies reputatur.*

Junii inscitiam Balsamon refutat.

Hebdomas διαχαινήσιμος a jejunio liberata.

Idem docet Anastasius Episcopus Cesareæ Palestinæ tract. de *Artziburio*, ubi inter Hebdomadas a jejunio plane exceptas ponit τὴν ἑβδομάδα τῆς διαχαινησίμου. Eamdem Hebdomadem inter exceptas numerat Nicolaus Patriarcha Constantinopolitanus in versibus ad Anastasium montis Sinai Antistitem.

§. 3. Rogationes Græcis ignotæ.

Rogationes triduanæ ante Ascensionem Domini Græcis ignotæ sunt: nec ulla habent statæ jejunia inter Pascha & Pentecosten, τὰς δὲ ἃς γέγραπται, ἀδὲ γοννιλυσίας, inquit Nicolaus Patriarcha de tempore inter Pascha & Pentecosten. Vide Typicum Sabæ cap. 51. Consensit cum his nostris Glossarium Græco-barbarum, nisi quod scribi jubet, διαχαινίσιμος, sed Rituales libri scripturam nostram plerumque præferunt.

Dominica in Albis Græcis est, κυριακὴ ἐν τοῖς ἁγίοις & κυριακὴ ἀντιπάσχα. Φιλάφησις τοῦ Θωμᾶ.

Dominica hanc Hebdomadem subsequens, quæ nobis est Dominica in Albis, Græcis est καινὴ, ἢ νέα κυριακὴ, *nova Dominica*, in quam extat oratio S. Gregorii Nazianzeni, & est oratio 43. Ejusdem mentio fit in Canone 66. Trullano. Vocatur etiam κυριακὴ τῆς ἀντιπάσχα, quasi *Dominica Paschæ opposita*, seu *respondens*, & κυριακὴ τοῦ Θωμᾶ seu φιλάφησις τῆς ἁγίας ἐνδόξου Ἀποστόλου Θωμᾶ. quod eo die legatur Evangelium de Thoma Apostolo, manum suam in fixuram clavorum, Christi mandato, immittente.

Num. 23.

De festo Pentecostes, vide quæ scripsimus lib. 1. de festis, cap. 28. Olim in fe-

Digitized by Google

sto Pentecostes processio instituebatur ad templum S. Mocii Martyris, cui ipse etiam Imperator intererat. Sed postea abrogata est ob caussam, quam memorant Græci historici, & in his Glycas de Leone Philosopho Imp. his verbis. *Ubi in ipso Pentecostes die processo de more publica instituebatur ad S. Mocii templum, etiam ipse Imperator una cum ceteris incedebat. Cumque templum jam jam, sacris januis vicinus, ingredi vellet, quidam ex ambone seu suggesto prosiliens, gravi ac valida clava caput ejus verberavit: adeoque subito ipsum interfecisset, ni pars extremæ clavæ in suspensum candelabrum impacta, vel dimidiam impetus vim amisisset. Tum de Leonis capite profluens sanguis copiosus, & viri Principes in fugam sese conjicere. Qui ceciderat Imperatorem captus est, multisque tormentis subjectus, cum facinoris illius nullum se habere socium profiteretur, (quamquam frater Imperatoris Alexander, qui sub morbi prætextu non aderat, quamdam de se suspicionem præberet), tandem manibus & pedibus amputatis in circi Funda crematur: eo tempore desiit processio ista.* Quare non mirum si Codinus die Pentecostes ejus nullam mentionem facit, quandoquidem jam pridem abrogata fuerat.

Proceſſio in Pentecoſte abrogata. Leoni Philoſ. Imp. inſidiæ paratæ.

Edit. Pariſ. pag. 247.

Parricidæ ſupplicium.

Diaconicum, non est *conclave Diaconorum*, in quo illi congregati tractarint negotia muneris sui; sed est locus ubi ministri sacras vestes ad divina officia peragenda induunt, Germanice *die Sacristeii*, *sacrarium*.

Num. 24. Diaconicum quid.

De festo Exaltationis S. Crucis, etiam ex more Græcorum fuse scripsi Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 65. 66. & lib. 1. de festis, cap. 33. Vide etiam Adamannum Scotum lib. 1. de situ terræ sanctæ; ubi de nundinis hoc festo Hierosolymis celebrari solitis mira leges.

Num. 25. Nundinæ Hierosolymis in festo Exaltationis.

Pro *quinto* Januarii, legendum est, *sexto*: eo enim die fiebat iste ἁγιασμός. Nec hujus emendationis alium do auctorem, præter ipsum Codinum, qui cap. 8. ubi de festo Epiphaniæ agit, Hagiasmum istum ipso die festo Epiphaniæ peragi diserte scribit; ut taceam libros rituales Græcorum.

Num. 26. Lectio reſtituta.

Οἰνοχόειον, hic aliter accipiendum puto, quam supra * ubi de Panagia ferino erat. Junius nimis fabriliter interpretatur σκεῦος, *instrumentum*, & κωθώνιον *poculum*, & Oenocheum *vinariam capedem*. Quam venustum vero illud? *Cum participat Imperator consecrationem ex poculo*. Libenter tamen scirem, quo animo hæc de S. Cruce, & alia plurima in hoc libro legisset, vel vertisset Junius; cum adeo a Calvinianis institutis abhorreant?

Num. 28. * c. 7. n. 32. & l. 7. com. c. 2. nu. 33. Fabriis Junii interpretatio.

OBSERVATIONES AD CAPUT XV.

De festis extra Palatium.

CAPUT X.

TOMO tertio de S. Cruce lib. 1. cap. 26. descripsi nummum, in cujus altera parte visitur Joannes Palæologus Imp. Constantinopolitanus ad columnam crucigeram venerabundus & supplicabundus; sine dubio ex hoc more Calendarum Septembrium. Vide loc. cit. de S. Cruce. De columna Porphyretica consule, quæ scripsimus Tom. 1. de S. Cruce lib. 2. cap. 45. ex Nicephoro & Codino in Originibus Constantinopolitanis. Supereſt hoc itidem ævo hæc columna Porphyretica. *extat e regione diversorii*, inquit Dousa, in suo Constantinopolitano Itinerario, vel potius in encomio Meletii cujusdam Patriarchæ Græcanici, vel in Satyra, qua Jesuitas insectatur: *in quo Cæsareos oratores hospitari mox est, columnæ Constantini purpureæ, in cujus summitate spondylus ædificatus est, in qua ejusmodi inscriptio apparet.*

Nom. 1. Proceſſio ad columnam Porphyreticam.

Τὸ θεῖον ἔργον ἐν τάφῃ φθαρὲν χρόνῳ,
Νεοῦ Μανουὴλ εὐσεβὴς αὐτοκράτωρ.
Divinum hoc opus tempore corruptum
Renovat Manuel pius Imperator.

Manuel antepenultimus Imp. renovat Porphyreticam columnam.

Est hic Emmanuel antepenultimus ex Impp. Constantinopolitanis. Nam post hunc secutus est Joannes, qui Concilio Florentino interfuit. Post istum Constantinus, sub quo Constantinopolis in Turcicam servitutem venit. Hujus Porphyreticæ columnæ meminit etiam, eodem ferme, quo Dousa, modo, Salomon Svvigerus, prædicans Noricus l. 2. sui Hodœporici cap. 37. pag. 248.

Quid acciderit, quando Andronicus senior Imperator Constantinop. cum Clero & populo Kalendis Septembris ad columnam Porphyreticam supplicabat,

Digitized by Google

docet nos Gregoras ad calcem libri VIII. cujus verba reddo. *Sub quartam ejuſdem diei* (nimirum primi Septembris) *horam, ſacris imaginibus veteri more una cum Imperatore, Patriarcha, & Epiſcopis ad Porphyreticam columnam congregatis, cui ſacra Crux inſiſtit, cum ſacri hymni canerentur, porcus alicunde elapſus, ſubito in medium pſallentium chorum inſiliit, multo cœno inquinatus, & varie huc atque illuc vagatus, vix tandem exceſſit. Id prudentioribus confuſionem quamdam Chriſti Eccleſiæ, & factionem ſignificare viſum.* Qualis confuſio & factio paulo poſt ſecuta eſt, capta ab Andronico Juniore Conſtantinopoli.

Num. 2. Andronicus Senior Monachus, & in Libis monaſterio ſepultus.

Celebrant Græci hoc feſtum cum Latinis 8. Septembris. In Monaſterio Libis ſepultus eſt Andronicus Senior, olim Imperator; ſed biennium ante vitæ finem Monachus. *Cadaver ejus in Libis Monaſterium eſt perlatum, quod mater ejus Domina Theodora renovarat*, inquit Gregoras extremo lib. 9. ſuæ hiſtoriæ. Eadem ferme Cantacuzenus lib. 1. cap. 40. Obſerva Junium, mala fide μονὴν vertere *ædem*, cum ſit *Monaſterium: Errat interpres*, hoc eſt, Junius, *qui ædem reddit*, inquit ipſemet Meurſius.

Junium corrigit Meurſius.

Num. 4. S. Demetrii Martyris, cui cognomentum Myroblyta, feſtum celebrant Græci 26. Octobris. hoc ergo die Imperator ad monaſterium in honorem S. Demetrii a Palæologis ædificatum, ſeſe conferebat.

Num. 5. Natalem *S. Chryſoſtomi* obeunt Græci 13. Novembris.

Num. 6. Verti, In Præſentatione, &c. ſic enim res intelligitur. celebratur a Latinis pariter & Græcis 21. Novembris. Monaſterii τῆς περιβλέπτου meminit Gregoras lib. 7. & Pachymeres lib. 5. Erat monaſterium Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, quam Græci περίβλεπτον, hoc eſt, *ſpectabilem*, ſeu *admirandam* vocant. In hoc feſtum partim exſtant, partim adhuc in Bibliothecis latent multæ Græcorum Homiliæ.

Περίβλεπτος dicta B. Virgo.

Num. 7. Feſtum S. Baſilii celebrant Græci Calend. Januarii, hoc eſt, ipſo Circumciſionis die.

Num. 8. Blachernenſe templum S. Pulcheria extruxit.

Feſtum Occurſus, ſeu *Purificationis* nobiſcum celebrant Græci, 2. Februarii. Blachernenſe templum ſuburbanum erat ad littus maris, conditum a Pulcheriæ Imperatrice. *Opus enim ejus eſt*, inquit Nicephorus l. 14. c. 2. *ſacrum Dei Genitricis templum, quod Blachernæ dicitur; dignum illa ipſa Verbi Matre, quod inhabitaret domicilium. Cujus divinum tumulum & ſepulchrales faſcias inventas cum veneratione maxima ibi repoſuit. Magna religione templum id Byzantini colunt*, inquit idem Nicephor. l. 18. c. 38. *Dicitur namque & creditur veſtes Mariæ Virginis, & partem quamdam admirandæ illius zonæ, capitiſque etiam amiculum in aurea urna ibi aſſervari*. De veſte D. Virginis reperta, vide eumdem Nicephor. lib. 15. cap. 24.

Veſtes B. Virginis pro reliquiis aſſervatæ.

Num. 9. Feſtum S. Georgii Martyris celebrant Græci 23. die Aprilis. Manganenſis monaſterii meminit Cantacuzenus l. 1. c. 50. & 59. & l. 4. c. 16. & c. 42. & 45. in quo aliquamdiu Cantacuzenus, depoſito Imperio, vitam monaſticam egit. Ejuſdem aliquoties mentio fit in hiſtoria Nicephori Gregoræ. In hac proceſſione ad Mangana die *S. Georgii* Conſtantino Ducæ Imp. inſidiæ ſtructæ ſunt, quas tamen ipſe feliciter evaſit, ut ſcribit Joannes Curopalata. Monaſterium Manganenſe exſtruxit Monomachus Imp. teſtibus Cedreno & Curopalata: ubi etiam ſepultus eſt.

Cantacuzenus Monachus.

Num. 10. Feſtum Conſtantini & *Helenæ* Impp. celebrant Græci 21. die Maii.

Num. 11. Natalem *diem S. Joannis Baptiſtæ* obeunt Græci nobiſcum 24. die Junii. Monaſterii, cui Petra nomen, meminit Cantacuz. lib. 3. cap. 35.

Edit. Pariſ. pag. 249.

Apud Græcos trigeſimus dies Junii omnibus ſimul Apoſtolis dicatus eſt.

Num. 12.

Num. 13. Feſtum Transfigurationis agunt Græci 6. Auguſti. In Monaſterio Pantocratoris ſepultus eſt Manuel Comnenus Imp. ut ſcribit Nicetas ad calcem libri 7. de rebus Emmanuelis.

Num. 14. Κοίμησις Θεοτόκου. Aſſumptio B. Virg.

Die 15. Auguſti agunt Latini cum Græcis *Aſſumptionem D. Virginis*. Græci, ut apparet ex Menæis & Menologiis, vocant hoc feſtum κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. *Dormitionem Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ*. Et hoc titulo extant Patrum Orationes in hoc feſtum, ut B. Damaſceni, & Andreæ Cretenſis. Mortuam ergo volunt XV. die Auguſti; addunteque eodem die reſurrexiſſe, & animo ſimul & corpore in cœlum aſſumptam eſſe. Quare poſt ſupradictum de *Dormitione* titulum, ſubjungunt Menæa: τῇ αὐτῇ μηνὶ, ποιπκαιδεκάτῃ ἡ σεβασμία μετάσασις τῆς ὑπεροσδόξου δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. *Eodem menſe, decima quinta die, veneranda translatio glorioſæ Dominæ noſtræ Deiparæ, ſemperque Virginis Mariæ*. Eodem ergo die & obiit, & ad cœlos, reducta in corpus anima, abiit ſanctiſſima Deipara.

Μετάσασις, Translatio ejuſdem uno die celebratur.

Digitized by Google

Quod etiam Latina Eccleſia ſentire videtur, quæ die xv. Auguſti *Aſſumptionem* B. Virginis ſolemni cæremonia celebrat; tametſi de *Dormitione* utrum eodem die, an aliquo præcedente acciderit, nihil tradit. Latini quidam Martyrologi, ut Ado, & Uſuardus, *Dormitionem* non *Aſſumptionem* indigitant: cujus cauſſa, acriter in illos inſurgit Illuſtriſſimus Baronius anno Redemptoris XLVIII. eoſque provocat ad antiquiſſima Romani Martyrologii veſtigia, ubi non *Dormitio*, ſed *Aſſumptio* legatur. Veniam det magnus Annalium conditor, ſi quid dixero pro ſupradictis Martyrologis. Romanum Martyrologium omnium aliorum vetuſtiſſimum, ſæpe a Baronio deſideratum, ſed nuſpiam repertum: nuper demum ſtudio Heriberti Roſvveydi noſtri publicatum, & Paulo V. Pontif. Max. inſcriptum; hoc, inquam, Martyrologium xv. die Auguſti hanc inſcriptionem præfert, S. Mariæ *Dormitio*. Si ergo Martyrologi illi primævum hoc Romanæ Eccleſiæ Martyrologium ſecuti ſunt, quid peccarunt? Nec mirum; quia forſan illis *Aſſumptio* Deiparæ cum corpore & anima tam liquida non fuit, quam nobis eſt hodie: quia veritas paulatim magis atque magis eruitur & elucidatur; ita ut quod prioribus ſæculis obſcuriuſculum habebatur, id poſteris temporibus clara in luce reponatur. Accedit quod Rabanus, & NotKerus in ſuis Martyrologiis appellatione hodie Latinis conſueta utantur: apud utrumque enim leges, *Aſſumptio B. Mariæ Genitricis Dei*, ut & apud Bedam.

Illuſtriſſ. Baronius *Aſſumptionem* non *Dormitionem* vult vocari.

Dormitio dicta pro *Aſſumptione*.

§. 2. Quare, ut in ſemitam revertamur, Beatiſſimam Virginem eodem die mortuam, ſepultam, & a mortuis excitatam cum Græcorum Menæis credimus: licet Damaſcenus reſuſcitationem tertio demum ab obitu die ſtatuat, in Oratione de Aſſumptione B. Mariæ. tametſi probabilius iſti, quam alii apud Bedam, qui Aſſumptionem Deiparæ ad IX. Calend. Octob. hoc eſt, ad 24. diem Septembris referunt; ita ut inter mortem ejus xv. Auguſti, quæ fuit prima Aſſumptio, nempe ſecundum animam, interceſſerint quadraginta dies uſque dum anima cum corpore rurſus conglutinata, reſurrexit, cœloſque petivit. Verum hæc omni veriſimilitudine carent, & adverſantur tam Latinæ quam Græcæ Eccleſiæ; rectèque notat Illuſtriſſimus Baronius in Martyrologio Romano ad diem xv. Auguſti, illud de ſecunda Aſſumptione, eſſe aſſumendum non a Beda, ſed a mala quapiam manu.

Sententia Damaſceni.

§. 3. Nec conſuetudo Germanorum triceſimum Aſſumptæ Virginis celebrantium, quidquam hanc perſuaſionem juvat; non enim id faciunt, quaſi triceſimo demum die rediviva in cœlos exaltata fuerit; ſed totis illis triginta diebus Aſſumptio in cœlum ſtatim a morte facta decantatur. Græci non agunt hunc triceſimum, ut patet ex Typico S. Sabæ, ex Menæo in Auguſto & Septembri. Eſt devotio Germanica, & extat in pleriſque Miſſalibus & Breviariis; in Eyſtettenſi, Ratiſponenſi, Saliſburgenſi, Friſingenſi, Curienſi: multiſque locis, ſummo mane per triginta illos dies canitur officium de B. Virgine *Gaudeamus omnes*, &c. frequenti populo accurrente, &c. Et hic Ingolſtadii quotidiè per triginta dies ex Congregationis Academicæ fundatione Litaniæ, & aliæ cantiones canuntur, in templo D. Virginis, idemque fit in Mauriciana Parochia. Et quamvis, ut aliqui obiciunt, a Græcis etiam Schiſmaticis ortum haberet, (quod tamen ſecus eſt) non ideo improbanda eſſet hæc conſuetudo. Nam & a Schiſmaticis bonum aliquod inſtitutum proficiſci poteſt. Eſt ergo a Germanis hic mos; qui defunctis triceſimum agere ſolent: & alicubi ſi quis honeſtior mortuus eſt, non tantum parentant illi tertio, ſeptimo, & triceſimo die, ſed quotidie habitu lugubri ad Miſſam, & ad Veſperas eunt, & offerunt ad altare quidem pecuniam, ad cenotaphium vero *auf der baar*, vinum, panes, &c. Germani ergo veneratione Divæ Virginis addictiſſimi, etiam per tot dies parentare voluerunt Divæ Virgini; non lugubriter ut mortuæ; ſed hilariter, ut in cœlos aſſumptæ: hinc non audiuntur funebria cantica, ſed omnia ad lætitiam comparata.

§. 3. Germani triceſimum Aſſumptæ Virginis celebrant.

Edit. Pariſ. pag. 250.

Congregatio Academica B. Virginis fundavit Litanias per triceſimū B. Virginis aſſumptæ.

Decollationi S. Joannis Baptiſtæ ſacer eſt dies 29. Auguſti tam apud Græcos, quam apud Latinos. In hoc feſtum variæ extant Græcorum Patrum Homiliæ. Non pauciores forte adhuc in Bibliothecis cum tineis blattiſque bellum gerunt.

Num. 15.

Secundo die Julii agunt Græci anniverſariam memoriam depoſitæ in templo Blachernenſi *Veſtis* Deiparæ Virginis, ſub Leone & Verina Impp. Vide Menæum dicto die Julii. At 31. die Auguſti agunt iidem Graci anniverſariam me-

Num. 16. Depoſitio *Veſtium* B. Virginis feſto honorata.

Digitized by Google

Ejusdem Zona

moriam *Depositæ Zonæ* Deiparæ Virginis in templo Chalcopratiorum. Vide Menæum dicto die Augusti, & Nicephor. lib. 14. cap. 49. Sed de quo festo accipiendum, quod Codinus scribit? Videtur de priore, quandoquidem *Depositionem venerandæ vestis* nominat: & Imperator ad Blachernas hoc festo ibat, ubi *vestis* illa reposita. Cur ergo Codinus id non recensuit suo loco, hoc est, in Julio? caussam dicat, qui notam habet. Ego mihi ignotam fateor. nisi forte legendum hic τῷ ὁδηγῶν ζώνης. Sed tunc obstat templum Blacherinum, ad quod hoc die Imperator cum suis Palatinis itabat; at *Zona* Deiparæ asservabatur in templo in Chalcoprateis condito, ut testatur Menæum.

§. 2. Fascias duplices duobus templis S. Pulcheria repositi.

Fascias sepulchrales B. Virginis reposuit Pulcheria Imperatrix in Templo Blachernio, teste Nicephoro lib. 14. cap. 2. Fasciis infantiæ, quibus Christi infans involutus est, honoravit & ornavit templum τῆς τιμίας, ut eodem loco idem Nicephorus scribit. Illustriss. Baronius Tom. 1. anno Christi primo, num. 8. dicit in honorem *Fasciarum*, quibus infans involutus est, diem festum apud Græcos institutum esse 31. Augusti. Casaubonus Baronii conductitius calumniator, dicit in Ritualibus Græcorum libris, nihil haberi de festo *Fasciis* dicato, sed tantum Zonæ. Ut id ita sit, diem tamen hunc *Fasciis* quoque sacrum fuisse, testantur duo auctores Græci, Germanus & Euthymius, qui in Græcia vixerunt, & orationibus Encomiasticis, quæ extant apud Lippomannum & Surium, festum hoc illustrarunt. Occinit oriminator: *Non esse credendum Euthymio & Germano*. Et nos Genevensi ex lustro vociferanti Casaubono credemus! Cur ergo in Ritualibus libris nulla mentio? Opinor, quia sacræ *Fasciæ* festi sacræ *Zonæ* tantum appendix erant.

Refutatus Casaubonus conductitius Illustriss. Baronii calumniator.

Num. 17. Dominica Orthodoxiæ est prima Quadragesimæ.

Dominica Orthodoxiæ. Est prima Dominica Quadragesimæ, ut manifestum est cum ex aliis Græcorum Ritualibus libris, tum ex Typico S. Sabæ, cap. 42. cujus titulus est διάταξις τῆς πρώτης κυριακῆς τῶν ἁγίων νηστειῶν, ἥτις τῆς ὀρθοδοξίας. *Dispositio* seu *ordo primæ Dominicæ sanctarum jejuniorum, vel Orthodoxiæ*: Prima verba capitis hæc sunt, τῇ κυριακῇ τῆς ὀρθοδοξίας.

Unde dicta Orthodoxiæ Dominica.

Caussam appellationis hujus ita breviter, & summa sequens vestigia, narrat Philotheus Patriarcha Constantinopolitanus in Homil. prima Quadragesimæ Dominica recitata. τῇ κυριακῇ παύτῃ τῇ πρώτῃ τῶν νηστειῶν, ἡ τῶ Χριστῶ ἐκκλησία ἑορτάζειν παρέλαβε τὴν ὀρθοδοξίαν, ἥτις κατὰ ἀνάστασιν τῶν σεπτῶν καὶ ἁγίων εἰκόνων, γενομένην παρὰ Μιχαὴλ βασιλέως, καὶ Θεοδώρας τῆς τότε μητρὸς τῆς μακαρίας βασιλίδος, καὶ τῶ ἁγίω Μεθοδίω πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως γέγονε δ' ἔτω. Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου κατὰ παραχώρησιν Θεοῦ τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας παραλαβόντος ἡ τῆς εἰκονομαχίας ἤρξατο, καὶ ἐπεφύετο αἵρεσις.

Edit. Paris. pag. 251.

Ἐκείνου δὲ τὸν ζῆν κακῶς διατρίψαντος ὁ ἐκείνου υἱὸς Κωνσταντῖνος ὁ Κοπρώνυμος τῆς ἀρχῆς, καὶ τῆς αἱρέσεως ἐδέξατο γνήσιος. παῖδα δὲ ὑφ' ἑαυτοῦ ὁ ἐκ τῆς Χαζάρας υἱὸς ἐκείνου εἰς τὴν βασιλείαν καθίστησιν. ἐπεὶ δὲ καὶ οὗτος τὸν ζῆν ἐξεμέτρησε, Εἰρήνη καὶ Κωνσταντῖνος τῆς ἀρχῆς κληρονόμοι γίνονται. οὗτοι δὲ ὑπὸ Ταρασίου τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου καθοδηγούμενοι τὴν ἑβδόμην συνόδον συγκροτοῦσι. καὶ ἡ ἐκκλησία τὰς ἁγίας εἰκόνας ἀπολαμβάνει, καὶ τὸν ἑαυτῆς περιπόθητον κόσμον. τῶν δὲ πάντων τῆδε ἀπαχωρησάντων, ὁ ἐκ τοῦ γενικοῦ Νικηφόρος εἰς τὴν βασιλείαν ἀναγεται, εἶτα Σταυράκιος ὁ υἱὸς, μεθ' ὃν Μιχαὴλ ὁ Βαγκαβὲ τὰς ἁγίας εἰκόνας ἀναθέμενοι. τὸν δὲ Βαγκαβὲ Μιχαὴλ ὁ Ἀμορέως Λέων ὁ Ἀρμένιος καθαιρεῖται, καὶ τὴν δευτέραν οὗτος εἰκονομαχίαν διεγείρει. καὶ πάλιν ἄπαυστος ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία γυμνάζεται. τῶν δὲ καθαίρεται ὁ ἐκ τοῦ Ἀμορέου Μιχαὴλ, τὸν δὲ πάλιν Θεόφιλος ὁ υἱὸς ἐπὶ τῆς κατὰ τῶν εἰκόνων μανίας καὶ οὗτος τοὺς ἄλλους ὑπερβάλλων. παιδαγωγεῖται δὲ καὶ τὸ Θεοφίλου πικρῶς καὶ βιαίως, ἡ εὐσεβὴς σύζυγος ἡ μακαρία βασιλὶς Θεοδώρα, καὶ ὁ πάντα εὐσεβέστατος υἱὸς Μιχαὴλ τῆς ἀρχῆς, καὶ τῆς βασιλείας κληρονόμοι γίνονται, καὶ ἦφαν παῤῥησίας τοῖς ὀρθοδόξοις ἀναῤῥήγνυσιν. ἄθεσι καὶ ἀνιλθύτοις οὗτοι ἅπαντες οἱ τῆς ὀρθοδοξίας λαγάδες, κατὰ τὸν Ἀρχιερέα, ἱερέα, καὶ μυστοτρόπον πειφανῶς πᾶν ὀρθοδοξίαν ἐκήρυξαν. καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία πᾶν, ἑαυτὴν ἀναπτύσσασα ἡμφιάσατο, πάντων πᾶν ἡμέρας ἑορτάζοντες σήμερον.

Dominica ista, & prima jejuniorum celebrare solet Christi Ecclesia Orthodoxiam, sive restitutionem venerabilium & sacrarum imaginum factam ab Imperatore Michaele, & Theodora matre ejus beata Imperatrice, & S. Methodio Patriarcha Constantinopolitano. Arridit autem in hunc modum. Cum Leo Isaurus Imperii gubernacula, permissu Dei, teneret, exstitit, grassarique cœpit Iconomachorum hæresis.

Leo Isaurus & Coprony-mus primi Iconomachi pessime pereunt.

Cum autem ille vitæ cursum male terminasset, Constantinus Copronymus filius illius, Imperii & hæreseos heres succedit. Cæterum cum & iste turpius adhuc ex vita excessisset, filius illius ex Cazara natus Imperii habenas adipiscitur. At cum & iste vivendi finem fe-

Irene & Constantinus fe-

cisset,

ciſſet, Irene & Conſtantinus Imperii hæreditatem adeunt, iſti vero a Taraſio ſanctiſſimo Patriarcha inſtructi & directi ſeptimam ſynodum colligunt. Et Eccleſia ſacras imagines recipit, ſuoque rurſus ornatu condecoratur. Iſtis vero ex humanæ vitæ conſortio ſublatis, ad Imperium evehitur Nicephorus Generalis ſeu publicæ rei Logotheta; deinde Stauracius ejus filius; poſt hunc Michael Rangabe, omnes ſacrarum imaginum cultores. In locum autem Michaelis Rangabe, ſubit efferatus ille Leo Armenius, qui ſecundum bellum ſacris imaginibus indicit: rurſuſque Eccleſia Dei ornamentis debitis ſpoliata conſpicitur: hunc excipit Michael Amorio ortus; iſtum Theophilus filius, furore & impietate in imagines cæteris ſuperior. Cum autem Theophilus quoque acerba & violenta morte abreptus fuiſſet; conjux illius Theodora, beata illa Imperatrix, & filius ejus Michael, pietate clariſſimus, Imperii & regni hæredes fiunt, aditumque ad libertatem Orthodoxis patefaciunt. Quare coacti tunc in unum omnes Orthodoxorum ordines, quicumque inter Epiſcopos, ſacerdotes, & Monachos illuſtres habebantur, Orthodoxiam rurſum promulgarunt; quod factum eſt, ut Dei Eccleſia decore ſibi debito denuo ornaretur. Hoc feſtum hodie celebramus. Hæc Philotheus.

ptimam ſynodum convocat pro revocandis imaginibus.

Leo Armenius & Theophilus ſecundi Iconomachi.

Secundum reſtituuntur ſacræ imagines.

Inſtituebatur eo die in memoriam Orthodoxiæ reſtitutæ proceſſio non ſine crucibus & imaginibus. Typicum Sabæ c. 42. λιτανεύομεν κοινῶς μετὰ τῶν ἁγίων τοῦ σταυροῦ ξύλων, καὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων. *Supplicationem in communi inſtituimus cum ſacroſanctis Crucis lignis, & venerandis imaginibus.* Legebatur eodem die decretum Concilii ſecundi Nicæni de imaginibus reparandis, retinendis & honorandis. ἀπερχόμεθα, inquit Typicum, ἐν τόπῳ ὡρισμένῳ ὅπου δεῖ ἀναγινώσκειν τὸ συνοδικόν. *Abimus in locum deſtinatum ubi legendum ſynodale decretum.*

Proceſſio cum SS. Cruce & SS. imaginibus.

Edit. Pariſ. pag. 252.

Lectum decretum 2. Nicæni Concilii.

Ex his planum eſſe arbitror, quam vere ſcripſerit Calvinianus Scholiaſtes Curopalatæ: *Dominicam Orthodoxiæ aut junctam aut certe proximam fuiſſe Pentecoſtæ.* Qui juncta, vel proxima, ſi fuit pima Dominica Quadrageſimæ? Et ut maxime juncta aut proxima fuiſſet Pentecoſtæ; non debebat tamen conjici in vigeſimum primum diem Maji; tum quia nulla Dominica ſtabilem & fixum locum habet inter dies menſis; tum quia Pentecoſte eſt feſtum mobile dependens a Paſchate. Non ergo ſemper cadere poteſt Dominica Orthodoxiæ in 21. diem Maii; cum ipſa Pentecoſte hunc diem vel antecedere, vel ſubſequi poſſit.

Calvinianum ſcholion.

Pridie Balmarum agitur a Græcis anniverſaria memoria *reſuſcitati Lazari*: ejus in honorem templum extruxit Leo Philoſophus Imp. teſte Zonara, & in eo ſacrum ejus corpus ex Cypro translatum condidit.

Num. 18. Templum Lazari reſuſcitati.

Ridiculum eſt quod Junius ſuſpicatur, ὡραίας πύλας dictas, quaſi *borarias, quod in primo illo templorum aditu ſit commodiſſima ſciaterum & horologiorum ſedes*. Credam, ubi Junius demonſtraverit, etiam in templo Jeroſolymitano portam Specioſam dictam eſſe, quaſi *borariam*, quod ſciaterum & horologiorum ſedes eſſet.

Num. 20. Ridiculæ notæ Junii.

OBSERVATIONES AD CAPUT XVI. quod eſt de Foſſato.

CAPUT XI.

INepte Iunius, *quando Foſſatum oportet pedem figere*, imo, quando oportet Foſſatum migrare, vel alio proficiſci. nam πεζεύειν eſt hic, *iter facere*; ut paulo poſt apertiſſime apparet; ubi dicit Codinus, neminem πεζεύειν, hoc eſt, iter inire, priuſquam Magnus Domeſticus unicuique ſtammulo ſuum locum aſſignarit. Eumdem errorem errat Iunius mox num. ſeq.

Num. 3. Junius correctus.

Ibidem, καταυστόπιον, *caſtra, locus tentoriorum*. καταυᾶαι, *tentoria*. καταυᾶεῖν, *caſtra ponere, tentoria figere*. vel etiam abſolute στρατοπεδεύειν. Iunius hic in Arabem verſus, *Catunas* ex Arabia advocat, conſueta ſibi, in his rebus, niſi fallor, felicitate.

Catunæ Junii Arabicę. Num. 6.

Codex Lautherianus, & alter Boicus, δειπνήσατε καὶ τραγήσατε τὰ ἄλογα. Num. 10.

De curſu & ſpoliis jam alibi egimus. κιφαλάδες, & κιφαλάδαι ſunt ad verbum noſtri *Capitanei*. L. 2. comm. cap. 6. nu. 17.

Iunius, hic ut alibi ſemper, ἅρματα, putat eſſe *currus*, cum ſint *arma* a Latino vocabulo deſumpta. Num. 11.

Τί γενέσθαι. Videtur addendum δεῖ. Num. 12.

Digitized by Google

OBSERVATIONES AD CAPUT XVII.

De coronatione Imperatoris.

CAPUT XII.

Num. 1. ΑΞΙΩΜΑΤΑ ἔχειν, vel ἐν ἀξιώματι εἶναι, vel esse ἀξιωματικὸν, solis Despotę, Cæsari, & Sebastocratori competit.

Ibid. τὸ φοιτάτον, non pro *castris*, sed pro ipsis *militibus* accipitur.

Edit. Paris. pag. 253. Num. 2. Nota professionem fidei, & juramentum, quo se obligabat, tam Imperator, quam futurus Imperator.

Ibidem οἰκεία χειρὶ προέταξα. ὅπω μὲν ὁ στρόμβος, (sic enim habet alter Codex Boicus & Lautherianus) τῆς ἑαυτῶ προτάσεων ὁμολογίας γράφει. Junius corrigitur. Junius: *propria manu præfinivi. sic inscribit qui coronatus est, præfiniens confessionem suam.* Inepte. quid enim vult sibi hoc *præfinivi & præfiniens?* Verte. *Hæc propria manu præscripsi*, seu, *confessioni fidei meæ præmisi*. Ad hunc modum is, qui coronatus (vel potius *coronandus*) est, propriam suam confessionem præscriptione & prænotatione nominis & dignitatis suæ insignit. Hæc enim præscribebant. ὁ δεῖνα ἐν Χριστῶ τῶ Θεῶ πιστὸς βασιλεὺς, ἡ Αυτοκράτωρ οἰκεία χειρὶ προέταξα. & huic προταγῆ respondet ὑποταγή, *subscriptio*. de qua Curopal. c. 17. n. 7. ὁ δὲ προτάσεων τῦτο αὐτὸ πάλιν, ἡ μᾶ τλεὶ τῆς πίστεως ἔκθεσιν ὑποτάσεων χράφει, ἤγουν τὸ, ὁ δεῖνα ἐν Χριστῶ τῶ Θεῶ πιστὸς βασιλεὺς, ἡ Αυτοκράτωρ Ρωμαίων, ἢ βασιλεὺς Ρωμαίων, οἰκεία χειρὶ ὑπετάξας. *Qui nomen, & titulos suos confessioni fidei præscripsit, idem rursus fidei expositioni, seu professioni subscribit, in hunc videlicet modum. Ego in Christo Deo fidelis Imperator manu propria scripsi*. Ergo & προτάσειν & ὑποτάσειν est *præscribere* & *subscribere*; in quorum notione pervidenda & explicanda plane cæcutivit Junius.

Formulæ subscriptionis Imperatoriæ ad fidei professionem.

προτάσσειν est præscribere, ὑποτάσσειν subscribere. §. 2.

Ibid. ἂν δὲ υἱὸς αὐτῶ ᾖ, εἰ μὲν ἐκδίδωσιν ὁ πατὴρ, γράφει ἡ αὐτὸς, προτάσεων ἅπως Omitto hic, etiam verbum προτάσεων male redditum: priora sic vertit Junius. *Quod si filius est ipsi, siquidem attribuit pater*. perperam. legendum ex Cod. Bav. & Lauth. ἐκδίδωσιν *si pater concedat, si permittat*.

Junius correctus & lectio.

Num. 6. Junius & lectio correcti. Junius inscite; *Promitto me abstenturum ab invidia*, imo *a cædibus*. quia legendum φόνων, non φθόνων. Qualis promissio ab Imperatore, si promittat, se velle abstinere ab invidia; cum vix habeat cui ipse invideat; ipse communi omnium invidiæ expositus? Nec recte vertit ἀκροτηριασμὺς concussiones: mutilationes debebas Juni. quia enim Græci Imperatores ad cædes, & mutilationes valde prompti erant, ut ex tota historia Byzantina liquet, jure ab illis, quos corona exspectabat, exigebatur, ut in hac re modum tenerent, & nihil præter fas agerent.

Impp. Græci in cædes proni.

Num. 7. Εἰς πὰς πόσας. Quid hoc sibi velit, fateor me non assequi; nam quod Junius vertit, *ad tantas* N. id mihi non satisfacit.

Num. 8. Thomaites triclinium conflagravit. Thomaites. Magnum sacri Palatii triclinium, ut a Zonara in Imperio Irenes nominatur, quod sub eadem Imperatrice conflagravit; unaque cremata esse feruntur eo in loco commentaria quædam in sacras litteras S. Joannis Chrysostomi, ut scribit Zonaras.

Unde dictus Augusteo. Ibid. *Augusteonem*. In originibus Constantinop. & in Svida V. *Augusteo*, hæc de Augusteone leguntur: *Quinta die mensis Octobris præfecti regionum urbis in Augusteone, videlicet foro dulciario, choreas ducebant in honorem sui Imperatoris. istum igitur locum vulgus Augusteonem nominat, in quo etiam Magni Constantini, & matris ejus columnæ positæ sunt. ideo & locum Augusteonem nominavit, qui antea gustium, hoc est, forum cupedinarium dicebatur*. De Augusteone multa Nicetas Choniates in Alexio Manuelis Comneni filio.

Num. 9. Epicombia. Junius ait ἐπικόμβια fuisse *missilia*, sic dicta, quod essent κόμβοι ἐπάνω αὐτῶν, *quod nodi supra ea essent, quibus erant nummi propterea circumdati, ne jactu populum, in quem mittebantur, offenderent*. Sed sine dubio melius scivit Curopalata quid essent ἐπικόμβια, quam Junius. ita ergo ille. τμήματα ἐκ πανίων κόπτοντες particulas ex pannis resecantes, & *in qualibet particula panni tria aurea numismata, & totidem argentea, & tres obolos colligantes, projiciunt in multitudinem* ῥίπτουσι δὲ τοιῦτος ἀποδέσμους. *projiciunt vero hujusmodi fasciculos*, & ut sic dicam, *ligaturas*, Latine *missilia* dici possunt. Et hi *fasciculi vocantur* ἐπικόμβια a nodo, quo colligantur, seu quod κόμβοις, hoc est, nodis, constringantur. De iisdem ἐπικομβίοις, cap. 17. n. 50.

Codinus melius scivit quid essent Epicombia quam Junius.

Unde dicta Epicombia.

Digitized by Google

De verbo ἐπικομβόω, num Græcum ſit an barbarum, diſputat Photius in epiſt. ex iis, quæ huper in lucem prodierunt. 2. *Edit. Pariſ. pag.* 254.

De iiſdem ἐπικομβίοις eadem fere Joannes Cantacuzenus lib. 1. de bellis inter Andronicus avum & nepotem; niſi quod ea ſpargi dicit, poſtquam Imperator jam inunctus, & inauguratus ex templo egreditur. Verba Cantacuzeni hæc ſunt: τῇ δ' ὑπερα, καθ' ὃν ὁ βασιλεὺς χρισθεὶς ἔξεισι τοῦ ναοῦ, παρά τινος τῶν συγκλητικῶν, ᾧ ἂν ὁ βασιλεὺς ἐπιτρέψῃ, εἰς τὸν δῆμον ῥίπτονται, ἃ λέγουσιν ἐπικόμβια. δοκεῖται δὲ τοῦτο ἀποδέσμους τινὰς εἶναι ἐκ ὀθονίων τριμμάτων δεδεμένους, ἔνδον ἔχοντας νομίσματα χρυσᾶ τῶν βασιλικῶν τριῶν, καὶ ἀργύρου τοσαῦτα, ἢ καὶ πλείω καὶ ὀβολοὺς ὁπόσα χαλκοῦ τοσούτους. ῥίπτονται δὲ ἀπόδεσμοι τούτων χιλιάδων ἑλάττων ἢ πλείων δέκα, ἐν τοῖς προαυλίοις μάλιστα τοῦ ναοῦ. *Die quo Imperator unctus e templo exit, ab aliquo ejus optimatium, quem ad hoc delegerit, in populum jaciuntur epicombia. ſunt autem faſciculi, ſegmentis linteis illigati, habentes numiſmata aurea Imperatoria tria, totidem argentea, aut plura, & obolos æreos totidem. Spargunntur hujuſmodi faſciculi circiter mille decies in veſtibulo templi præcipue.* Imp. uncto ſparguntur epicombia. Quæ pecuniæ illigatæ.

Rurſus de iiſdem ἐπικομβίοις eodem coronationis die ſpargi ſolitis hæc eodem libro Cantacuz. ὑπὸ δὲ τὴν αὐτὴν ἡμέραν ἐν τοῖς βασιλείοις τῷ δήμῳ συνηθροισμένῳ παντὶς παρὰ τοῦ αὐτοῦ συγκλητικοῦ τῶν πρότερον ἴσοι ἢ καὶ πλείονες ῥίπτονται δεσμοί. *Sub ipſum verò diem in Palatio populo toto congregato, ab eodem ex optimatibus tot, pluresve jaciuntur faſciculi.* Curopalata, cap. 17. n. 50. in poſterum diem id rejicit, quo die hoc etiam fieri ſolitum, Cantacuzenus ſcribit, l. 1. cap. 41. εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ τῷ δημοτικῶν μὲν πάρεισιν οὐδείς, τὸ στρατιωτικὸν δὲ καὶ τὸ περὶ τὸν βασιλικὸν ὑπηρεσίαν τεταγμένον παρόντος παντὸς ἐν ταῖς τῶν βασιλέων αὐλαῖς, ἐξέρχεται ὁ βασιλεὺς, τοῦ τῶν βασιλικῶν ταμιείου προεστῶτος χρημάτων, καὶ τὴν ἄκραν τῆς ἐσθῆτος πλήρη φέροντος νομισμάτων χρυσῶν ἐκ τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν ὁ βασιλεὺς κύκλῳ διασκεδάζει. κενωθέντων δὲ ὁ ταμίας αὖθις τὴν ἐσθῆτα ἀναπληροῖ, καὶ τοῦτο γίνεται οὐ καὶ τετράκις μόνον ἀλλὰ καὶ πλειονάκις· αἴτιον δὲ τῆς τοιαύτης διαδόσεως τὸ χρυσοῦν, τὸ πάντας βούλεσθαι τὸν βασιλέα ἐκ τῶν αὐτοῦ δαπανῶντας αὐτῷ συνευφραίνεσθαι, καὶ συμπανηγυρίζειν.

Poſtero die de populo adeſt nemo: adeſt autem quicquid eſt militum, & famulorum, ſeu miniſtrorum aulicorum Imperatoris. Tum in atrium Palatii deſcendens, aſtante Quæſtore ſuo, gerenteq; laciniam veſtis plenam Imperatoria pecunia, eaq; aurea, manu plena ſumens, in orbem diſpergit. Quæ tota diſperſa, Quæſtor laciniam iterum, & tertium, & quartum, & ſæpius implet. Cauſſa hujus diſtributionis auri hæc eſt, quod Imperator de ſuo ſumptum faciens, omnes ſecum lætari, unaque feſtum diem celebrare cupit. Alia Epicombiorum ſparſio in milites & aulica famulitia. Similia fere Curopalata noſter cap. 17. num. 50. 51. De hoc more accipiendus quoque eſt Pachymeres l. 9. ſuæ hiſtoriæ; ubi ſcribens de Coronatione Michaelis Palæologi filii Andronici ſenioris; ῥιπτοῦνται, inquit, οἱ σωμάτιοι καὶ δεσμοί. & fruſtra eſt bene de Græcis meritus interpres, qui *faſciculos odoratorum florum ſpargi ſolitos* conjicit.

Corippus l. 2. de Juſtino Imperatore. Juſtinus ſupra clypeum deſcriptus.

Quatuor ingentem clypeis ſublimibus orbem
Attollunt lecti juvenes, manibuſque levatus
Ipſe miniſtrorum ſupra ſtetit, ut ſua rectus
Littera, quæ ſigno ſtabili non flectitur umquam,
Nominibus ſacrata tribus: qui viribus æquis
Imperium rexere tuum.

Ubi Ruizius Corippi editor in illud, *ut ſua rectus Littera*, hæc annotat. *Intelligit Jota litteram, quæ figura inter omnes alias rectiſſima eſt: Plautus longam litteram vocat. Appellat vero ſuam, quod Juſtini nomen ab ea ſcilicet incipiat: ſacratamque tribus nominibus, propter Juſtinum primum, Juſtinianum, & Juſtinum Cæſarem ſecundum, aut minorem, cui ita Corippus toto hoc opere pro viribus adulatur, quique ſibi invicem alter alteri in Romano Imperio ſucceſſere.* Explicatur Corippus.

Porro hæc quæ num. 11. & ſeqq. continentur, videtur Codinus ex Cantacuzeno deſcripſiſſe: eadem enim prope verbatim ſcribit Cantacuz. lib. 1. hiſtor. c. 41. Poſterior autem Cantacuzeno Codinus fuit, cum Cantacuzeni aliquoties mentionem faciat, non ut coætanei, ſed ut tempore prioris; notatque Pontanus noſter in notis ad cap. 41. l. 1. hiſtoriæ Cantacuzeni, Codinum vixiſſe ſub Manuele Andronici Junioris nepote, qui antepenultimus Imperator ex Conſtantinopolitanis fuit; Turcis poſtea Imperium invadentibus atque occupantibus. Quidquid ſit, clarum eſt, Codinum non diu ante Conſtantinopolitanum exitium vixiſſe. *pag.* 255. Quo ævo Codinus vixiſſe videatur.

Digitized by Google

Num. 29. ἄμβων ab ἀναβαίνω vel ambio.

Ἐπὶ τὸν, ἄμβωνα, *in ſuggeſtum:* ἄμβων ab ἀναβαίνω, quod eſt aſcendo, nomen traxiſſe putatur. Tametſi Vvalafridus Strabo de rebus Eccleſiaſt. cap. 6. ambonem ab *ambiendo* derivat, quod intrantem ambiat, & cingat. Ambonem porro magnæ Eccleſiæ magnum fuiſſe oportet, quippe qui, ut hic refertur, uno & eodem tempore Patriarcham, & miniſtros, Imperatoreſque ceperit; & in quo ritus inaugurationis coronationiſque peragi potuerit. Propterea nullus animo aliquid noſtris ſuggeſtis ſimile concipiat: potius concipiat, quam Germani vocant *die Rorkirchen*, id eſt, templi partes editas, quales columnis ſuffultæ, aut parietibus affixæ, vel in adytorum veſtibulo in altum extructæ hominibus recipiendis in templis viſuntur. Habebat autem Ambon duos aſcenſus, ut nu. 33. ex Codino diſcimus. Nec Onuphrius in libello, quo obſcuras quaſdam voces Eccleſiaſticas explicat, V. *Ambo*, oblitus eſt monere de duplici aſcenſu in ambonem. In quibuſdam Eccleſiis duo graduum ordines cernuntur; *unus a ſiniſtris, quo fit aſcenſus verſus Orientem; alter a dextris Occidentem ſpectans, quo fit deſcenſus.*

Capacitas ambonis.

§. 2. Σωλέας unde dictus.

Junius etiam σωλέαν & συλέαν adducit, neſcio num ex manuſcriptis Codicibus; & interpretatur *Soleum*. Rectius *Soleam*, cum rectus ſit ὁ σωλέας, primæ declinationis; ſive a ſole hoc nomen derivatum ſit; erat enim locus, qui dicebatur *Soleas* ad Orientem ſolem; contiguus βήματι, ſeu tabernaculo; ut liquet ex Curopalata GI17. n. 38. μόνος δὲ ὁ βασιλεὺς διερχόμενος τὸν σωλέαν, διείσχει τὸν πατριάρχην ἰσάμπον εἰς τὰ ἅγια θυρία. Cantacuzenus: αὐτὸς δὲ μόνος εἰσερχόμενος τὸν σωλέαν, τὸν πατριάρχην ἐπὶ ταῖς ἱεραῖς κυγκλίσιν (ad ſacros cancellos) ἑστηκότα διείσκει. ſive quis σωλέαν a *ſolo*, ſeu *pavimento* potius deducere velit; nomine τῶ σωλέα a *ſolo* ad totum illum locum (quem nos in noſtris templis Chorum vocamus) tranſlato, quod mihi minus ſit probabile. Erat autem locus iſte, ut & ὁ ἄμβων, cæteris templi partibus longe ornatior. Quare in originibus Conſtantinopolitanis refertur σωλέαν a Juſtiniano conditum, cum caſu Trullæ, ſeu fornicis comminutus eſſet; non potuiſſe a Juſtino ſucceſſore Juſtiniani, in priſtinum ſplendorem & nitorem reſtitui. τὸν δὲ ἄμβωνα, ᾧ τὸν σωλέαν μὲν διωάμβος ποιῆσαι καθὼς ἦν τὸ πρότερον, ἐνόησεν, ὡς ὁρᾶται νῦν, ἀργυρόδυτον. *Cum ambonem & ſoleam non poſſet reſtituere in priſtinum ſplendorem, fecit, ut nunc apparet, argento diſtinctum.* Meurſio *ſoleas* eſt *ſolium*, ſeu *thronus*. Sed aliquid aliud fuiſſe ſatis aperte indicat Curopalata. Nam διέρχεσθαι *pertranſire ſoleam*, & εἰσέρχεσθαι εἰς τὸν σωλέαν, qua phraſi utitur Cantacuzenus, aliud quiddam innuunt, quam thronum ſeu ſolium.

Ἀμβων pars templi ornatior.

Soleam caſu Trullæ comminutam Juſtinus non pari nitore reſtituit.

Num. 30. Ἐὰν δὲ συμβῇ. Si contigerit Imperatorem antea eſſe coronatum, coronatur Imperatrix a proprio marito & Imperatore; eodem modo, tunc quando illa in uxorem ducta, nuptiarum ſolemnia celebrat. At ſi eo, quo diximus pacto, eveniat; tunc poſtquam Imperator novus ſuam conjugem & Imperatricem coronavit, illa vero ut dictum eſt honorem & reverentiam habuit: aſcendunt ſimul in anabathram, ſeu tabulatum, rurſuſque conſident in ſuo throno. Et hęc interpretatio confirmatur ex lib. 1. Joannis Cantacuzi, in quo hanc Imperatoris inaugurandi & Imperatricis coronandæ cæremoniam iiſdem ferme verbis, quibus Curopalata deſcribit; ait enim: εἰ δὲ συμβῇ προτεμμένων εἶναι τὴν βασιλέα ἐπὶ τῆς τῷ γάμων τελετῆς, ὁ βασιλεὺς τὴν ἰδίαν αὐτοκράτορα στέφει γυναῖκα. αὖθις δὲ ἀμφότεροι ἐπὶ τὴν ἀναβάθραν, &c. Nec illud omittendum, ubi Curopalata habet σάκκον, ibi apud Cantacuzenum legi πορφύραν, ut cap. 17. n. 35. ἐνδύεται ἐπάνω τὸ σάκκον, Cantacuz. περιβάλλεται μανδύαν χρυσοῦν ἐπὶ ἱστάμενα, ἤγουν πορφύραν.

Codinus & Cantacuzenus collatus. *Edit. Pariſ. pag. 256.*

Num. 32. Μεταξᾶ. Svidas. σηρικὸν ἡ μεταξά ἐστιν, ἐξ ἧς εἰώθεισαν τὴν ἐσθῆτα ἐργάζεσθαι, ἣν πάλαι μὲν Ἕλληνες Μηδικὴν ἐκάλουν, τὸ δὲ νῦν σηρικὸν ὀνομάζουσι. *Serica eſt metaxa, ex qua ſolent conficere veſtem, quam olim vocarunt Mediçam; in præſenti vero Sericam appellant. hinc Metaxaricus*, negotiator Metaxæ. Scribit Nicephorus lib. 17. cap. 32. Metaxam demum ſub Juſtiniano Imperatore Conſtantinopolim allatam eſſe. Huc adde ξάμιτον, vel ζάμιτον, *Sammet*. Etiam Latini uſurpant. In Chronico Sclavorum cap. 5. *Regina donavit Duci Samittos plurimos, ita ut omnes milites ſuos veſtiret Sammittis.* Vide Gloſſarium Græco-barbarum. Tyr. lib. 13. cap. 27. *Exameto cooperium altiſſimo.*

Metaxaticus a metaxæ veſtis ſericæ venditione.

ζάμιτον, *Samet.*

Num. 34. Reſtituta lectio.

Ἀρχομένου δὲ ψάλλεσθαι τὸ ἐπὶ τῇ μεγάλῃ εἰσόδῳ σῆμνε. *Cum primum autem pſallitur grave canticum in magno ingreſſu.* Cod. Lauth. pro σῆμνε, ὕμνε. Recte. *Cum hymnus inchoatur*, videlicet a Cantoribus; qui decantari ſolet in magno ingreſſu; hoc eſt, in ſupplicatione, ſeu ſolemni proceſſione, in qua, lecto jam Evangelio,

Materia ſacrificii circumfertur.

Digitized by Google

circumfertur per templum materia futuri ſacrificii, ducto initio a Protheſi, ad altare, in quo ſacrificium immolabatur. de qua proceſſione legatur Cabaſila in Expoſit. Miſſæ, cap. 24.

Num. 36. Ἐπὶ χεῖ γοῦν τότε τάξιν ἐκκλησιαστικὴν, ἣν καλοῦσι τὸ δέπορ. *Tunc itaque ordinem ſervat Eccleſiaſticum, quem ipſius vocant.* Perperam, ſed correxit Junius errorem ex alio Cod. Legendum enim τὸ δεπορᾶτον. ut habet Joannes Cantacuz. in ſua hiſtoria lib. 1. de bellis inter Andronicum avum & nepotem; ubi ritum inaugurandi Imperatoris deſcribit. Cod. Bavar. διατοπᾶτον. Recte, ſi unicum ſigma demas. Senſus eſt: Imperator tenet tunc (nimirum in illa proceſſione) locum *Deputati*. Numeratur autem officium Deputati a Curopalata inter officia magnæ Eccleſiæ, in catalogo Officialium ejuſdem aulæ, cap. 1. nu. 45.

Ibid. προηγεῖται τῆς εἰσόδου πάσης. *Præcedit per ingreſſum totum.* Inſcite. Potius, *Præcedit totam ſupplicationem. Primus eſt in proceſſione*, Cantacuzenus, ἡγεῖται. Junius correctus.

Forſan pro ἄλλα, legendum ἐπιπλα. Sic enim Cantacuz. ἐπιπλα τε ἁπαλῇ τῇ χειρὶ ἐπιφερόμενος. Num. 38.

De Antidoro jam alibi. * Eleganter deſcribitur a Simeone Theſſalonicenſi in libello de templo. *Poſthæc ſacris a Protheſi ablatis, diacono quidem diſco ſuper caput, ſacerdotibus autem manibus calices tenentibus, ipſe gratiis actis, & manibus lotis egreditur, quodque vocatur ἀντίδωρον, in populum diſtribuit. Quoniam enim Epiſcopus Chriſtum, ut docuimus, exprimit, ipſum & ſacrificavit, & participavit, & ſacratis viris impertivit. Sanctificationem autem participare opus eſt populum, quanta quidem a precibus, & tremendo ſacrificio intellectuali modo fidelibus communicata eſt. Et quoniam per veſtes quaſdam, ut quæ corpus contexerint, ſanctificationem accipere oportet, per ἀντίδωρον id fit. Eſt autem ſanctificatus panis in Protheſi repoſitus, ex quo medium exſectum ad ſacrificium offertur. Hic poſtea ut lanceola ſignatus, & divinis verbis ſuper ſe factis, loco donorum tremendorum videlicet iis qui non communicarunt, diſpertitur. Quod Epiſcopus ubi fecit, & populo bene precatus eſt, finem miſſæ imponit.* Num. 45. * ſup. c. 1. n. 28. Proceſſio cum Antidoro. Ejuſdem diſtributio. Pars certa Antidori conſecratur.

Ibid. Catechumena, ſcribitur etiam κατηχουμενεῖα, locus, in quo catechumeni rei divinæ operam dabant. Amplum ac ſpatioſum fuiſſe oportet.

Pro χαιράματα lego χαιράματα. & πάβια ſeu πάβια omnino retinenda ſunt, nec mutanda in πρόβατα. Inepte Junius *parvos tubos*, ſeu *tubulos* interpretatur. Idem circa χαιράματα iterum arabizat. Num. 48. Arabs Junius correctus.

Imago ſancti Georgii in Palatio erat circa ſacellum Virginis Nicopœæ, ut ex ſupra dictis conſtat, cap. 11. nu. 2. & hoc libro cap. 6. nu. 2. §. 2. Num. 50. *Edit. Pariſ. pag.* 257. Num. 54.

Omnino legendum, ἐν τῇ διωχίσει, non ἐν τῇ διλογήσει. quia διλόγησις nihil penitus ad rem facit; at multum διώχησις. Dicit enim Imperatorem inter epulandum ferre coronam ſuam, ſi prius coronatus fuerit, & ſedere in loco eminentiore, hoc eſt, in anabathra, ſeu tabulato editiore, prout die coronationis ſedere conſuevit. Junius prorſus flagitioſe: *Sciendum, ferre Imperatorem coronam ſuam in benedictione, ſi propoſita eſt; ſic autem ſedere in anabathra, ut ante dictum eſt in coronatione.* Perperam plane. Lectio emendata. Junius flagitioſe vertit.

Porro Imperatores in ſua inauguratione etiam alios, ſi occaſio offerretur, dignitatibus honeſtabant, noviſque titulis condecorabant: nam cum Joannes Andronici Junioris filius coronaretur, *omnes ferme proceres, ut quemque Imperatrix, Patriarcha & Concilium eſſe dignum judicarat, dignitates adepti ſunt. Et Iſacius quidem Aſanes Panhyperſebaſtus declaratus eſt; Apocaucus Magnus Dux, Chunnus Magnus Stratopedarcha; Andronicus Palæologus Apocauci gener, etiam ipſe magnus Stratopedarcha deſignatur: Gabalas Protoſebaſtus, & ita alii omnes, eorum ſuffragiis, de quibus ſupra diximus. Patriarcha quia gradum permutare non poterat, habitu ſe auguſtiorem fecit: & in ſubſcriptionibus colore cæruleo eſt uſus: ſtammeumque, ſeu tegmen capitis, quod antea Patriarchas, ſi de monachis non eſſent, album ferre mos erat, ipſe auro illuſtravit. Servatoris noſtri & illibatæ ejus Genitricis* DEI-PARÆ, *ac Joannis Baptiſtæ depictis in eo iconibus.* Cantacuz. lib. 3. cap. 36. Ita ad ambitionem regendam argumenta pietatis imagines aſſumi debuerunt. Imp. coronatus alios dignitatibus honorabat. Patriarcha ab coronatione Imp. habitu ſe auguſtiorem fecit.

Ambitioſior adhuc Bulgariæ Archiepiſcopus, qui, teſte Georgio Logotheta in Chronico, τὸ βασιλικὸν περιέθηκε χῆμα καὶ διάδημα, ὡς ἔφασκε αὐτόνομος ὢν, καὶ μηδενὶ δίκας ὀφείλων διδόναι, καὶ διὰ τοῦτο ἔχειν ἐξουσίαν βασιλέα εἶναι. *Imperatorium habitum & diadema induit, tanquam ſui juris, & qui nemini rationem reddere obligaretur; eaque propter etiam coronandi Imperatoris poteſtate ſe præditum eſſe.* Vide Novellam 131. Juſtiniani Imperat.

Digitized by Google

§. 3. Cantacuzenus habitu Imperatorio indutus.

Cum Joannes Cantacuzenus Didymotichi Imperator initiaretur, ipsemet primo *vestem Imperatoriam induit : Deinde in conspectu omnium pedes crepidis purpureis exornat ; quarum dexteram ei sanguine proximi, sinistram ex conductitiis Latinis, nobilitate & splendore generis primi inducunt. Imperialem autem tiaram ante Immaculatæ Virginis Dei Matris imaginem humi positam manu sua tollens ipse capiti suo imponit*. Cantacuz. lib. 3. cap. 27.

Corona humi posita.

Ubi observa morem ponendi humi coronam, ut insinuetur humilitas, & ante imaginem *B. Virginis*, ut ostendatur Imperatoris in sanctos pietas.

Adrianopoli etiam coronatus Cantacuzenus, tertio Constantinopoli.

Iterum coronatus est idem Cantacuzenus Adrianopoli, prout ipsemet his verbis exponit libr. 3. cap. 3. *Jam vero placuit etiam Imperatorum more coronari, quam doquidem & Patriarcha Hierosolymorum, & Episcopi complures coram adessent. Cumque mandasset artificibus, ut coronam, & aliis ut alia ad eam celebritatem ceremoniamque accommodata conficerent, paratis omnibus, a Lazaro Patriarcha Hierosolymitano, mense Majo, quando Constantini Magni & Helenæ matris ejus, Apostolis comparandorum memoria colitur, corona induitur. Coronat autem & ipse, ut mos erat, Irenen conjugem suam ; omniaque solitis ritibus, quam maxime fieri potuit, peracta sunt. Nam & argentea, atque aurea numismata spargebantur, convivia, poculorumque invitationes ad dies plurimos frequentabantur*. Tertio demum coronatus est Constantinopoli in Blachernis DEI-PARÆ Virginis templo, prout ipse suo exponit lib. 4. cap. 4.

§. 4.

Edit. Paris. pag. 258.

Imp. coronato mortuorum ossa, pulvis & stuppa accensa objicitur.

Eorum explicatio.

Ad finem hujus capitis de coronatione Imperatoris accipe ex Petro Damiano lib. 1. ep. 17. hunc morem in coronatione observari consuetum, quem a Codino omissum mirarer, nisi scirem, ei non fuisse propositum omnia in litteras referre. Ita ergo Damianus. *Apud Græcos hæc teneri consuetudo perhibetur, ut cum Imperator quis in dignitate creatur, mox ut Imperialibus fuerit insulis redimitus, coronæ, simul ac sceptri gloria decoratus, cum denique procerum vallatur obsequiis, cum excipitur modulantibus psallentium choris : quidam sibi præsto sit obvius, qui videlicet una manu vasculum plenum mortuorum ossibus, ac pulveribus offerat ; in alia vero stuppam lini subtiliter pexam, ac pilis pensilibus molliter demolitam, cui protinus ignis adhibetur, & repente ictu oculi flammâ subito vorante, consumitur. Ut in altero debeat considerare quod est ; in altero valeat videre quod habet. In cineribus siquidem se cinerem recognoscit ; in stuppa jam colligit in die judicii quam subito mundus ardebit ; quatenus dum se, simul ac sua tam vana, tam floccipendenda considerat, de Imperialis culminis ascenso fastigio nullatenus insolescat ; & dum possessor, atque possessio subjacere communi omnium casui non ambigitur, jam quasi de singulari dignitatis apice, qui ad summa provectus est, non infletur.*

Præsentia contemnenda, futura metuenda.

Pulchrum ergo mundanæ conditionis ordinem homo consideret, & dum suis usibus omnia cernit attribui, non sibi, sed suo referat gratias Conditori ; benocinantem mundi gloriam sub judicii sui calcibus deprimat, virorem carnis aridum jam pulverem credat ; diem suæ vocationis tamquam speculum suis obtutibus anteponat, districtum ultimæ discussionis judicium contremiscat ; quatenus dum nunc Creatoris sui legibus subditur, qui inter creaturas, quæ terrenæ sunt, videtur insignis, in cælesti quoque gloria veraciter sit sublimis. Et huc tendebat quoque *Acacia*, quam Imperator altera manu ferre solebat. de qua jam sæpius dictum. Est autem aKacia ad verbum, *Innocentia*; & Acacius, *Innocentius* : ut suo loco notavimus.

OBSERVATIONES AD CAPUT XVIII. & XIX.

De creatione Despotæ, Sebastocratoris, & Cæsaris.

CAPUT XIII.

Num. 1. Cantacuzenus Sebastocratoras creat. Filium Despotam facit idem majorem natu super Despotas effert.

DE Manuele & Joanne uxoris suæ fratribus ipsemet Cantacuz. l. 4. c. 5. *Fratres uxoris Joannem & Manuelem Sebastocratoras legit*. Ibidem de filiis suis idem Cantacuz. *Sub hæc missa triremi in Thessaliam, filium Manuelem accersit, eumque Constantinopoli cum Nicephoro Duca genero suo Despotam declarat. Matthæum Seniorem filium nulla dignitate nominatim coboneslat, honore tamen super Despotas effert : nempe ut esset Imperatori proximus : quem honorem primus Palæologorum Imperator Michael propter filium Constantinum Porphyrogenitum invenit, videbaturque ea dignitas Despotarum dignitati antecellere*. Manuel Asanes aliquoties etiam a Cantacuz. appellatur Despota.

Digitized by Google

Ibid. δίβολέα πέδιλα, *duplicis coloris calceamenta:* vel hinc apparet vocabulum δίβολέα ſpectare ad duplicem colorem. Ex voce πέδιλα, natum eſt πεδύλιον; & Latinis quoque *pedulis*. Interpres Juvenalis Sat. 1. *Pedules novos in braccis, quos pedornes dicunt.*

Stemmatogyrium. a ſtemmate ſcilicet & gyris, quibus conſtabat. Junius, *gyratam coronam vocat.* Num. 4.

OBSERVATIONES AD CAPUT VIGESIMUM,
De electione Patriarchæ.

CAPUT XIV.

TITULUS Junii eſt, περὶ χειροτονίας. Eſt autem *Chirotoniæ* vocabulum, ut & τὸ χειροτονεῖν & χειροτονεῖσθαι, homonymum. ſignificans interdum ipſam deſignationem, electionem & renunciationem; aliquando conſecrationem, ordinationem, initiationem, & ſacram inaugurationem. Quare videndum, quem ſenſum hoc, vel illo loco dictiones iſtæ ferant. Errat ergo Junius, cum iſta verba Codini cap. 20. nu. 12. χειροτονεῖται δὲ ὁ πατριάρχης ὑπὸ τῆς Ηρακλείας, ſic reddit. *Deſignatur vero Patriarcha a Metropolitano Heracleæ*. imo, *conſecratur*, *ordinatur*, &, ut ſic dicam, *inauguratur*: Nam deſignatio ſeu electio Patriarchæ Conſtantinopolitani, non erat Epiſcopi Heracleenſis. Aut ſi & hujus, non niſi ut partis unius; quandoquidem ad Patriarchæ electionem plures conveniebant, ut docet nos hic Codinus. Ab Heracleenſi Epiſcopo Patriarcham conſecrari conſueviſſe, teſtis eſt etiam Zonaras in Imperio Conſtantini filii Leonis fol. 156. qui Heracleenſis cum Imperatorem offendiſſet, Polyeuctum Patriarcham conſecravit Epiſcopus Cæſarienſis. ὃς παρὰ τῆς Καισαρείας κεχειροτόνητο. ubi male interpres VVolffius: *A Cæſarienſi Epiſcopo electus*: non *electus*, ſed *conſecratus eſt*: jam antea enim fuerat electus, ᾗ προκεχειρίσθη πατριάρχης Πολύευκτος μοναχός. *Patriarcha electus eſt Polyeuctus Monachus*. Male etiam Cruſius in hiſtoria Patriarchica Malaxi lib. 2. Turco-græc. pag. 131. ἐχειροτόνησεν αὐτὸν ὁ Ηρακλείας πατριάρχης. *Declaravit ipſum Heracleenſis Patriarcham*. Imo, *conſecravit*, *ordinavit*, *initiavit*. Pulchre Zonaras ad can. 1. Apoſt. καὶ μὲν χειροτονία καλεῖται, ἡ δὲ καθιερώσεως τῆ ἱερᾶσθαι λαχόντος τελεσιουργία τῆς εὐχῆς, ᾗ τῆς ἁγίας πνεύματος ἐπίκλησις, ὅπου τῆ τῶν Αρχιερέα τεῖναι τὴν χεῖρα εὐλογοῦντα ἡ χειροτονεῖσθαι. πάλαι δὲ ᾗ αὐτὴ ἡ ψῆφος χειροτονία ἀνόμαζο. *Nunc quidem Chirotonia appellatur ſolennis illa precum effuſio, quando conſecratur is, qui ad ſacrum ordinem electus eſt; & Spiritus ſancti invocatio, eo quod Epiſcopus extendat manum, dum ordinato benedictionem impertitur; olim ipſa etiam electio Chirotonia nominabatur.*

Chirotonia quomodo fiat.

Errat iterum Junius nu. 12. cum verba iſta, ἐν δὲ τῆ τῆς αὐτῆ χειροτονίας καιρῷ ἤρχετο μὲν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν ἁγίαν Σοφίαν, more Calviniano detorquet in ſolam (veluti miniſtri alicujus) deſignationem, ita vertens: *Quo autem eligendus eſt tempore*. Minime vero; ſed quo tempore *ordinandus & conſecrandus* eſt Patriarcha; ſeu *tempore ordinationis & conſecrationis appetente, venit Imperator ad ſanctam Sophiam.* §. 2. Idem error Junii.

Cantacuz. lib. 4. cap. 37. *Divina Sancti Spiritus gratia invocata, tres in Patriarcham eligunt, Philotheum Heracleæ, Macarium Philadelphiæ Epiſcopos, & privatum adhuc Nicolaum Cabaſilam; electorumque nomina Imperatori ſcripta mittunt, qui Philotheum maluit: & is non diu poſt, legitimis omnibus ſervatis, Patriarcha conſecratus, Eccleſiam aliquamdiu adminiſtravit*. Olim Imperator, arbitratu ſuo, ſolus, ſine Epiſcoporum ſuffragiis, Patriarcham deſignabat: quod contra Canones factum eſſe fatetur Cantacuzenus lib. 4. hiſt. cap. 37. ubi Epiſcopis poteſtatem facit, ut more veteri tres nominent, ex quibus ipſe poſtea, eum, qui magis arriſerit, cæteris præferat. Num. 5.

Poſtquam Græci a communione ſedis Apoſtolicæ ſejuncti omnem poteſtatem, etiam Eccleſiaſticam, in ſuos Imperatores tranſtulerunt; non defuerunt certe Imperatores partibus ſibi delatis; ſed qua poteſtate Patriarchas ponebant, eadem eoſdem iterum deponebant; & ſi liberet, depoſitos reponebant. Omnia hiſtoricorum volumina plena ſunt exemplis; præcipue Cedreni, Zonaræ, Glycæ, Conſtantini Manaſſæ, Nicephori Gregoræ, Cantacuzeni; Turcaſque ſuos Num. 7. Ab Imp. Græcis docti Turcæ tractare Patriarchas.

Digitized by Google

Mahomet es Gennadium Patriarcham creat.

successores ipsis factis suis edocuerunt, quomodo ipsi itidem cum Patriarchis agere deberent. Certe Mahometes Sultanus qui Constantinopolim sub suum jugum misit, vix alio ritu Gennadium Scholarium creavit, quam hic a Codino describatur: *nam suis manibus δικανίκιον seu δικανίκιον, pastorale pedum magni pretii dedit; baculum nempe argenteum inauratum, artificiose factum. Dedit & equum bonum, & certam aureorum summam, his verbis additis: Quod faustum ac felix sit, esto Patriarcha; & utere nostra amicitia, in quibus rebus voles; habens omnia jura, privilegiaque, sicuti superiores ante te Patriarchæ habuerunt. Habe quoque templum sanctorum Apostolorum, domicilii loco. Ita id tunc accepit, & Patriarchicam ibi sedem collocavit;* ut est in historia politica lib. 1. Turco-græ. pag. 15. Verum hæc benevolentia Sultanorum in Patriarchas non diu duravit. Nam sub isto ipso Mahomete Patriarchæ novem exiterunt, & præter Gennadium, qui sponte cessit, vix ullus fuit, quem calumniatores de solio non dejecerint, vel dejiciendum per Bassas Turcicos curarint, introducto etiam duorum millium florenorum *Besceſio*, quod Patriarcha recens electus pendebat, & annuo tributo totidem millium, cui *Charatzio* nomen erat.

Edit. Paris. pag. 260.

Patriarchæ dejecti, besceſio & charatzio onerati sub Turcis.

§. 2. Shismaticis inter se nulla concordia.

Postea etiam usque ad hæc nostra tempora vix unquam pax Schismaticis cum Schismatico Patriarcha fuit. Semper suppullularunt æmulationes, invidiæ, & occultæ machinæ, ad hujus vel illius exitium: ut mihi videatur non sine consilio divino edita esse in Turco-græc. historia politica & Ecclesiastica seu Patriarchica rerum Constantinopolitanarum: ex qua perspicue elucet, Schismaticos non modo cum supremo Catholicæ Ecclesiæ capite per charitatem conjunctos non esse, quod per se liquet, sed nec inter se; cum sub gravissima Infidelium servitute mutuo sese miris cuniculis infestent, & modo hunc, modo illum in Patriarchalem thronum Turcarum ope sublevent. Valet nimirum hic illud: Qui pote, plus urget.

§. 3. Ritus Patriarcham ornandi virga aurata & gemmata, equo acclamationibus.

Phranzes libro 3. Chronici cap. 19. ferme accuratius morem declarandi Patriarcham ab Imperatore describit, quam Codinus: inter cætera hæc habet: *Erat munus & consuetudo Christianorum Imperatorum, ut electo Patriarchæ pedum, seu virgam pastoralem auream, lapillis & margaritis distinctam, & electum equum de regio stabulo, sella & phaleris regifice & sumptuose ornatum, albo & aureo stratorio tectum donarent. Et Patriarcha illi insidens, e Palatio, toto procerum collegio stipante, cum faustis acclamationibus in Patriarchium revertebatur, atque ab Episcopis pro lege & more consecrabatur. Hoc modo e manibus Imperatoris futurus Patriarcha pedum accipiebat, sedente eo super solio regio, & tota procerum corona nudatis capitibus circumstante, Magnus Protopapas Palatii benedictionem pronuntiabat, deinde parvam. Et Magnus Domesticus psallebat illud*: Ubi enim Regis præsentia, *& quæ sequuntur. Deinde*, Gloria. *Et Lampadarius ex altero Choro* Et nunc & semper, *&c. Item*, Rex cælorum, *&c. Finito autem tropario, Imperator surgens habet in manu dextra pedum. Accedit autem candidatus, cujus unum latus Cæsar, alterum Heracleæ Metropolita tegit. Corpus tertium omnibus inclinat. Deinde ad Imperatorem accedit, & consueta adoratione illum prosequitur. Imperator paulum attollens pedum ait:* SANCTA TRINITAS QUÆ MIHI IMPERIUM DONAVIT, TE IN PATRIARCHAM NOVÆ ROMÆ DELIGIT. *Atque ita de manibus Imperatoris Patriarcha potestatem sumebat, eique gratias agebat. Deinde Chori psallebant:* AD MULTOS ANNOS DOMINE, *idque tertio, & illud, ἀπόλυσις, hoc est, ilicet.*

Ritus consecrandi.

Imperatoria formula creandi Patriarchã.

Junius hæc non vertit, sed penitus evertit. *Sciendum est, quod alii sacerdotes summi electionem facientes obsignant bis. Patriarcha designatur solum, quia ab Imperatore facta designatio pro minore sigillo ducitur.* Corrige. *Sciendum est autem alios sacerdotes summos* (hoc est Episcopos, Archiepiscopos, &c.) *eligi per duplex sigillum;* hoc est, *per duplicia suffragia, seu vota obsignata, seu per duplex scrutinium, τὸν μὲν πρῶτον σφραγίδα καλοῦσι μικράν. Primum sigillum vocant minus.* Primum sigillum, hoc est, ut jam plerique vocant, primum *scrutinium* vocant minus. At vero Patriarcham (Constantinopolitanum) per unum dumtaxat sigillum, hoc est, uno scrutinio eligunt, eo quod προβλησις, seu renunciatio ab Imperatore facta suppleat vicem minoris sigilli. Quod ait Junius, primum illud sigillum seu scrutinium vocari *nominationem*, vel *præsentationem*, secundum vero *collationem*, sive *collaturam*; id minime dixisset, si ex Jure didicisset, quidnam jus nominandi, quid jus præsentandi, & quid jus conferendi esset. Nec hoc omittendum; in Turco-græcia τὸν πρῶτον, τὸν δεύτερον σφραγίδα; vocari τὸ πρῶτον τὸ δεύτερον μολύβια, pag. 108.

Num. 13. Junii fraus, vel insciti.

Duplici suffragio eligunter Episcopi.

Junius imperitus Juris.

pag. 261.

Eodem

Digitized by Google

Eodem modo, quo Patriarcha Conſtantinopolitanus, treſque cæteri Patriarchę, eligebatur Archiepiſcopus Achridis; quæ quia patria Juſtiniani Imperatoris erat, ab eodem prima Juſtiniana vocata eſt, magnis aucta privilegiis, qua Eccleſiaſticis, qua politicis: quam ad Archiepiſcopatum evexit, eique ſubjecit omnes provinciales Epiſcopos Diœceſeos, Daciæ, & Myſiæ ſecundæ, Dardaniæ, Prævalitanæ, & ſecundæ Macedoniæ. Gregoras lib. 2. *Olim Juſtinianus Imperator eam provinciam, ex qua oriundus erat, cum aliis multis rebus ornarat, tum primam Juſtinianam appellaverat, atque etiam perpetua libertate donarat, eo tamen excepto, ne ejus Archiepiſcopi Romanorum Imperatores inungerent: quæ prærogativa legibus, aliis eſt conceſſa, &c. Regia ſedes eorum* (Bulgarorum) *deinceps urbs ea eſſe cœpit, quam Juſtinianus Imperator Archiepiſcopatus honore, primæque (ut diximus) Juſtinianæ nomine ornavit. Poſt appellatione gentis illius vulgata, locus ipſe Bulgaria dictus eſt, & Bulgariæ Metropolis prima Juſtiniana.* Vide Novellam xi. Juſtiniani, & ad eam Scholia Cujacii, & Novellam 131.

Num. 14. Juſtinianus patriam ſuam exornat,

Juſtiniana prima ejuſq. privilegia.

Alia Juſtiniana nomine ſecunda fuit in Cypro inſula, patria Theodoræ uxoris, ut eſt apud Nicephorum lib. 17. cap. 28. & lib. 16. cap. 37. Quamquam Procopius lib. 4. de ædificiis Juſtiniani affirmat, Ulpianum, Dardaniæ oppidum, ſecundam Juſtinianam appellatum eſſe.

Juſtiniana ſecunda.

Tertia Juſtiniana non eſt Chalcedon, ut inepte vertit Junius, ſed Carthago in Africa; neque enim Καρχηδὼν, ut in ſua quoque editione habet Junius, eſt Chalcedon, ſed Carthago; quæ Juſtiniana dicta, quod Juſtinianus Imperator Carthaginem una cum Africa, pulſis Vandalis, Romano Imperio reſtituerit. Vide Novellam 131. Alia Juſtiniana nova extat in Notitia Not. viii. & alia Notit. xxviii. ut notat Cujacius ad Nov. xi.

Juſtiniana tertia.

Chartago a Juſtiniano recepta.

Formula hujus precationis inſerta eſt lib. 6. Juris Græco-Rom. quam adſcribam Latinæ; Græca qui cupit, is loco citato quærat.

Num. 15. Preces Epiſcoporum conſecratorum in Palatio pro Impp. magnificæ potius quam piæ.

Sanctus ille Deus qui ex hereditate ſua eximia, inde uſque ab alvo materna elegit te in Imperatorem univerſi corporis, atque cœtus Chriſtiani, & ſupra divinum ſanctumque caput tuum coronam pretioſis gemmis adornatam impoſuit; idque ſancto ſuo inunxit oleo; ſolus ille bonus, in miſericordia & abyſſo benignitatis opulentus; o coronate, cuſtoditeque divinitus ſancte Imperator; qui etiam ex populo ſuo peculiari deligit Pontifices ac ſacerdotes, ut pro miſericordia, vita, victoria, perennitate, pace, valetudine, ac ſalute majeſtatis tuæ Chriſtum amantis, & pro ignorantiis populi, incruentas ipſi hoſtias offerant; meam quoque ſervi humilis, in hac hora precationem hanc exaudiat, & auguſtos ſacroſque pedes tuos in lato ſpatioſoque collocet, ſubjiciens eis omnes alienigenas & barbaras nationes, eaſque ceu pulverem a facie venti diſſipet, ac hoſtes tuos internecione deleat: ut in profunda pace ſortem hereditatis tuæ tibi ſubditam, gentem illam ſanctam, regium ſacerdotum gregem, regia cum dignitate ac magnifice regas, plenaſque gratiarum actionis voces ſurſum ad Deum mittas, qui diem ſupra diem præpotenti ſanctæque majeſtati tuæ adjiciat, & annos tuos conſervet in generationem, & generationem, teque regnare velit uſque ad fines præſentis ſæculi, ac ſemen tuum in perpetua ſucceſſione pacifice conſervet. Etiam, fiat, fiat, Omnipotens Deus, & cum hoc terreno regno cœleſtis quoque regni tui participes eos efficias. Quoniam omne donum perfectum apud te ſolum Deum eſt, qui noſtras etiam preces perficis: cui competit omnis gloria, honor, adoratio, & imperium æternum, ad infinita uſque ſæcula. Amen.

Memorat hic Curopalata *Protoſyncello*. Junius legit, *Protoſyngelos*. *vox compoſita*, inquit, *ex* πρῶτος & σύγγελος, *quod nomen eſt per ſyncopen dictum, pro* σωάγγελος, *ideſt (ut hodie magis receptum eſt) cœnobita. Sed in eis cœnobiis Archimandritæ ſunt Abbates ſeu Patres, Protoſyngeli vero ſenes quique*. Si *Protoſyncellus* idem eſt, quod Cœnobita, tunc omnis Monachus cum aliis in Monaſterio degens, erit Protoſyncellus, quia omnis talis Monachus eſt Cœnobita. at hoc inauditum eſt. Deinde ſi Protoſyncelli ſunt ſenes quique in ſuo ordine, ad quid opus habent propria ordinatione & chirotonia, ut Archimandritæ? nam ut quis ſit ſenex aut ſenior in ſuo ordine, id non largitur electio & conſecratio, ſed tempus & ætas.

Num. 16. Protoſyngeii Juniani refutati.

Edit. Pariſ. pag. 262.

Quis igitur *Protoſyncellus*, & ſimplex *Syncellus*? Olim Syncellus appellabatur is, qui mortuo Patriarchæ ſucceſſurus erat. Teſtes Zonaras, & Cedrenus in Imp. Conſtantini Monomachi, quorum ille explicans, quiſnam apud Saracenos diceretur Seriphus, ſeu Seriphes, ita ſcribit. οὗτος δ' ἐστὶ παρ' αὐτοῖς, ὅπερ παρ' ἡμῖν πάλαι λιὼ ὁ λεγόμενος σύγκελλος. ὡς δὴ ὁ σύγκελλος τῷ πατριάρχῃ θανόντος εἰς ἐκείνου τόπον ἐντιμαδίσατο. ὅπω καὶ ὁ Σεῖφης τῷ Χαλιφᾷ φθαρέντος τὸν τελευτήσαντα διαδέχεται. Hic

§. 2. Quis Syncellus.

Seriphus & Caliphas Saracenorum.

Digitized by Google

Hic apud illos est, qui olim apud nos Syncellus[1]. *Nam ut is in Patriarchæ monasterio locum succedebat, sic etiam Scriphes Calyphæ defuncto substituebatur*. Eadem Cedrenus.

§. 3. Syncellorum exempla. [1] *p. 456. Edit. Regia.* [1] *p. 594. Edit. Regia.* [1] *p. 614. Edit. Regia.*

Ubi notanda vox πάλαι, *olim, antiquitus*, qua significant, olim quidem hac notione nomen hoc usitatum fuisse, postea desiisse. Sic Anastasius Germani Patriarchæ Syncellus fuit, Cedren. in Imp. Leonis Iconomachi pag. 375. * Syncellus item fuit Stephanus frater Leonis Imperatoris, Cedren. pag. 487. * in locum Photii substitutus. Syncellus quoque designatus est Theophylactus Romani Lacapeni filius a Nicolao Patriarcha, etsi ei non successit, sed Stephanus Amasiæ Metropolita, Cedr. in Imp. Rom. Lac. pag. 514. * De Joanne Syncello lege Zonaram in Imp. Theophili, ut & de Michaele Syncello, Cedrenum. Idem Cedrenus mentionem facit Protosyncelli, in Imper. Michaelis Stratiotici, satisque indicat, eam, de qua ibi loquitur, dignitatem fuisse politicam, non Ecclesiasticam: cum dicat penes illum fuisse Reipub. administrandæ curam. τῷ πρωτοσυγκέλλῳ Λέοντι, inquit, προστεθέντες τὰ κοινὰ διοικεῖν τῷ τότε.

§. 4. Quis Syncellus & Protosyncellus.

Est autem Syncellus, quasi ejusdem cellæ consors, & Protosyncellus primus inter cellæ consortes. Res tandem in dignitatis nomen abiit, ut qui nec σύγκελλοι, nec σύγκελλοι essent, tales tamen appellarentur. Sicut hodie multi habent eum titulum, ut vocentur S. D. N. *Domestici*; ita & Syncelli Patriarcharum tandem evaserunt illi, qui forte numquam in Patriarchio habitaverant. Huic postea dignitati agnatum est πρώτης, πρωτοσύγκελλος, ex solita nimirum ambitione qua simplicia vocabula τῷ πρώτῳ convestire solent.

Item nomina fuere dignitatis.

§. 5. Græcæ ambitionis exempla in vocibus longioribus componendis. Πρωτοπαβελλισσιμωτέρτατος monstruosus titulus.

Invenerant olim Græci titulum *Nobilissimi*. Res hic non stetit. ambitio πρωτοπαβελλίσσιμος esse voluit: nec hic, quamvis in longo nomine, finis: ut placet tibi ille in Jure Græco-Rom. lib. 4. Νικήτα πρωτοπαβελλισσιμωτέρτατος? Quale monstrum tituli! Erant Græcis πρόεδροι. titulus iste augendus fuit præscripto vocabulo πρώτης, πρωτοπρόεδροι. quod in Jure Græco-Rom. passim obvium est. Etsi autem scriptura illa σύγγελος & πρωτοσύγγελος apud nonnullos scriptores repetiatur, non dubito tamen vitiosam esse, germanamque illam σύγκελλος & πρωτοσύγκελλος. quia clarum est a *concella*, hoc est, ab eadem *cella* nomen descendere. Hinc VVilhelmus Tyrius lib. 14. cap. 12. *Concellos* nominat. Ennodius lib. 1. ep. 5. vocat *cellulanos*, & quod Græcum magis exprimit, *concellaneos*. Heraclius Imperator, ut est in quadam ejus constitutione, quæ extat lib. 2. Juris Græco-Rom. numerum *Syncellorum* ad duos redegit. Mirum vero Codinum *Syncelli* seu *Syncellorum* mentionem nullam fecisse, dum Catalogum Officialium Magnæ Ecclesiæ texeret, nisi quis dicat, Syncellorum appellationem non officii, sed dignitatis fuisse.

Heraclius duos vult esse Syncellos.

§. 6. Ibid. Junius & lectio emendata. Μανδύας varie flexa voce dicitur. *Rauchmantel.*

Edit. Paris. pag. 263.

Καὶ οἱ μὲν Ἀρχιερεῖς εἰς προσκύνησιν τῷ βασιλέως, ὡς εἴρηται, ἐρχόμενοι μετὰ τῶν ἐχόντων μανδύον αὐτῶν ποταμούς. Junius, pag. 212. editionis suæ, 1. c. 20. n. 16. *Summi autem sacerdotes ad salutandum Imperatorem, ut diximus, venientes cum aliis mandyum suum habentibus*. Perperam. Lege ex Cod. Lauther. μετὰ τῶν ἐχόντων μανδύων αὐτῶν ποταμούς. *cum mandyis suis habentibus fluvios*, hoc est, *cum mandyis undulatis*. In scripto Græcob. l. 2. Turcog. p. 108. ἡ μανδῦ με τοὺς ποταμούς. μανδεῖον inquit ille Græcus in Turcog. pag. 189. λέγουσιν, ὃ φέρει ἐπάνω ὁ πατριάρχης μετὰ ποταμῶν, διὰ τὸ διδακτικὸν ὀφείλειν. Dicitur ergo μανδύας, μανδεῖον, μανδῦ & μαντίον, a quo in Turcogr. p. 189. numero multitudinis τὰ μαντία. οἱ Ἀρχιερεῖς βασεωῦ εἰς τὰ μαντία τοὺς ποταμοὺς κοκκίνους, καὶ ἀσπρους. *Pontifices gestant in pallis fluvios* (limbos) *coccineos & albos*. Germanice *Mantel*, a Latino, *mantelo*. Est autem μανδύας forma similis ei vesti sacræ, quam vulgo vocamus *ein Rauchmantel*; & qua ipse Imp. Romanus adhuc in inauguratione insigniri, & pingi solet quoque cum Electoribus. Simeon magister officiorum in Pandecte Histor. Turcicæ cap. 199. διμαντίσιον vocat. quod Græci rogati ab auctore Pandectæ interpretabantur, ὑπερμάνδυον, quasi dicas, *supramantellum*. Forte διμαντίσιον παρὰ τὸ δίπλωμα derivatur, ut & διπλωματικὸν, quod Imperii & potestatis insigne sit. Eratque vestis hæc tam Imperatoribus quam Patriarchis, aliisque Pontificibus communis, ut ex Curopalata, & Turcogræcia constat; nec satis apte vertitur *paludamentum*, ut agnoscit etiam Leunclavius, cum vox hæc militarem vestem significet; μανδύας autem etiam extra castra gestari consueverit; nec ab Imperatore tantum, sed & ab Ecclesiæ præsulibus; quibus *paludamentum* apte nemo tribuerit.

Mandyas vestis Patriarchis & Impp. communis. Non convenit cum Paludamento.

Junii Persicus Mandyas.

Et hæc accommodari possunt ad varia loca Codini, in quibus *Mandyæ* mentionem facit. Quod Junius Mandyæ originem ex Persica lingua deducit, p. 336.

Digitized by Google

id faeit, opinior, ut Perſicæ linguæ non ignarum ſciamus. Longe facilius a Latino *Mantello*, aut Germanico *Mantel* deduxiſſet. Nec aſſentior Meurſio, qui ita legit; ἐρχόμενοι μετὰ τῶν ἐχόντων μανδύον μὲ ποταμούς. nam ſenſus eſſet: *Epiſcopi veniunt ad venerationem Imperatoris cum illis, qui habent mandyum cum fluviis*, ſive, *undulatum*. cum ipſimet induti mandyis undulatis veniant ad cultum Imperatori deferendum. Nec barbarico illo Helleniſmo μὲ pro μετὰ, Curopalatam uſum eſſe, veriſimile fit, præſertim hoc ſolo & unico loco. potius hoc nupero alicui Malaxo competat, qui in Patriarchica ſua hiſtoriæ Turcograeciæ inſerta, ἐχάρισε καπτάσιον ἐνδύμιον, μὲ τὸ καμυχᾶν, ἢ μανδῦ μὲ τὸς ποταμούς, ἢ ἄλογον ἄσπρον. Meurſii lectio parum proba.

OBSERVATIONES AD CAPUT XXI.

De lugubribus Imp. geſtaminibus.

CAPUT XV.

ALius titulus habet, περὶ πατρὸς βασιλέως ἀποθανόντος. ſed melior eſt inſcriptio, quam capiti huic præfiximus. Citat hoc Codini caput Caſaubonus Exercit. 56. contra Illuſtriſſ. Baronium. Et heu! quid laboris non exantlat, quid ſudoris non profundit, quos lecythos ſuorum Collectaneorum non effundit? ut doceat nos aliud eſſe λαμπροφορεῖν, aliud λευκοφορεῖν, ſeu λευχειμονεῖν. aliud colorem λαμπρὸν, aliud colorem λευκόν. interdum tamen λαμπρὸν καὶ λευκὸν pro eodem accipi; proprie, diſtingui. *Apud Codinum*, inquit, *veſtes albae, luctus indices, vocantur λευκαί; iiſdem opponuntur λαμπραί, id eſt, omnes nitidiores: puta candidae a fullone recentes, quales fuerunt olim candidatorum, quas Plutarchus & alii Graeci λαμπράς vertunt; aut purpureae, vel alius cujuſvis coloris, praeſertim intenſioris. Non enim ſola candida dicuntur λαμπρά; ſed quaecumque valde nitent, cujuſmodi erant cum primis illae chlamydes veri luminis, de quibus ab Trebellium Pollionem diximus.* Quam abſcondita nobis pandit operoſus iſte Exercitator! quaſi non omnia hæc ex ipſo Codino ſatis ſuperque perfecta ſint, præſertim adjunctis iis, quæ cap. 11. idem Codinus tradit. Num. 2. Caſaubonianæ affaniæ. Λαμπρόν & λευκόν quid different.

Lucæ 23. indutus eſt Chriſtus ab Hærode, irriſus cauſſa, ἐσθῆτα λαμπρὰν. Beza vertit, *ſplendidam*, Interpres noſter, *albam*. Approbat hoc Caſaubonus; quia λαμπρὸν & λευκὸν ſæpe eodem ſignificatu uſurpantur. Illud Critica ferula ſic caſtigat; Magis ex uſu-Latine loquentium dixiſſent, *candidam*. Mirum, Bezam hoc loco non fuiſſe memorem ſuæ *Candidæ*, a fullone candentis; cujus iterum oblitus eſt Jacobi cap. 2. dum ἐσθῆτα τλὴ λαμπρὰν, denuo *ſplendidam veſtem* interpretatur. Bonam tamen operam, ſed nimis ſeram navat nobis Aſceta iſte; dum nos docet, quid ſit μαργάριον; ſed per negationem: ait enim Imperatorem citrina veſtimenta aſſumere, *ſed ſine limbis & pretioſis praetexturis: hoc Margellium ſignificat, non margaritas*. Audis, Juni, quid te olim Genevæ incolam doceat ejuſdem Scholæ quondam & urbis inſeſſor Caſaubonus? Mitte ergo tandem tuas margaritas. Vocavi *operam ſeram* reſpectu noſtri; quia jam pridem ex Balſamone & aliis didicimus, quid ſint *Margellia*. Beza Edit. Pariſ. pag. 364. §. 2. Beza perſtrictus a Caſaubono. Caſaubonus Junium docet Margellia non eſſe margaritas.

Cæterum, quod Codinus ad calcem capitis ſcribit, nefas eſſe, ut quis veſtes nigras in Palatio portet, id intelligendum eſt extra caſum, quo ipſe Imperator luget: tunc enim omnes μελανειμονοῦσιν, ut paulo antea Codinus dicebat.

OBSERVATIONES AD CAPUT XXII.

CAPUT XVI.

AD fontem, πηγὴν, ſeu πηγαὶ, templum celeberrimum Conſtantinopoli extra mœnia, cujus ſummus amator, admirator, & encomiaſtes fuit Nicephorus Calliſtus, ut conſtat ex libro decimo-quinto Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 25. & 26. qui de miraculis ad fontem editis integrum ſe commentarium ſcripſiſſe dicit. Extat Viennæ in Cæſarea Bibliotheca, fortaſſis unicum totius Europæ exemplar; cui niſi cito ſuccurratur, (vidi enim & percurri allatum Monachium, & huc Ingolſtadium) penitus a blattis tineiſque corrodetur: & Num. 2. Πηγὴ templum extra urbem.

Digitized by Google

jam nunc aliquot locis ab aquis peſſime acceptum eſt, ita ut multa legi nequeant, præſertim ſub finem.

Πηγὴ templum, eſt fons curationum.

Ad hoc templum divertit quoque Helena Cantacuzeni filia, nuptura Joanni Palæologo. Rem ſic narrat ipſemet Cantacuz. lib. 4. cap. 1. *His actis Adrianopoli uxorem cum filiabus evocat. Quæ ut affuerunt, in templo Deiparæ, ante urbem (quod ut nomine πηγὴ, id eſt, fons, dicitur, ſic re ipſa curationum plurimarum fons eſt) Anna Imperatrice egreſſa obviam, & præſentibus Impp. cum magiſtratibus & nobilitate univerſa, Helena adoleſcenti Joanni nuptura, patre, & Anna Auguſta jubentibus, Imperatorio cultu exornata, & Imperatrix ſalutata eſt. Deinde omnibus ſimul cum Impp. in Palatio congregatis, nuptiæ apparabantur, & univerſa bellicis miſeriis relevati, meliora ominabantur.*

Num. 3. Blachernæ extra urbem. * *l. 2. cem. c. 6. nu. 91.*

De templo Blachernarum ſuo loco diximus *. erat & ipſum extra urbem ad littus maris, de quo multa Nicephorus loco citato. Principio templa ſolummodo erant; ſucceſſu temporis acceſſerunt ſplendidiſſima Palatia. Quomodo excepta fuerit ab Andronico Juniore ſponſo Anna Sabauda, leges apud Cantacuz. lib. 1. c. 42. Aſſumentum illud, ἴσιον δὲ καὶ τοῦτο, &c. vere aſſumentum eſſe, neque huc pertinere, clarius eſt, quam ut multis oſtendi debeat. quia tamen Junius reperit in quodam exemplari, ſibi a Frehero ſubminiſtrato; & quia alter Boicus Codex eodem additamento cęteris auctior eſt, relinquamus ſane hoc loco, neque dum alium quærimus & aſſignamus, forte incommodiorem attribuamus. Illud certum eſto, hic omnino tamquam peregrinum atque exoticum habitare. Codex tamen Boicus pro παρδοβάλλοι exhibet παρδοβάγιλι.

Edit. Pariſ. pag. 265. χρυσοτίμια.

Turcarum Sultano etiam hodie χρυσοτίμια potui refrigerando in pretio eſſe, memini me legere alicubi in obſervationibus Bellonii.

MISCELLANEA QUÆDAM.

CAPUT XVII.

Gregoras infeſtus Andronico Jun. & Cantacuzeno.

NICEPHORUS Gregoras ſua in hiſtoria parum amico animo fuit in Andronicum Juniorem Imperatorem, & in Joannem Cantacuzenum Magnum Domeſticum; de qua Gregoræ iniquitate extat publica querimonia Cantacuzeni libro quarto, capite vigeſimo-quarto & vigeſimo-quinto. Nec mirum, quia ſequebatur partes Andronici Senioris, cui addictiſſimus erat, utpote plurimis beneficiis ab illo affectus, & magnis honoribus cumulatus. Quocirca calamum continere non potuit, quo minus aliquando Andronicum Juniorem, & Cantacuzenum mordaciter perſtringeret, & calumnias in chartas effunderet: in quorum numerum ſi referas geminas illas de Andronico Juniore narrationes, quibus ſuam hiſtoriam claudit, abſque injuria Gregoræ, niſi fallor, id fiet. Prior narratiuncula eſt talis.

Jun. Andronici humilis animus ex mente Gregoræ.

2. *Erat ſingularis quædam in Andronico Juniore natura, ne uſquam Imperatoriæ majeſtatis magnificentiæ, & amplitudini ſtuderet: ſed ſæpe ſubditis humilius ſe gereret, idque ex uno e multis facile apparebit. Notum eſt omnibus, Imperatorium triclinio-rum pavimenti ſummitates ambas inter ſeſe oppoſitas eminere ſupra interjectum ſolum uſque ad ſpithamæ trientem, ubi etiam Imperatorium ſolium eſt conſtitutum, nimirum ut & in eo Imperator aliquid præ cæteris eximium habeat, ſive in ſacris hymnodiis ſtans, ſive nunc ſubditis, nunc exterarum nationum legatis reſpondens. Nec in illo loco cuiquam mortalium licere illi aſtare, præter uxorem, liberos, & fratres, & patruos fortaſſe. Verum illo ibi ſtante & differente, non modo omnis nobilitatis adoleſcentia illi adſtabat, & plebejorum miniſtrorum quilibet. Unde ſæpe turba hominum ita premebatur, & urgebatur, ut ipſe deflecteret ac loco cederet, aliiſque ſuperiore ſtatione conceſſa, paulatim ad inferius pavimentum deſcenderet, nemini omnium ſuccenſens.*

3. Altera calumniæ vicina narratiuncula eſt illa. *De capitis tegumento apud ſuperiores Imperatores moris erat, ut ætate provectiores aulici proceres pileis turbinatis uterentur, ſerico tectis, pro dignitate cujuſque; adoleſcentes vero omnes prorſus nudis eſſent capitibus *. Illo vero Imperatore, is mos uſque adeo obſolevit, ut omnes ſimul & adoleſcentes & ſenes pileis uterentur, non minus in Palatio, quam in agris; iiſque multiformibus & peregrinis, & quales cuique probabantur: alii Latinis, alii Myſiis, & Triballicis, alii Syriis, & Phæniciis, ſuo quique arbitratu. Eodem more in veſtibus etiam uſi ſunt, ut pru-*

* *Codin. c. 7. n. 2. 13. 18. &c.*

Mutatio veſtium omen mutandi Imperii.

Digitized by Google

dentiorem novitatem aliquam, & destructionem Imperii, & finem institutorum ac morum illius divinarent.

4. Capite secundo, num. 26. hujus libri diximus de jejuniis Græcorum ante festa omnium Apostolorum, Transfigurationis, Assumptionis Deiparæ, & Nativitatis Domini. Græci quiritabantur hæc jejunia a Latinis non observari; ac proinde hac etiam ex parte cum iisdem concordiam iniri non posse. *Instituta & mores omnes, diversa omnino sunt*, inquit Marcus Ephesius, *jejunia, & ritus Ecclesiastici, & similia. Quæ ergo hic unio, ubi nullum patens ac manifestum apparet signum? & quomodo uniti sunt, qui sua retinere volunt? hac enim lege suum ad unionem præbuere assensum, quamvis a Patrum traditionibus desciverint.*

Respondet Gregorius Protosyncellus in Apologia pro Concilio Florentino, quæ extat ad calcem ejusdem Florentini Concilii in edit. Romana Græco-Latina. *Nescit ergo, ut plane videtur, eximius hic vir, varios in hac etiam magna urbe Constantinopolitana servari mores, jejuniorumque ac rituum Ecclesiasticorum esse diversitates. Namque ante Christi natalem sunt, qui ordiuntur jejunium ex die quintodecimo Novembris; alii ex die sexto Decembris, alii ex vigesimo: Ad honorem quoque Ascensionis Christi quidam jejunare incipiunt ex Calendis Maii; & alia ab aliis jejunia observantur. Nam & ipso sancte ac magnæ Quadragesimæ tempore, diebus Sabbathi ac Dominicæ multi vescuntur piscibus, aliis quoque alii diebus; sunt etiam qui iis omnino se abstinent. quid ergo? dicemusne illos fide etiam inter se dissidere? In ritibus quoque Ecclesiasticis consuetudo est varia; Nam Constantinopolitana major Ecclesia in celebrandis officiis alio more utitur, alio vero majora Monasteria, alio minora ad quietem accommodata, denique alio sacerdotum secularium Ecclesiæ. Quin & Tabennesiotæ in uno eodemque cœnobio varios jejunandi psallendique modos habebant, aliis per biduum jejunantibus, aliis per hebdomadam, & his quidem ad vesperam, illis vero de media nocte sacros hymnos canentibus; quod fiebat etiam in monasterio Acœmetorum.*

Diversitas rituum jejuniorumque non obstat unioni fidei Græcorum & Latinorum. Edit. Paris. pag. 266. Ipsi Græci variant in ritib.

Subdit Gregorius. *Mirum porro fuerit, cur ille vir & linguæ diversitatem, & varium indumentorum genus vitio non verterit; aut quod illi flectant genua cum adorant & orant, servantes morem antiquitatis, nos vero minime.*

Monasteria diversos observant ritus.

5. Capite VII. docet Codinus, qua majestate Imperator prandere soleret, tum in aliis festis, tum in Nativitate Domini. Distinctius longe magnificentiam hanc depingit Luitprandus Ticinensis lib. 6. historiæ suæ, cap. 3. utpote a se oculis usurpatam, cum Berengarii legatus esset apud Constantinum Imperatorem. *Et domus*, inquit, *juxta Hippodromum, Aquilonem versus, miræ & altitudinis & pulchritudinis, quæ decaennea cubita vocatur. Quod nomen non abre, sed ex apparentibus causis sortita est: δέκα enim Græce, Latine, decem; ἐννέα novem: cubita aut a cubando inclinata, vel curvata possumus dicere. Hoc autem ideo, quoniam quidem XIX. mense in ea, quæ secundum carnem est, Domini nostri Jesu Christi Nativitate apponuntur. In quibus Imperator pariter & convivæ non sedendo, ut cæteris diebus, sed recumbendo epulantur. Quibus in diebus non argenteis, sed tantum aureis vasis ministratur. Post cibum autem aureis vasis tribus sunt poma delata, quæ ob immensum pondus non hominum manibus, sed purpura tectis vehiculis sunt allata. Apponuntur autem duo hoc modo: In mensa per foramina laquearis tres sunt funes pellibus deauratis tecti, cum anulis aureis depositi, qui ansis quæ in scutellis prominent, impositi, adjuvantibus inferius quatuor, aut eo amplius hominibus, per vertibile quod supra laquearium est ergalium in mensam subvehuntur, eodemque modo deponuntur.* Hæc Luitprandus; sed pro *cubita*, lege, *accubita*. Zonaras in illud Canonis Trullani 74. ἀκύβιτα στρωννύειν. ἔστι λέξις τῶν ἀκυβίτων τῶν Λατίνων ἐστὶ, ἀκύμβω γὰρ παρὰ Ρωμαίοις τὸ ἀναπίπτω, σημαίνει στρώμνας ἡρμένας εἰς ὕψος καὶ μαλακάς. αὗται δὲ τρυφῆς καὶ μαλακίας εἰσίν. *Voculas accubituum a Latinis est, nam accumbo apud Romanos est ἀναπίπτω, & significat lectos in altum eductos satque delicatos; sunt enim delitiarum & voluptatis illices.*

Luitprandus mensam Imp. describit, Palatium, vasa. Imp. accubans non assidens. Poma vehiculis invecta.

Ejusdem Palatii, quod a decem & novem *accubitis* seu lectis triclinaribus nomen invenit, meminit Paulus Diaconus in Leone. *Silentium contra sanctas ac venerabiles celebravit iconas, in tribunali decem ac novem accubituum*: Idem. *In crastino Sabbatho sancto exivit Imperator in tribunalibus decem & novem accubituum.* Codinus lib. de Origin. Constantinop. καὶ τὰ δέκα ἐννέα ἀκύβιτα, καὶ τὸ σέλμιον, καὶ τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου Στεφάνου.

Oratio in tribunali 19. accubituum.

6. Idem Luitprandus lib. 6. cap. 2. de alio Palatio *Magnaura* dicto. *Est Constantinopoli domus Palatio contigua miræ magnitudinis, ac pulchritudinis, quæ a Græcis ρ loco λ posita, Megaura, quasi magna aura pro aula dicitur. Hanc itaque Constanti-*

Megaura Palatium.

Digitized by Google

In area deauratáque arbore volucres æreæ ac deauratæ cantillabant.

nus, tum ob Hiſpanorum nuncios, qui tunc noviter eo venerant, tum ob me & Liutfredum hoc modo parari juſſit. Ærea, ſed deaurata quædam arbor ante Imperatoris oculos ſtabat, cujus ramos itidem æreos, diverſi generis, deauratæque volucres replebant, quæ ſecundum ſpecies ſuas diverſarum avium voces emittebant. In primis vero ſolium hujuſmodi erat arte compoſitum; ut in momento humile, excelſius modo, quam mox videretur ſublime. Sed ſedile quod erat immenſæ magnitudinis, incertum utrum ærei an lignei, verum auro tecti leones quaſi cuſtodiebant. In hac igitur duorum eunuchorum humeris

Edit. Pariſ. pag. 267.

Solium Leonibus cuſtoditum, irrugiit.

incumbens, ante Imperatoris præſentiam ſum deductus. Quumque in adventu meo leones rugitum emitterent, aves ſecundum ſpecies ſuas perſtreperent, nullo ſum terrore, nulla admiratione commotus; quoniam quidem ex his omnibus eos qui bene noverant, fueram percontatus. Tertio itaque Imperatorem pronus adorans caput ſuſtuli, & quem prius moderata menſura a terra elevatum ſedere vidi, mox aliis indutum veſtibus penes domus laquear ſedere proſpexi. Quod qualiter fieret, cogitare non potui; niſi forte eo ſit ſubvectus ergalio, quo torcularium arbores ſubvehuntur. Per ſe autem nihil locutus; quoniam, & ſi vellet, intercapedo maxima indecorum faceret; de vita Berengarii & ſoſpitate per Logothetam eſt percontatus.

Imp. penes laqueare evectus.

Palatium πορφύρα, unde Porphyrogeniti.

7. Erat Conſtantinopoli aliud Palatium cui πορφύρα, ſeu *Purpura* nomen, parturientibus & parientibus Imperatricibus deſtinatum. Anna Comnena lib. 6. Alexiadis. Alexius Comnenus domum reverſus τὴν βασιλίδα καὶ τὸ ἀρχαῖον εισμέτρον πάλαι ταῖς τικτούσαις τῶν βασιλίδων οἴκημα ἐπὶ ταῖς ὠδῖσιν εὗρε. πορφύραν τοῦτο ἀπέκαθεν ὀνομάζουσιν, ἐξ ἧς καὶ τὸ τῶν Πορφυρογεννήτων ὄνομα εἰς τὸν οἰκεμένην διέδραμε, *reperit Imperatricem in domo jam olim parientibus deputata, in ipſis partus doloribus; quæ purpura ab antiquis temporibus nominatur. Unde etiam Porphyrogennetarum, ſeu Porphyrogenitorum appellatio in mundo manavit.*

Conſtantinus Porphyram extruxit.

8. Luitprandus lib. 1. cap. 2. *Porphyrogenitum non in purpura, ſed in domo, quæ Porphyra dicitur, natum appello. Et quoniam res proceſſit in medium, quod de hujus Porphyrogeniti geneſi audivimus, proferamus. Conſtantinus Imperator Auguſtus, ex cujus nomine Conſtantinopolis eſt ſortita vocabulum civitas, domum iſtam ædificari juſſit, cui Porphyra nomen impoſuit, voluitque ſucceſſuram nobilitatis ſuæ ſobolem iſtic in lucem prodire, quatenus qui ſuo ex ſtemmate naſcerentur, luculenta hac appellatione Porphyrogeniti appellarentur.*

Alia ratio dictorum Porphyrogenitorum.

Alii Porphyrogenitos dictos cenſent, quod patre Imperatore, & purpura Imperiali conveſtito, nati eſſent. Ita Zonaras in Conſtantino Duca. *Imperium reliquit tribus filiis ſuis, quos ſuſtulit ex Eugenia conjuge ſua; Michaelem quidem & Andronicum, quando adhuc privatam vitam ducebat: Conſtantinum vero, cum jam imperaret, ipſaque etiam Eugenia ad Auguſtæ honorem evecta. Hinc iſte ſolus erat Porphyrogenitus, quem ſtatim etiam ante alios Imperatoriis inſignibus exornavit.*

Nicephori Phocæ ridicula proceſſio.

9. De proeleuſi ſeu proceſſione Imperatoris die Pentecoſtes ad S. Sophiam, Codinus breviter agit cap. 14. num. 23. & 24. quam admodum feſtive, quin & ridicule deſcribit Luitprandus in ſua ad Nicephorum Phocam legatione: *Non pigeat me*, inquit, προέλευσιν *ipſam deſcribere, & Dominos meos audire. Negotiatorum multitudo copioſa, ignobiliumque perſonarum, ea ſolemnitate collecta, ad ſuſceptionem & laudem Nicephori, a Palatio uſque ad Sanctam Sophiam, quaſi pro muris, viæ margines tenuit, clypeolis tenuibus ſatis & ſpeculis vilibus dedecorata. Acceſſit & ad dedecoris hujus augumentum, quod vulgi ipſius potior pars, ad laudem ipſius, nudis proceſſerat pedibus. Credo ſic eos putaſſe, ſanctam ipſam potius exornare* προέλευσιν. *Sed & optimates ſui, qui cum ipſo per plebejam & diſcalceatam multitudinem ipſam tranſierant, magnis & nimia vetuſtate rimatis tunicis erant induti. Satis decentius quotidiana veſte induti procederent. Nullus eſt, cujus atavus hanc novam haberet. Nemo ibi auro, nemo gemmis ornatus erat, niſi ipſe ſolus Nicephorus, quem Imperialia ornamenta ad majorum perſonas ſumpta, & compoſita, fœdiorem reddiderant. Per ſalutem veſtram, quæ mihi mea carior extat, una veſtrorum pretioſa veſtis procerum, centum horum & eo amplius pretioſior eſt. Ductus ego ad* προέλευσιν *ipſam in eminentiori loco, juxta pſaltas, id eſt, cantores ſum conſtitutus.*

Vulgus nudis pedibus in proceſſione.

Nicephorus ab ornamentis fœditor.

pag. 268. Luitprando oppoſitus Codinus.

10. Sed Luitprandus fortaſſis ſiniſtro ſuo affectui in Græcos, a quibus in hac ſecunda ſua legatione non bene habitus fuerat, nimium indulſit. Longe aliter Codinus cum in hoc libro, tum in Originib. Conſtantinopolitanis, ubi iſta. ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ τοῖς ἐπινικίοις καὶ παρόντων πρέσβεων, ἐνεδύοντο χλαμύδας ποικίλας, ἀπὸ χρυσοῦ καὶ πορφύρας, ἢ ἄλλως πῶς πολυτελεῖς. ἐν δὲ ταῖς κοιναῖς συνόδοις ξυραμπελίνας τῷ χρώματι, ἃς ἐκάλουν Ατραβατικὰς ἀπὸ τοῦ χρώματος. τὸ δὲ μέλαν, ἄτρον καλοῦσιν. ἢ ἔτι μὴ

τραβέαν πάντας ἐώθασι χρῆσθαι· τραβέας δὲ λέγονται αἱ πολυτελεῖς χλαμύδες. *In festivitatibus & ludis publicis, & præsentibus legatis inducbant tunicas varias, auro, purpura, vel alia re ornatas; in vulgaribus autem conventibus xeranpelinas, quas a colore Atrabaticas vocabant: nam nigrum, Atrum nominant. aut quod his una cum trabeis uti solent, trabeæ enim sumptuosæ vestes appellantur.*

11. De fausti acclamationibus fuse Codinus cap. 7. quas suaviter ridet Græcorum haud summus amicus Luitprandus. *Ad mensam suam me redire præcepit* Nicephorus; *Cui pater assedit, homo, ut mihi videbatur, centum quinquaginta annis natus. Cui itidem, ut filio, Græci in laudibus, imo in ventis suis, Deus annos ut multiplicet, conclamant. Quain re, quam sint Græci stulti, quamve hujus gloriæ amatores, quamve adulatores, quam cupidi, hinc colligere possumus: optant soli non sola, sed silicernio, quod naturam ipsam non pati certo sciunt. gaudet & silicernium ea sibi optari, quæ nec Deum facere, nec sibi prodesse, sed obesse, etiamsi faceret, novit. Quod quæso Nicephorum gaudere pacit.....illum & phosphorum clamabant: impotentem, virilem, stultum, sapientem, brevem, magnum, nigrum, album, peccatorem, sanctum dicere, mihi credite, non haus, sed contumelia est. Et qui aliena magis gaudet sibi acclamari quam propria, avibus omnino est similis, quarum intuitum nox illuminat, dies cæcat.* Luitprandus acclamationes ridet Græcas,

Cap. 6. num. 36. agit Codinus de Tropæuchia, Justinianeo, & aliis gestaminibus, quæ Imperator fert in capite. His adde etiam illud, quod Georgius Acropolita, Magnus Logotheta in suo Chronico appellat *Pyramidem*, ubi de Isaaco Imperatore a Bulgaris devicto agit. *Et hoc tempore*, inquit, *Bulgari tantis Romanorum spoliis acquisitis superbius insolentiusque se gerebant.* καὶ δὴ καὶ ἐκ τῶν βασιλικῶν παρασήμων τὰ καιριώτερα, τάς τε δὴ τῆ βασιλέως τὰς πυραμίδας ἀνελάβοντο, *nam ex Imperatoria supellectile pretiosiora, & in his ipsas Imperatoris pyramidas adepti sunt.* Ad quę interpres Theodorus Dousa: πυραμὶς *erat pileus acuminatus, instar pyramidis, Orientalium Principum gestamen. Cujus postea iterum Auctor meminit.* καὶ τὰ μὲν ἐρυθρὰ πέδιλα ἀπεβάλλετο, καὶ τὴν περιάργυρον πυραμίδα, εἰς ἣν καὶ λίθος ὑπερκάθηται κόκκινος, ἃ βασιλικὰ σύμβολα. *Purpureos calceos adjecit, & margaritis distinctam pyramidem, cui insertus erat cocoinei coloris lapis: quæ sunt Imperialia insignia.*

Cantacuzenus lib. 1. Histor. cap. 5. pileum hunc seu tiaram ab inserto unione seu lapide pretioso synecdochice nominat ὁ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς λίθος, *lapidem supra caput*. Et lib. 4. cap. 37. hæc eadem tiara est Cantacuzeno λίθῳ κεκοσμημένος πῖλος. *lapide decoratus pileus*. Est symbolum Imperii lib. 1. cap. 5. Quocirca diversum forma fuisse oportuit illum, quem fugitivus Andronicus Comnenus Imper. induit, licet pyramidis quoque speciem præ se ferret. πῖλον δὲ βαρβαρικὸν τῇ κεφαλῇ περιθέμενος, ὃς εἰς ὀξὺ λήγων πυραμίδι εἴκασται, τῷ βασιλικῷ εἰσεισιν αὖθις τείχει, ut ait Nicetas lib. 2. de Andronico Comneno. *Capiti barbarico pileo impositio, qui in acumen desinens, pyramidi similis erat; Imperatoriam triremem iterum intravit.* Grande tamen aliunde inter hunc barbaricum pyramidalem pileum, & illum alterum Imperatorium interfuisse oportet discrimen, cum Andronicus hunc barbaricum, ne agnosceretur Imperator, assumpserit: sicut & turbinati illi pilei χῆμα πυραμίδος ἔχοντες, quibus proceres in Aula Constantinopolitana utebantur, utique ab Imperatoris καλύπτραις seu tegumentis in pyramidem fastigiatis discrepabant. Vide Gregoram ad calcem Historiæ.

Græci, recepta a Latinis Constantinopoli, inter Balduini II. Imp. symbola repererunt Calyptram forma Latinis usitata constantem, & unionibus distinctam, cum lapillo rubri coloris in vertice capitis, ut in Pandecte scribit Leunclavius ex Prætore Græciæ Historico inedito. *Edit. Paris. pag. 269.*

Basilius Porphyrogenitus apud Zon. triumphat τιάρᾳ ταινιωθεὶς ὀρθίᾳ, *erecta tiara redimitus*, ἣν τῦφαν καλεῖ ὁ δημώδης καὶ πολὺς ἄνθρωπος, inquit Zonaras, *quam vulgus Tuphan vocat*. Addit etymon, nescio quam vere: τύφον οἶμαι ὠνομασμένην, εἰς τέτυφῶσθαι ποιοῦσαν τοὺς ταύτῃ ἀναδεμένους. *Typhan puto appellatam, a typho & superbia, quam in animis gestantium excitat.* Quæ est magis pia, quam vera originatio. Cedrenus de eodem ejusdem Basilii triumpho. στέφανῳ χρυσῷ λόφον ἐφύπερθεν ἔχοντι ἐθειάμβευσε στεφανωμένος. *Triumphavit corona aurea cristata coronatus.* Cristata nimirum propter *tuphan*, seu *flammulum*, qua insigniebatur, (quam Cedrenus vocat λόφον, *verticem*) ob quam vulgus tiaram istam *Typhæ* nomine affecit.

Imperatoris itidem insignia erant *purpurea* πέδιλα, quæ nunc calcei, nunc sandalia, nunc ocreæ, nunc crepidæ vertuntur. Et quidem ἐρυθρὰ, *rubra*, κόκκινα, seu κοκκοβαφῆ, *cocco tincta*; non sine aquilis, quæ & τζάγγαι, seu τζάγγαι dice-

Digitized by Google

bantur, usque ad genua pertingentia, si fides Procopio lib. 3. de ædificiis Justiniani. ὑποδήματα μέχρι εἰς γόνυ φοινικοῦ χρώματος, ἃ δὴ βασιλέα μόνον Ρωμαίων τε καὶ Περσῶν ὑποδεῖσθαι θέμις. *Calcei purpurei coloris usque ad genua, quibus solum Romanorum Imperatorem, & Persarum Regem fas uti.*

Posteris temporibus idem honos Principi Bulgariæ concessus, inter cujus insignia erant, *aurea corona*, ut est apud Joannem Curopalatam in Tzimisce, καὶ τιάρα νηματίνη ἐκ βύσσου, tiara ex byssо confecta, καὶ πέδιλα ἐρυθρά, quæ Zonaræ sunt φοινικόχροα, & Nicetæ in Joanne Comneno φοινικοβαφῆ. Idem Bulgarorum Princeps Græcis βασιλεὺς appellabatur, ut liquet ex legatione Luitprandi ad Nicephorum Phocam, quo nomine ne Imperatorem quidem Occidentis dignabantur, quem ῥῆγα indigitabant. Ex calceis purpureis & aquiliferis agnitus est inter cæsorum cumulos & tumulos Constantinus ultimus Constantinopoleos Imperator. Phranzes lib. 3. cap. 18. *Corpus exanime invenerunt, idque ex Imperatoriis calceis agnoverunt, in quibus, ut Imperatoribus consuetum erat, aquilę aureæ depictæ visebantur.*

Has crepidas ἐρυθράς, ut eas appellat Gregoras lib. 3. quemadmodum & purpuram statim arripiebant illi, qui Imperium invadebant. Quapropter de Theodoro Comneno, capta Thessalonica, Georgius Acropolita in Chronico: πορφυρίδα τε ὑποδύεται, καὶ πέδιλα ἐρυθρά. *Purpuram induit & rubra calceamenta*, obitque *strenue Imperatoria munia, creando Despotas, Sebastocratoras, Magnos Domesticos, Protovestiarios, & id genus.* Quibus ante omnia invasores sceptri Imperatorii privabantur, quam primum in legitimorum dominorum potestatem veniebant.

Coronam Imperatoriam nemo sibi sumebat, sed in coronatione seu inauguratione sua a Patriarcha accipiebat.

Mirum est Codinum *Patricii* nullam mentionem fecisse, cum posterioris Græciæ omnia monumenta Patriciis plena sint, & πατρικιότης seu *Patriciatus* apud Justinianum Novell. 38. & apud Constantinum Manassem in Chronico: nomen non tantum nobilitatis, ut apud veteres Romanos, & hodie in nonnullis Imperii urbibus, ubi qui ex præcipuis familiis genus ducunt, vulgo Patricii audiunt; sed etiam dignitatis, officii, & præfecturæ. Dignitatis exempla adfert Meursius in Glossario ex Svida, Procopio & Malcho in Byzanticis. Qua notione etiam *Patricii* nomen accipies, quando audis Pipinum & Carolum Magnum fuisse *Patricios* Romanorum. Officii & præfecturæ exemplum est Salomon *Magister militiæ & Patricius Africæ* apud Victorem Tunnunensem in Chronico, & Amalus *Patricius Provinciæ* apud Paulum Diaconum libro tertio capite tertio de gestis Longobardorum. Talis itidem Patricius vel erat vel esse volebat ille, quem sibi Romani elegerant, de quo Otho Frisingensis libro septimo Chronici capite trigesimo-primo.

Edit. Paris. pag. 270.

Meursius in Glossario *Patricios* nimis extollit. Nam Occidentalibus *Patricios Romanorum* fuisse, qui nunc Reges appellantur. Quis neget hoc a vero nimis remotum esse? Primus enim Carolus Magnus, & alii nominabantur Patricii Romanorum. An ideo Reges Romanorum vel erant, vel habebantur? At Carolus Magnus postquam Romanorum Imperator creatus & palam promulgatus est, desiit appellari Patricius Romanorum. Quid tum? An ideo, cum esset Patricius, Rex Romanorum erat? Si quis exteræ nationis Patricius Venetus, crearetur Dux Venetus, Patricii nomen utique omitteret. An ideo antea Rex Venetorum fuisset? Alienius a vero est, quod ait idem Glossarii collector, *Imperatorem rebus Ecclesiasticis, tamquam supremum caput præfuisse, & hac in functione Patricium vices ejus egisse.* Idque probat ex Disputatione Gregentii, ubi dicit Erban, Judæum baptismi undis jam ablutum, creatum esse a Rege Homeritarum, ὑπαρχηγίονα. qui Meursio est *Vicarius Regis*, tamquam supremi in rebus Ecclesiasticis capitis. Sed Meursius hic nimis aperte *Anglizat*: ut enim Angli Regem suum, veluti supremum Ecclesiæ caput, venerantur, ita & Batavi suum Magistratum ad id culmen evehere incipiunt, ut planum fit cum ex aliis Novatoribus, tum ex Hugone Grotio *in Pietate Ordinum Hollandiæ;* in quo tamen a puro Calvinismo & Puritanismo immane quantum recedant; qui hujusmodi capitis impatientissimus est, neque umquam ejus absque gravi detestatione meminit. Nec Gregentius quidquam de hoc *Vicecapite* innuit. imo futilem hanc persuasionem Meursio eximere poterat, si animum vel paululum advertisset. nam ὑπαρχηγίονα ait

eum

eum esse, qui Romanis vocetur *Patricius*, & *Canicleon*. Quis autem umquam audivit præfectum Caniclei aut Patricium, fuisse Vicarium supremi capitiis in rebus Ecclesiasticis, hoc est, Imperatoris? Licet enim Græci posteriores & sequiores, postquam a visibili eoque vero capite Ecclesiæ desciverunt, Imperatori suo honorem supremi capitis detulerint, numquam tamen Patricium aut Caniclei præsidem, Imperatori in hoc, ut ita loquar, *Capitaneatu*, socium attribuerunt.

ERRATA QUÆDAM GEORGII DOUSÆ in Codini versione detecta.

CAPUT XVIII.

SCRIPSIT Codinus noster præter hunc de Officialibus Ecclesiæ & aulæ Constantinopolitanæ librum, alium de Originibus Constantinopolitanis, quem Græce & Latine vulgavit Georgius Dousa anno 1596. Etsi autem amo & laudo omnes illos, qui priscos auctores, præsertim Græcos, in lucem promunt, & alicubi errantibus facilem veniam tribuo; cum errare humanum sit, maxime in his Barbarogræcis, & Græcobarbaris scriptoribus: si quis tamen petulantia & maledicentia sua efficiat se dignum, in cujus versionem accuratius inquiratur; & cui errores commissi in os ingerantur; is si quid tale fiat, id nemini alteri, nisi suæ calumniandi prurigini adscribat: in primis Dousa iste, qui triennio post editum Codinum, Constantinopoli, plenus Thracio spiritu, reversus, Epistolam de suo itinere publicavit. Erro, non epistolam; sed partim Satyram in Jesuitas, partim Panegiricum Meletio Græcanico Patriarchæ publicavit, transcripto etiam in famosum suum libellum carmine *in parricidas*, quo convitiorum cento farctior esset: nominatim autem dentatissime & impudentissime insectatus est Franciscum Cotterum, virum & eruditione, & virtutis laude in tota Ecclesia Dei celeberrimum & decantatissimum: quem venerabilem senem, iste juvenculus, si in rem præsentem ventum fuisset, ne rectis quidem oculis aspicere ausus fuisset, quamquam alioqui non inaudax. Verum hanc Calvinicolæ hujus criminandi libidinem, jam olim castigavimus in Apologia contra Gabrielem Lermæum.

Dousa calumniator Satyrâm in Jesuitas, panegyrin in Græcum Patriarcham edidit.

Nunc videamus, quantus sit iste Dousa, qui Jesuitis tam procaciter insultat & maledicit; enotatis aliquot ex versione ejus luculentis erroribus. Dico, *aliquot*; omnes enim qui possim? nec profundius scrutatus sum: obvios & eminentes chartæ illevi. Ex quibus iste agmen ducat.

I. Pag. 31. ἀνήγειρε δὲ τὸν Μαγναύραν, καὶ τὸν τῆς Κυρίου ἐκκλησίαν, καὶ τὸ γενικὸν, καὶ τὸ ἰδικόν. Dousa: *Exstruxit etiam Magnauram, & templum Domini generale & proprium*. Graviter errat interpres, inquit Meursius Dousarum magnus amicus. nam τὸ γενικὸν hoc loco est ærarium generale seu publicum, in quod totius Imperii reditus congregabantur: vel potius domus, in qua ærarium publicum erat. Ædificavit hanc domum Constantinus Magnus, duravitque usque ad tempora Isaacii Angeli qui demolitus est, teste Niceta in ejus vita lib. 3. his verbis. καὶ τὸν ἐκ πλίνθου πάσης ὀπτῆς λαμπροτάτην τὸ γενικοῦ οἰκοδομὴν κατέλαβε, *splendidissimam ex latere cocto constructam ærarii publici domum solo æquavit*. Τὸ ἰδικὸν erat privatum ærarium, de quo etiam Cedrenus pag. 467. * εὑρέθη δὲ καὶ ἐν τῷ ἰδικῷ χρυσίον οὐκ ὀλίγον. *Inventum est etiam in privato ærario non parum auri*. Nescio quo Dousæ oculi, quando hæc vertebat, avolarint; alioqui statim ineptiam suam animadvertisset, cum τὸ γενικὸν, καὶ τὸ ἰδικὸν, & per articulos, & per genus, & per comma interpositum sejungatur ab illo; καὶ τὸν τοῦ Κυρίου ἐκκλησίαν.

Meursius Dousam erroris arguit.

Pag. 561. Edit. Reg.

II. Pag. 36. ὁ Πρόβος ἀνήγειρε τὸν ναὸν τῷ Προδρόμῳ, ὅπερ ὁ Καβαλλῖνος ἐποίησεν ἐργοδόσιον, τὸ λεγόμενον Πρόβου. Dousa: *Probus templum Prodromi exstruxit, cui Caballinus operam suam locavit, dictum Probus*. Imperitissime. Verte: *Probus templum Prodromi exstruxit, quod Caballinus* (Constantinus Copronymus) *mutavit in officinam fabrilem dictam Probi*. Quemadmodum idem impius Iconoclasta, destruct S. Pelagii Martyris templo, profundissimam inibi fossam excavavit, in quam co demnatorum cadavera abjici jussit, ut scribit Zonaras in Copronymo.

Digitized by Google

Calviniana interpretatio.

III. Pag. 40. ᾠδὴ βλασφημεῖν σφοδρῶς εἰς τὸ τρισάγιον· Douſa: *Cantilenam Sanctus, Sanctus, Sanctus, vehementer lacerabant*. Abi cum tua cantilena ad Calvinianos cantores & cantatrices. Triſagium non eſt *cantilena*, ſed ſacrum canticum: Nec eſt hoc, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*; ſed hoc, *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis miſerere nobis*. *Viri docti*, hoc eſt Douſa, inquit Meurſius in Gloſſario V. Triſagion, τὸ τρισάγιον *interpretantur cantilenam, Sanctus, Sanctus, Sanctus. Non recte. debebant, Triſanctum.*

Meurſii animadverſio in triſanctam cantilenam.

IV. Pag. 40. ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος. Douſa: *Sancte Deus, Sancte fortis, Sancte immortalis*, &c. Nove & inepte. Rectum eſt in recto: *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis miſerere nobis.*

V. Pag. 36. ὁ Μόδεστος ἔκτισεν οἶκον εἰς τὸν ἁγίους ἀποστόλους τὸν λεγόμενον τοῦ Λαμπροῦ. Douſa: *Modeſtus ædem SS. Apoſtolorum, quæ Lamprus dicitur, exſtruxit*. Inſcite. Nulla talis SS. Apoſtol. ædes Conſtantinopoli: nam templum SS. Apoſtol. exſtruxit ipſemet Conſtantinus. Verte ergo: *Modeſtus ædificavit domum ad SS. Apoſtolos*, (hoc eſt, ea in parte urbis, ubi erat Apoſt. templum) *quæ Lampri dicebatur*.

VI. Ibid. ἐπὶ δὲ Μαμαίνης ὁ Σαλτίων ἔκτισεν οἶκον, ὃς καλεῖται τοῦ Κορδομίτη. Douſa: *In Mamæne Saltion poſuit domum, quæ Cordomitus appellatur*. Imo vero *Cordomiti*, ut habent Græca, non *Cordomitus*. Neque enim idem eſt, domus quæ appellatur Conſulis, & domus, quæ appellatur Conſul. Canis, qui appellatur Douſæ, & canis, qui appellatur Douſa.

VII. Eumdem errorem ibid. erravit. ὁ Μαῦρος ἔκτισεν οἶκον ὃς λέγεται νῦν τὴ Βελωνᾶ. Douſa: *Maurus ædificavit domum, quæ nunc dicitur Belona*. Imo, *Belonæ*. Neque enim idem eſt, domus dicitur Douſæ, & domus dicitur Douſa. Prius haud ægre feret Douſa; poſterius quomodo laturus ſit, neſcio.

Edit. Paris. pag. 272.

Ibid. Suſpicor mendum ſubeſſe illis: ὁ Ροδανὸς ἔκτισεν οἶκον, ὁ καλεῖται τὰ οὐράνοις. puto legendum ἐν οὐρανοῖς. *Rhodanus condidit domum, quæ vocatur In cælis*. Vel certe ſi vocabulum οὐράνοις retinere lubeat, tum reſcribendum οὐράνου.

VIII. Pag. 24. τόπον Αὐγουσταῖον, inepte vertit, *locum Auguſtanum*; tametſi infra reſipuit, & *Auguſteonem* condidit.

IX. Pag. 38. Inſcite cum Junio interpretatur ἅρματα *currus*; cum ſint *arma*; ſicut paſſim apud Codinum de officiis. Ibid. inſulſe χόρτῳ vertit *Cortem*; cur non *Tentorium*?

X. Pag. 39. ἔκτισε δὲ καὶ τὰ Αρμασίου. Douſa: *Struxit etiam templum Armaſii*. Apage, *templum*. Vaſtator templorum Idololatricorum Conſtantinus non is erat, qui aut per ſe, aut per adminiſtros, præfectoſque ſuos hominibus templa conderet. Verte ergo: *Ædificavit palatia Harmaſii*.

XI. Pag. 40. Iterum occurrit templum Harmaſii, productum a Conſtantino uſque ad Blachernas & Auream portam. Quod ſi ita eſt, templum vaſtius & immanius, nec in toto quidem mundo fuiſſe oportet. Quantum enim ſpatii a S. Antonio uſque ad Blachernas & auream portam? Verte igitur, ut antea, *palatia*.

XII. Pag. 52. Inepte vertit στήλω *columnam*, cum apud Codinum ſit ſtatua. ἐν ᾧ καὶ στῆλαι ἕστασαν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ τῆ αὐτοῦ μητρός. *In quo loco* (in Auguſteone) *fuerunt ſtatuæ Conſtantini Magni, & matris ejus*. Paulo poſt: ἕστασαν δύο στῆλαι Ελένης καὶ Κωνσταντίνου. *Stabant duæ ſtatuæ Helenæ & Conſtantini*. Ridicule στήλας πτερωτὰς reddit *alatas columnas*, quaſi columnæ volaturæ eſſent; cum ſint duæ alatæ ſtatuæ ταχυδρόμων *celerium curſorum*; quibus propter celeritatem quaſi volaticam non immerito adjunguntur alæ. Quid ſi ſtatuæ iſtæ fuere Angelorum? nam iſti maxime ſunt ταχύδρομοι. certe πτερωτὰς iſtas στήλας non fuiſſe profanum quid vel ethnicum, arguunt ibidem ſtantes ſtatuæ Conſtantini & Helenæ, & præterea Crux, cum inſcriptione: *Unus Sanctus, unus Dominus, Jeſus Chriſtus, in gloria Dei Patris*.

XIII. Pag. 52. Inepte vertit ὀψοπώλιον, *forum dulciarium, & cupedinarium*, cum *opſopolium* ſit forum, in quo omnis generis opſonia ſive eſculenta venduntur. Opſonia autem in genere non comprehendunt tantum dulcia & cupedias, ſed & alios quoſcumque cibos. Æque ineptit, cum paulo poſt in *forum placentarium* nos ducit; quaſi in Auguſteone nihil venderetur præter placentas: & quaſi *opſonium* ſeu ὄψον nihil ſit aliud, quam placenta.

XIV. P. 55. διὰ τὴ ἀνατάσεως καὶ ἀπώσεως τῶν χειρῶν. Douſa: *Porrectione ac repulſione digitorum*. Vitioſe. Tu lege ἁπλώσεως, & verte, *extenſione & contractione*,

Digitized by Google

ſeu *complicatione manuum*. Nam explicatio & complicatio manuum opponuntur, non autem Douſica illa repulſio.

XV. Pag. 64. σηλίδιον καινὸν παρὰ Κωνσταντίνου σκυλαθὲν ὑπὸ ἡλίου φερόμενον. τύχη πόλεως εἰς τὸ σόμα εἰσίει, καὶ στεφανωθὲν ἔχει. Douſa: *Statuam novam Conſtantinus confecit, quæ a ſole veberetur. Fortuna urbis in os ingrediebatur, & coronatum exibat.* Quid coronatum exibat? Num fortuna urbis? Ita certe dicendum. Sed tunc vide quomodo verſionem tuam Grammaticæ regulis concordare velis. Nam & ſtatua nova, & fortuna urbis, alterius generis ſunt, quam *coronatum*. Planius & rectius Codini locum ſic interpretaberis: *Novam ſtatuam Conſtantinus fecit a ſole portatam: fortunam nempe urbis, quæ in os (*ſtatuæ urbis*) ingrediebatur, & coronata egrediebatur.* Hic verus & germanus Codini ſenſus eſt.

XVI. Pag. 66. πρώλω αὐτῷ ἀνήγειρε δρομικῷ. Douſa: *exſtruxit eam (*nempe magnam Eccleſiam*) ubi ante circus fuerat*. Indocte. Nec alium hujus inſcitiæ teſtem dabo, quam ipſum Douſam, qui pag. 99. Apoſtolorum ἐκκλησίαν δρομικῷ vertit, *templum dromicum*; non *ubi antea circus fuerat*. & pag. 29. ubi idem Apoſtolorum templum vocatur δρομικὸν, Douſa *Dromicum* vertit. *Edit. Pariſ. pag. 273.*

XVII. Pag. 28. καὶ τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων (ἔκτισε Κωνσταντῖνος) μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ δρομικόν. Douſa: *Sanctis Apoſtolis & Matri ſuæ templum Dromicum exſtruxit*. Siccine matri ſuæ adhuc viventi & ſpiranti Conſtantinus Eccleſiam ædificavit? Nullo modo. Inſcitia interpretis eſt; qui illud μετὰ τῆς μητρὸς αὐτοῦ non intellexit: vertendum enim: *Conſtantinus cum Matre ſua condidit Sanctis Apoſtolis templum Dromicum*. Mater igitur præclari operis adjutrix fuit. Gentica interpretatio.

Porro quod τῆς ἁγίας δυνάμεως vertit, *S. Potentiæ*, id obſcurum eſt, & poſſet quis in errorem induci; quaſi S. Potentia eſſet aliqua Martyr, cum hoc nomine Chriſtus Dominus & Redemptor noſter intelligatur. *Tria quoque Conſtantinopoli maxima templa*, inquit Nicephorus l. 7. c. 49. *conſtructa dedicavit Conſtantinus; Sanctæ Sophiæ, Sanctæ Pacis, & Sanctæ δυνάμεως, Virtutis, atque Potentiæ*. quia Chriſtus eſt Sapientia, Pax, & Virtus noſtra. Chriſtus dictus δύναμις.

XVIII. Pag. 76. ἔκτισεν δὲ ἅγιον Ἰωάννου τοῦ ὄντα εἰς τὸ ὡρολογεῖον. Douſa: *Condidit etiam templum Sancti Joannis Baptiſtæ nominati, juxta horologium*. Imo, condidit templum Sancti Joannis, quod eſt in Horologio, ſeu in loco, qui dicitur Horologium. Nec βαπτιστὴς eſt **Βαπτιστὴς** *Baptiſta*; ſed *Baptiſterium*, prout ipſe infra vertit.

XIX. Pag. 80. μίχρι τῶν κατηχουμένων. Douſa: *uſque ad Catechumenos*. imo, *uſque ad Catechumena*, (quæ etiam Catechumenea) hoc eſt, uſque ad loca, ubi Catechumeni ſtabant, cum res divina fieret.

XX. Pag. 88. καὶ ἐποίουν ὀπάς. Douſa: *Cantum etiam excitabant*. Siccine ὀπὴ huic idem eſt quod φδὴ? Verte: *Fecerunt foramina, & injecerunt varias Reliquias Sanctorum*.

XXI. Pag. 100. ἣ καὶ πολλῷ σπουδῷ ἐμέλετο διὰ τὸ διέρχεσθαι κάτωθεν τὸν Λύκον. Douſa: *Quæ magno ſtudio incumbebat, ut Lycus amnis infra tranſiret*. Inſulſe. Verte: *Quæ multam curam adhibuit (*in ponendis templi fundamentis*) eo quod Lycus amnis infra tranſiret*, qui jaciendis fundamentis impedimento erat.

XXII. Ibid. & alibi, ἐγκαινίζειν ναὸν, interpretatur *renovare templum*: cum ſit *dedicare & conſecrare templum*. Longe adhuc enormius ineptiunt, quibus ἐγκαίνια ſunt *Renovalia*. Sed iſti vocabula non niſi Grammaticis oculis aſpiciunt. Hęc paucula ex multis Douſæ erratis excerpere libuit, infruniti illius calami frænandi cauſſa; niſi addendum cenſeas, quod ἐπινέμησιν, inepte *diſtributionem* reddit, cum ſit *Indictio*, quæ hoc nomen apud Græcos intulit.

SUPPLEMENTA PRO ORIGINIBUS *Conſtantinopolitanis*.

CAPUT XIX.

QUIA vero jam olim ex Boicæ Bibliothecæ MS. Codice, nonnulla Codini exſcripſi, quæ ſatis indicant, quam mutilum Codinum Douſa dederit, ideo non gravabor ea hic cum Lectoribus communicare.

Poſt illa verba pag. 60. v. 19. editionis Douſanæ, γαμβρῷ αὐτῆς, ſequuntur in

Digitized by Google

Codice Bavarico sequentia. Latine vertat, qui volet, ego Græca do; tametsi variis mendis, ut pote ex mendoso exemplari.

Eadem ferme Suidas V. Εὐφημία.

Εὐφημίας τῆς γυναικὸς Ιυσίνα τὰ Θρᾳκὸς στήλη ἐν τῇ ἁγίᾳ Εὐφημίᾳ τῇ ὑπ' αὐτῆς κτισθείσῃ ἐστηλώθη ἐκεῖσε.

Vide Suidam, V. στήλη.

Αρκαδίας τῆς γυναικὸς Ζήνωνος τῆς ἐν τῷ δευτέρῳ συνοικεσίῳ ἐν τοῖς πλησίον μέρεσι τῆς βάθρων τῆς λεγομένων ἐν τοῖς τῆ Αρχισρατήγυ μέρεσιν εἰς Αρκαδιανὰς ἐστηλώθη, ἔνθα Ζήνων ἔκειτο τὸν μετὰ Βασιλίσκυ, καὶ σεκρέτα τόπον ἐποίησε. ἡ δὲ πρώτης αὐτῆ γυναικὸς Αελιάδνης, καὶ τῆ Ζήνωνος ἐν τῇ βασιλικῇ ἡ χαλκῆ ἔσησεν.

Edit. Parif. pag. 274.

Suidas V. Πυλχερία.

Οτι ἐν τῇ χαλκῇ πλησίον Πυλχερίας τῆς ἀοιδίμυ ὡς πρὸς τὸν περίπατον τῆ παλλατίυ ἀνηγέρθη στήλη αὐτῆς. ἐν αὐτῷ δὲ τῷ τόπῳ καὶ ἡ Αελιάδνη ἵσαται, καὶ ἔσραι δύο στῆλαι πιζαὶ, ἐπὶ κίονος βραχέως ἵσαται ἐλεγεῖ . . . . . ἔχουσαι Συμωνίδυ φιλοσόφυ.

Scribo ἐλεγεῖα a singulari ἐλεγεῖον. nam Secundus statuas illas elegis versibus exornaverat.

Αντικρὺς δὲ τῆς χαλκῆς αἀπίδος Γοργονοειδεῖς κεραλαὶ ἡμίσεαι δύο, αἵ τινές εἰσιν χρυσέμβαφοι γυναικεῖαι. ἤχθησαν ἀπὸ Εφέσυ ἐκ τῆ ναῆ τῆ Αρτέμιδος στῆλαι ὀκτώ. καὶ αἱ μὲν τέσσαρες ἐν τοῖς τῆ ταύρυ μέρεσιν ἐν τοῖς παλατίοις προσεπάγησαν σῆναι τῷ καὶ Ιυλιανῆς, καὶ ἡ γυναικὸς αὐτῆ, ἔ τῆ υἱῶν αὐτῆ καὶ Γάλλυ.

Αἱ δὲ τέσσαρες ἐν τῇ ἡ χαλκῆς διωρύμυ μέρει, ἔνθα καὶ σαυρὸς ὑπὸ Ιυσινιανῆ ἐπεπήγει καὶ στήλη χρυσεμβαφὴς Βελισαρίυ καὶ Τιβερίυ καὶ τῆ κυρτοειδῆς Θρᾳκὸς, καὶ Ιυσινιανῆ. ὁ σαῦρος λεπτοειδὴς. καὶ τῆ συγγενῶν αὐτῆ στῆλαι ἑπτὰ, αἱ μὲν ἀπὸ μαρμάρων, αἱ δὲ χαλκαῖ. καὶ δύο ἵπποι οἱ ἐπάνω τῆ Γοργονοειδῶν ἑσάμυοι ἐν τῇ ἀψίδι, καὶ ὅτοι ἐκ ἡ Αρτέμιδος ναῆ ἀπὸ Εφέσυ ἤχθησαν ὑπὸ Ιυσινιανῆ τῆ κτίσαντος τὴν ἁγίαν Σοφίαν, καὶ ἐστήλωσεν αὐτὰ διὰ τὸ μὴ ἀντιζηλεῖν τὰς ἵππυς, ὁμοίως καὶ ἡ σαυρὸν ἀφ' τὸ ἑδραῖον· καὶ Μαξιμίνυ στήλη ἐν αὐτῷ ἵσαται βαρυτάτη, ἔνθα νῦν τὸ γένος ἄπαν τῆ μεγάλυ Θεοδοσίυ ὑπάρχει καὶ τῆ Μαυρικίυ, τῆς γυναικός τε αὐτῆ, καὶ τῆ τέκνων ἵσανται.

Suidas V. Μίλιον. * ἐστὶν,

Εν δὲ τῇ καμάρᾳ τῆ μιλίυ στήλη τοῦ μεγάλυ Κωνσαντίνυ καὶ Ελένης * εἰσὶν, ἔνθα καὶ ὁ σαυρὸς ὁρᾶται πρὸς ἀνατολὴν βασαζόμυος ὑπ' αὐτῷ, μέσον δὲ τῆ σαυροῦ ἡ τύχη τῆς πόλεως.

Κατλωίον κλειδομένον καὶ ἐσχειωμένον τῆ παντὸς εἴδυς ἀφελιπῆ εἶναι, ἔ νίκην πᾶσαν τῶν ἐθνῶν ἐπιφέρει ἢ μηκέτι ἰσχύειν προσεγγίσαι ἢ προσφαῦσαι, ἀλλὰ πόρρω ἀπέχεσθαι καὶ ὑποπτεύειν, ὡς ἱππωμένης. ἡ δὲ κλεὶς ἢ κατλωίυ κατηχώθη εἰς τὰς βάσεις τῆ κιονίου.

Κατλωίον & κατλώιον, catena Vide Meursium, V. κατλίνη

Εν αὐτῷ ᾧ τῷ μιλίῳ στῆλαι ἵσανται Σοφίας ἡ γυναικὸς Ιυσίνα τῆ Θρᾳκὸς, καὶ * Αρράβιας ἡ θυγατρὸς αὐτῆ, καὶ Ελένης ἀνεψιᾶς αὐτῆ.

* Αραβίας.

Ο λεγόμυος * πιττάκη, ἡ στήλη ἐσὶ τῆ μεγάλυ Λέοντος τῆ Μακέλη, ὢν ἀνήγειρεν Εὐφημία ἡ τύτυ γνησία ἀδελφὴ, διότι οἶκος ἦν αὐτῆς ἐκεῖσε, καὶ ἐκάσῃ ἑβδομάδι εἰς αὐτὸν ἀπήρχετο ὁ βασιλεὺς Λέων διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν σώφρονα, καὶ παρθένον, καὶ πάντες οἱ ἀδικύμενοι ἦτε πολῖται, ἦτε θεματικοὶ, ἔ ὑπὸ πάσης ἡ οἰκυμένης ἐκεῖσε εἰς τὰς βαθμίδας τῆ κίονος ἐτίθεσαν τὰ πιττάκια αὐτῆ, φυλασσόντων αὐτὰ ἐκεῖσε τῶν ταξιωτῶν. καὶ ὁπόταν ἤρχετο ὁ βασιλεὺς, ἐδίδοντο αὐτῷ, καὶ παρέθυε ἐλάμβανεν ἕκασος ἡ λύσιν αὐτῆ. ὅτε δὲ ἦν ὁ βασιλεὺς ἐν τῷ παλατίῳ καθ' ἑκάσῃν ὡρωίαν ἔπεμπε * ἑβδομάειον τινὰ, καὶ ἀνελαμβάνετο ὑπὸ τῶν ταξιωτῶν, τὰ ῥιπτόμενα δ' ἐκεῖνα πιττάκια. καὶ ἐδίδυ καθ' ἑκάσῃν ὁ βασιλεὺς τὰς λύσεις καὶ τὰς ἀποφάσεις αὐτῶν δὴ τῶν πιττακίων τοῖς ἑβδομαρείοις, ἢ κοιτωνίταις αὐτῆ, καὶ προσήγαγον πρὸς ἡ αὐλαίαν τῆ πιττάκυ, καὶ ἐδίδυν τοῖς φυλάσσυσι, κἀκεῖνοι τοῖς δεομένοις. διὸ καὶ οἱ μέλλοντες διοικεῖσθαι ταχέως ἐπέρας ἐτίθουν τὰς δεήσεις, καὶ τῆ ἐπαύριον ἐλάμβανον τὸ πέρας. ἐκ τότε ἐπλήθη ὁ τόπος τῶν πιττάκια.

* Hebdomadarium.

Suidas V. Τριβωκάλιον.

Ἐπὶ τῆ τειβωναλίῳ τῆ παλατίου, Εὐδοκίας ἡ γυναικὸς Θεοδοσίου, καὶ αὐτῆ τῆ Θεοδοσίυ, Μαρκιανῆ τε καὶ Κωνσαντίνυ στήλας ἔσησαν, ἔνθα καὶ ἀρχήσεις τῶν δύο δημοτικῶν μερῶν ἐγίνοντο ἕως Ηρακλείυ.

. . f. Καν-δάλης. Cod. ἥττι μετὰ τῆ μηδικῆ πυρός.

Ο δὲ Ζώξιππος τὸ λυτρὸν ὑπὸ Σεβήρυ κατεσκευάσθη, καὶ ἐσοιχειώθη μετὰ Καρῆν . . . . ἄπεθαι ὑαλίνης, τὸ δὲ ὕδωρ ζῆειν σοφρῶς καὶ ἡ αἵρα ἡ λαυτρῶ, ἀλόγιστοι δέ τινες ἐλθόντες τῶτο κατέσρεψαν.

pag. 275.

Η στήλη ἡ ἑσαμένη ἐν τῷ ἁρμαμέντῳ Φωκᾶ τῆ σρατιώτυ ἐσὶ, καὶ ἐν τῇ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς αὐτῆ βασιλείας περὶ τὸ τέλος σπεδάζων ἀναγαγεῖν αὐτὸς ἐν τῇ κτισθέντι κίονι, περιελθουσῶν ἡμερῶν δεκαοκτὼ κατήχθη τῆς βασιλείας αὐτῆ. πότε δὲ ἦν, ὁ Συμεὼν ὁ ὅσιος.

Ο αὐτὸς δὲ Φωκᾶς ἔκτισε τὸν ναὸν τῆ ἁγίου Φωκᾶ ἐν τῇ μιλίῳ μήπω ὀροφώσας αὐτόν. ἐκεῖσε δὲ ἦν ἀλλαγὴ τῶν Κουτούρων ἕως πότε, καὶ καθ' ὃν τρόπον ἠτζοκόπησε κουτούρα ἐκ τῶν ἐκεῖσε, ὅτι ἐχρημάτιζε πρότερον ἀλλαγὴ χρυσᾶ, καὶ ἐκ τῶν ἐκεῖσε ἤλλαξε μέχρι τῆς χρυσίας πύλης, μετὰ τὸ ἀνελθεῖν καὶ βασιλεῦσαι ἔσησε ἐκεῖσε δύο ἵππους κουτούρους ἀτζοκοπημένους, καὶ βωμοὺς λιθίνους τετραδίκους σωϊγγους ἡ ναοῦ τῆ ἁγίου Φωκᾶ, ὃν αὐτὸς ἀνήγειρε, δίπλων αὐτὸν ὀνομάσας ἡ τόπον. ἐκεῖσε δὲ καὶ εἰκόνας πέσαρας μετὰ ψηφίδων χρυσῶν Κωνσαντίνου καὶ Ελένης ἱσόρησεν. ὁ δὲ Ηράκλειος ἐλθὼν καὶ κρατήσας αὐτὸν, καὶ μετονομάσας εἰς τὸ τῆ ἁγίου Ἀποσόλου καὶ Εὐαγγελισῆ Ιωάννου ὄνομα τῆ Θεολόγου.

Loc. corrup. Κόντυρος. seu Κουίτυρος, equus. videtur natum ex vocula canterius.

Digitized by Google

Τὰ δὲ Λαύσου, οἶκος ἦν Λαύσου εὐνούχου καὶ πραιπόσιτου, ὃς ἀρχὰς καὶ πολλὰς δόξας διήνυσεν ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀρκαδίου τοῦ υἱοῦ Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου. ἐκόσμησε δὲ αὐτὸν διὰ πολλῶν καὶ πολυτελῶν μικρῶν κιόνων ἐκ μαρμάρων. ἦτος δὲ οἶκος ἐκ τῆς δάφνης τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου ὑπῆρχεν, ἐν ᾧ καὶ αὐτοῦ λίθινοι καὶ ψευδαὶ, καὶ βαθμοὶ καὶ βωμοὶ τετράγωνοι εἰς διακόσμησιν τῆς πόλεως ἵστατο . . . . μέχρι τῆς σήμερον. De Lanfi palatio vide Cedr. in Zenone.

Πλησίον δὲ τῆς ἀψίδος τοῦ μιλίου στήλη ἐστὶν ἔφιππος Τραϊανοῦ, καὶ πλησίον αὐτῆς ἔφιππος στήλη Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ.

Ἀρκαδίου δὲ καὶ Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ καὶ Ἀδριανοῦ πλησίον ἡ στήλης Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἀμφότεροι ἔφιπποι ἵστανται ἐν τοῖς τοῦ ταύρου μέρεσι πλησίον τοῦ κίονος κάτωθεν. ἡ δ' ἐν τῷ Ζευξίππῳ λατρῷ ἑστηκυῖα στήλη ἐκ χρωμάτων φιλιππικοῦ ἐστὶ τοῦ ἀρχαίου.

Post illa verba pag. 64. v. 43. ἐχειροτονήθη πρεσβύτερος, εἶτα ἐπίσκοπος, multa sequuntur in Cod. Bavarico, quæ hic exscripta vides.

Περὶ τοῦ κίονος τοῦ φόρου.

Ὑπὸ κάτω δὲ τοῦ κίονος τοῦ φόρου ἐτέθη καὶ τὸ παλάδιον στοιχεῖον, καὶ ἕτερα σημειοφορικὰ πολλά. ὁ δὲ κύκλος τοῦ φόρου ἐστὶ τὸ ἴσον τῆς ποδέας τῆς κόρτης τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἐν ᾧ αὐτὸς ἔστηξεν ἐκεῖσε, ὅτε ἀπῆλθεν ἀπὸ Ῥώμης.

Οἱ σημειοστάδαι δύο ἔμβολοι ἐτύγχανον τότε σαῦλοι γύρωθεν τῆς κόρτης, καὶ ὁ περίβλεπτος οὗτος κίων, καὶ ἡ στήλη τοῦ Ἀπόλλωνος, ὡς ἔστησε Κωνσταντῖνος ὁ μέγας δίσκον ἡλίου εἰς ὄνομα αὐτοῦ, θεὶς ἐν τῇ κεφαλῇ ἥλους ἐκ τῆς τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν δίκλου ἀπτίνων, ὡς ἥλιος τῆς πολίτας ἐκλάμπων.

Περὶ τῆς ἀρτοπωλείων.

Ἐν δὲ τοῖς ἀρτοπωλείοις, κινάεια ὀκτὼ περιφέρει τὸ ἓν καὶ παῶνας, καὶ αἰτοὺς, καὶ λέοντας, λαγωοὺς τε καὶ κειῶν κάρας, καὶ στρυθίων, καὶ κορώνης, καὶ τρυγόνος μιᾶς, καὶ γαλῆς, καὶ δαμάλεως, ἐν Γοργόνας δύο, μίαν μὲν ἐκ τῆς δεξιῶν, καὶ ἑτέραν ἐξ ἀνύμων. ἡ μία τὴν ἑτέραν κατ' ὄψιν βλέπουσα, ὑπὸ μαρμάρων ἐγγεκλυμμέναι, καὶ χοίρων ἀγελίας πλῆθος. ἵστατο δὲ μέχρι Ζήνωνος. Γαλλιανὸς δέ τις ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος ὑπάρχων ἐκεῖσε περαιωθεὶς τὰς Γοργόνας ἔλεγε ἱερογλυφικὰ καὶ ἀστρονομικὰ τῶν μελλόντων, δηλώσας τὰς ἰσοζίας πάσας σὺν τῷ ὀνόματι Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου τυπωσαμένου ταῦτα. τοῦ δὲ αὐτοῦ Γαλλιανοῦ ἐπὶ πλεῖον συχνάσαντος καὶ τοῖς ἀναγνώσμασι προσέχοντος τὰ μέλλοντα συμβαίνειν Ζηνῶνι παρὰ Βηρίνης καὶ γελάσαντος, Καλλιστράτης τις συρφετὸς καπηλὸς τὴν τέχνην μετὰ τὴν ἐπάνοδον Ζηνῶνος ἀναβάλλει τὸν Γαλλιανὸν. ὁ δὲ Ζήνων τῶ τον ἀπηρώτησεν. λέγουσι δὲ, καὶ ἔστιν ἀληθὲς, ὅτι αἱ ἀγέλαι τῶν χοίρων ἐκεῖσε διέρχόμεναι εἰς τὸν ἀρτοπωλικὸν τόπον μέσον τῆς καμάρας ὅθεν ἀπέρχεται, καὶ οἱ τὰς ἐλαύνοντες τύπτουσι τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων σφοδρῶς, μέχρι ὅτου αἷμα χυθῇ ἐκ τῶν ῥινῶν αὐτῶν εἰς θυσίαν τῷ τόπου ἐκείνου, οὐ μεθίστανται ἐκεῖσε. μίαν δὲ χυθῇ αἷμα ὀλίγον, ἀθρόως ὁρμᾷ ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων καὶ τοῦτο ἐστὶν ἀληθές.

Ὅτι ἐν τῷ ταύρῳ στήλη τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου ἵσταται. ἐν δὲ τῷλίῳ ἀργυρᾶ, ἔνθα τὰς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ὕλοπας ἐδέχετο ἐκεῖσε, καὶ τῷλίῳ παλλάτιον ὑπῆρχε καὶ ξενοδοχεῖον τῶν Ῥωμαίων, δῆλον ὅτι εἰς τὸ καλούμενον ἀλωνίπτιον, ἐπάνω δὲ τοῦ μεγάλου κίονος ἐστήλωται Θεοδόσιος, οἱ δὲ υἱοὶ αὐτοῦ, ὁ μὲν Ὀνώριος ἐπάνω τῆς λιθίνης ἀψίδος τῆς πρὸς δυσμὰς, ὁ δὲ Ἀρκάδιος ἐν τῇ πρὸς ἀνατολὴν λιθίνῃ ἀψίδι. ὑπῆρθεν δὲ τῶν περιβλέπτων μεγάλων κίονων τῶν τετραδυσίων. μέσον δὲ τῆς αὐλῆς, ἐστὶν ἔφιππος, ὃν οἱ μὲν λέγουσιν Ἰησοῦν τὸν Ναυῆ, ἕτεροι δὲ τὸν Βελλεροφόντην. ἦλθε δὲ ἀπὸ τῆς μεγάλης Ἀντιοχείας. τὸ δὲ τετράπλευρον τῷ ἐφίππῳ τὸ λιθόξεστον ἔχον ἐγγεγραμμένας ἰσοζίας τῷ ἐχάτων τῇ πόλει τῷ Ῥώσων μελλόντων πορθεῖν καὶ αὐτὴ πόλιν. καὶ τὸ ἐμπρόσθιον ἀνθρωποειδὲς χαλκούργημα βραχὺ παντελῶς, καὶ δεδεμένον γονυκλινὲς ἔχει ἃ πᾶς ὁ δώνυμος τὸ μεγάλῳ, καὶ αὐτὸς σημαίνει, ὃ, τι ἐκεῖσε ἐγγεγραμμένον. ὡσαύτως καὶ ὁ μέγας κίων ὁ κῶφος καὶ ὁ ξυρόλοφος τὰς ἐχάτας ἰσοζίας τῆς πόλεως ἔχουσιν ἐν ἰσοζίας ἐγγεγραμμένας. Edit. Paris. pag. 276.

Ὅτι τὸ καλούμενον Φιλαδέλφιον οἱ υἱοὶ εἰσι τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου. ὁπόταν δὲ ὁ μέγας ἐπελάβετο, τοῦ Κωνσταντίνου ὄντος ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς μέρεσι, Κωνσταντίνου δὲ ἀπὸ δύσεως καὶ Γάλλων ἐρχομένων συμπεφθῆσαι, ἐκεῖσε ἀπαντῶνται ἀλλήλοις, οὐχ ὅτι ἐκεῖ συμπέφθησαν, ἀλλὰ ἡ ὑπαντήσεως αὐτῷ ἐκεῖσε ἀναστηλωθείσης. ὡς ἕτεροι φασὶν, ὅτι τὸ νεῶ καλούμενον Φιλαδέλφιον, ἐν ᾧ ἐστὶ βάθρῳ ἀψὶς, προτείχισμα ἐὰν καὶ πόρτα χερσαῖα τὸ παλαιὸν ὑπὸ Κάρου κατασκαφθεῖσα. ἐκεῖ δὲν ἵστατο ἡ στήλη τοῦ φόρου, ἐὰν εἰς παρέχαυ ἐὰν ἐκ τοῦ φιλαδέλφιου· ὡς δὲ ὁ Χειρόμβους λέγει, ἀπὸ Μινάρας.

Ἡ ἐν τῷ φόρῳ τιθεῖσα στήλη πολλὰς ὑμνῳδίας δεξαμένη εἰς τύχην τῆς πόλεως προσεκυνήθη, παρὰ πάντων ὑμνῳδεῖσα ἐν τῷ κίονι, τοῦ ἱερέως μὴ τῆς λιτῆς παρεισπότος, καὶ μὴ κραυγῆς τὸ Κύριε ἐλέησον βοώντος ἑκατοντάκις, καὶ ἄνωθεν ἐκεῖσε ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ κίονος πολλὰ ἐπέθησαν

Digitized by Google

θαυμασὰ δ' παράδοξα, ϗ παύγυεις περὶ τὰ γόγονε τὰ παραπλήσια ἡμέρας, ϗ σιτηρέσια πολλὰ τότε ὁ βασιλεὺς δέδωκε. τῇ δὲ ἐπαύριον τὸ γενέθλιον τῆς πόλεως γέγονε, ϗ μέγα ἱπποδρόμιον, ὅτε ἡ ὠνομάσθη Κωνσταντίνου πόλις.

Τὸν δὲ εἰς Φιλαδέλφιον ὄντα σαυρὸν, ἀνέστησε ὁ ἅγιος Κωνσταντῖνος ἐπὶ κίονος κεχρυσωμένου ἀφ' λίθων ϗ ὑέλων κατὰ τ σαυρὸν ἤτοι τύπον, ὃν εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ, ϗ τῶ κίονος ἐκείνου τῶ πορφυρᾶ, ϗ ἐποίησε σήλας τῇ υἱῶν αὐτῦ, ϗ ἐτύπωσεν ἐπὶ θρόνου καθέζεσθαι. ἐποίει δὲ ϗ τὸν κίονα ἐκεῖνον, ἰσοείας τὰς ἐν αὐτῷ ἐν ζωδίοις, ϗ χράμματα Ρωμαΐδις τὸ ἔσχατα σημαίνοντα. ἵσαντο δὲ ἀντικρὺς τῇ δύο υἱῶν αὐτῦ ἐπὶ θρόνου καθεζομένων ϗ τῇ ἄλλων τῶν ἀπαζομένων.

Οτι τὸ λεγόμενον μόδιον, ὡρολόγιον ἰῶ, ἤγουν τὸ ἕξαμον τῶ μοδίου ἵσατο δὲ ἐπάνω τ ἀψίδος τῶ Αμαστριανῶ μέσον τῶν δύο χειρῶν κατασκευασθὲν ὑπὸ Ουαλεντινιανῦ διὰ τὸ ϗ τὴν Λαμίαν εἶναι ἐγγὺς αὐτῶν. ὑπὸ κάτω δὲ ἐν τῷ εἰλύματι τῶν χειρῶν ἰσχεῖαι εἰσὶν, οἱ δὲ πεπειραμένοι, διήνοιξαν αὐτάς. ὠείδη δὲ τὸ μόδιον κύκλον πεφράσκεσθαι. εἰς δὲ τῶν ἐμπόρων πέφρακέ τινι σῖτον ῥίγλον τ μόδιον. γνοὺς δὲ ὁ βασιλεὺς, ἔκοψε τὰς δύο αὐτῦ χεῖρας ϗ ἀνεστήλωσεν ὁρᾶσθαι ὁμοίως ϗ τὸ μόδιον. ἐχρημάτιζε δὲ ὡρολόγιον.

Svidas V. Μαγαίμ. Οτι ἐν τῷ τόπῳ τῶ Αμαστριανῶ ἥλιος ἵσατο ἐν αὐτῷ ἐν ἅρματι μαρμαρίνῳ σηλωθεὶς, ϗ Ηρακλῆς ἀνακείμενος, ἔνθα ϗ ποταμὸς ϗ ἀπὸ λύκης λατρεύομενος, ϗ χελῶναι ἐκεῖσε μεταὶ ὀρνίθων, ϗ δράκαιναι δεκαοκτὼ, ἐ μαρμάρινος σήλη ἱσαμένη ἐκ χώρας Παφλαγονίας δεσπότης, ϗ ἑτέρα κεχωσμένη ἐν τῇ κόπρῳ ϗ οὔροις, δῆλος τῶ ἐκ χώρας Αμάστρεως Παφλαγόνος. ἐκεῖσε δὲ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἐτύθησαν τοῖς δαίμοσιν ἀμφότεροι, ϗ ἀνεστηλώθησαν ἐκεῖσε ϗ καλλωπισμὸς κιόνων λευκῶν σιγματοειδὴς ἀνεγερθέντων. ἐχέοντο δὲ ἐκεῖσε δαιμόνων ἐπισασίαι πολλαί.

Εἰς δὲ τὸ καλούμενον βοῶν κάμινος ἰῶ παμμεγέθης ἐκτισμένη βοὸς ἔχουσα κεφαλὴν, ἔνθα ϗ οἱ κακοῦργοι ἐτιμωροῦντο, ὅθεν ϗ Ιουλιανὸς προφάσει τ καπηλείων πολλοὺς ἐν αὐτῇ κατέκαυσε Χριστιανούς. ἰῶ δὲ ἡ κάμινος βοὸς τύπος παμμεγεθεστάτου θεάματος, ἐ κῇ μίμησιν ϗ ἐν τῷ νεωρείῳ βοὸς ἀπετυπώθη. ἰῶ δὲ ἡ κάμινος ἕως Φωκᾶ, ἀλλ' ὑπὸ Ηρακλείου ἐφονεύθη λόγῳ φωλεῶν. ἐν αὐτῷ δὲ τόπῳ ϗ ἀψίδες ὁμοίαι τῷ ξηρολόφῳ, ἔχουσαι ἀγάλματα πολλὰ, ϗ ἰσοείας λιθίνας. οἱ δὲ ἐρχόμενοι διήνοιξαν ὀλίγα.

* ἐξωκιόνιον Τὸ * ὀξακιόριον, χρύσεον ἰῶ τεῖχος παρὰ τὸ μεγάλου Κωνσταντίνου κτισθέν. διήρκεσε δὲ χρόνους λβ'. μέχρι τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τῦ μικροῦ. ἔζωθεν δὲ ἵσατο κίονα ἔχων σήλην τὸ μεγάλου Κωνσταντίνου, ϗ τότε χάλκεον λέγεται * ὀξακιόνιον. ἵσαντο δὲ ἐκεῖ σήλαι πολλαί. συνέτριψε ϗ ταύτας ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος. ἔτι δὲ εἰς τὰς νῦν σωζομένας κίονας ἵσαντο αἱ ἀπὸ Κυζίκου ἐλθοῦσαι σήλαι . . . ἄνωθεν ϗ κάτωθεν εἰσὶ, ϗ λοιπὰ μικρὰ ξόανα ἄτινα σημαίνουσι τοῖς πεπειραμένοις ἀκριβῆ πολλὴν γνῶσιν.

* ὀξακιόνιον

Edit. Paris. pag. 277.

Τὸ καλούμενον στρατήγιον, σήλη ἐστὶν Αλεξάνδρου τῦ Μακεδόνος, ἡ ἐν τῷ μεγάλῳ ἱσαμένη, ϗ ἵσατο πρώην εἰς τὴν Χρυσόπολιν, ὅτι τ στρατ αὐτῦ ἐκεῖσε ἐρρύγωσε διπλῆν ῥόγαν τ ἕνα χρόνον. ἐκ δὲ τ στρατ ὠνομάσθη, * στρατὸς, ἐ διὰ τοῦτο ὠνομάσθη Χρυσόπολις, παρὰ τῶν Μακεδόνων. ἵσατο δὲ, ὡς εἴρηται, ἡ σήλη εἰς τὴν Χρυσόπολιν, ὡς ἀνήγειραν αὐτὴν οἱ λαοὶ χρόνους ἑξακοσίους τεσσαράκοντα ὀκτώ. ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος ἔγειρεν αὐτὴν ἐν τῇ πόλει. ἐκεῖσε δὲ ἀπεδοκιμάζοντο οἱ στρατιῶται, ὅτι πεδίον ἰῶ ὁ τόπος.

* στρατήγιον.

Τὸ δὲ μονόλιθον τὸ ἱσάμενον ἐκεῖσε ἀπόκλασμα ἰῶ τῆ ἱσαμένης εἰς τὸ ἱππικόν. ἦκε δὲ ἀπὸ τῆ Αθηνῶν παρὰ Πρόκλου πατρικίου ἐν τοῖς Χρόνοις τῦ μικρῦ Θεοδοσίου. ἵσατο δὲ ϗ εἰς τὸ αὐτὸ στρατήγιον ϗ ὁ τείπους ἔχων τὰ παρωχημότα, τὰ ἐνεστῶτα, ϗ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. ϗ ὁ νότιος πόλος, ϗ ἡ λεκάνη τῦ τελαμῶνος, ἡ τεθεῖσα εἰς τὰ Τζύρα. εἰς μαντεῖον γὰρ ἰῶ ὁ τόπος. πλησίον ϗ ἐκείσε, ϗ ἡ τύχη τῆς πόλεως. ὁ δὲ Βάρδας ὁ Καῖσαρ ὁ Θεῖος Μιχαὴλ τῦ βασιλέως μετέθηκε ϗ παρέλυσεν αὐτὰ ϗ συνέτριψε. περὶ δὲ τ μονολίθου ὁ χρονικὸς δηλοῖ τὴν αὐτὴν ἱστορίαν. ὁ δὲ μικρὸς στρατήγιος ὑπάρχει σήλη τῦ Λέοντος Μαχέλη.

Ο λιμὴν τῆ Σοφιῶν ἐκτίσθη παρὰ Ιουσίνης τῦ ἀπὸ τῆ Κυροπαλατῶν τῦ ἀνδρὸς Σοφίας τ Λωμῆς, μέσον δὲ τ λιμένος ἵσανται τέσσαρες σήλαι Σοφίας ϗ Ιουσίνης, Αραβίας ϗ Βιγλετίας τῆς μητρὸς αὐτῦ. ϗ αἱ μὲν δύο ἀφῃρέθησαν παρὰ Φιλιππικῦ, εἶχον δὲ ϗ γράμματα τῶν μελλόντων.

Ο δὲ λιμὴν τ Ελευθερίου ἐκτίσθη παρὰ τ μεγάλου Κωνσταντίνου. ἵσατο δὲ ϗ σήλη λιθίνη Ελευθερίου ἀσπρόπετρα, φέρουσα ἐπ' ὤμων καπύλιον, ϗ πτύον ἐν τῇ χειρί.

Τὸ δὲ νῦν λεγόμενον τετράπυλον πρώην ὠνομάζετο τετράβιον, ϗ διήρκεσεν ἕως ἑκατὸν ἑξήκοντα μέχρι Ζήνωνος. ἰῶ δὲ ἐκεῖσε κυβόκλειον ἐπάνω κιόνων ὑπὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου κτισθὲν κατ' ὁμοίωσιν τῆς Ρώμης. οἱ δὲ συγγενεῖς τῦ τελευτῶντος βασιλέως ϗ ἡ Αὐγῦστα προελάμβανον τὸ ἐξόδιον, ϗ ἐθρήνουν ἐκεῖσε τὸν τελευτήσαντα ἕσωθεν τῦ κυβοκλείου, ϗ ἀπέλυον τὰ βῆλα πρὸς τὸ μὴ εἰσέρχεσθαι ἢ καταπτύειν τῦ λαῦ τινα, κατ' ἰδίαν ἐκόπτοντο οἱ μωγὰς ἐ θρῆνοι σφοδροὶ ἕως ὡρῶν ἓξ, ϗ ἐκ τότε ἐλάμβανον τὸν ἀποιχόμενον μέχρι τῶν ἁγίων Αποστόλων, ϗ ἐκήδευον αὐτὸν, ἐν' ὅπως ἀνδυπέρφορον αἱ γυναῖκες. ἡ δὲ ἱσαμένη εἰς τὸ ὀξακιόνιον σήλη ἐπὶ βραχέως κίονος ϗ τὸ βόρειον μέ-

ρος ὑπῆρχε Κωνσταντίνε τῦ τυφλῦ † νεωτερίζοντος υἱῦ τῆς Εἰρήνης. ἡ δὲ ἑσαμένη εἰς τὸ σίγμα ἐπὶ κίονος ὑπάρχει Θεοδοσίε † μικρῦ υἱῦ Αρκαδίε, ὢ ἀνέγειρε Χρυσάφιος δήμαρχος ὁ Τζυρᾶς ☪ παρακοιμώμενος.

Αἱ δὲ σήλαι τῆ ἐλεφάντων τῆς χρυσῆς πόρτης ἵκασι ἐκ † ραῦ † * φέρος ἀπὸ Αθλωῆς παρὰ Θεοδοσίῳ τῦ μικρῦ τῦ κτήτορος τῦ χερσαίε τείχους μέχρι τῆ Βλαχερνῶν, ὅνπερ ἔκτισεν εἰς ἑξήκοντα ἡμέρας ἐχόντων τῆ δύο μερῶν τῦ δήμε ἀπὸ χιλιάδων ὀκτὼ, ὄντων δημάρχων Μαγδαλᾶ γένους τῆ Βενέτων, ὢ Χαρσίε ἀδελφῦ αὐτῦ . . . . . μέρους Πρασίνων μὴ ὢ Ενλαμπίε συγχερῆς. ἰωώθησαν δὲ οἱ Βενέτοι ἀπὸ Βλαχερνῶν, οἱ δὲ Πράσινοι, ἀπὸ χρυσίας πόρτης, ὢ ἰωώθησαν εἰς τὸν μεσόφορον πόρτικον τὸν καλεμένον πολύανδρον, διὸ ὢ ἐκλήθησαν Πολύανδρος, διὰ τὸ ἀμφότερα τὰ μέρη ἐκεῖσε ἰωωθῆναι· αἱ δὲ λοιπαὶ σήλαι αἱ ἱσάμωαι εἰς τὸν χρυσίαν ἵκασι παρὰ Βυγλίνε ἀσηκρήτης, ὢ ἀστρονόμε μετὰ τῆς γωωαικείας τῆς καπχύσης † στέφανον εἰς τύπον τῆς πόλεως. κτισθείσης δὲ ὢ σήλης τῦ Θεοδοσίε ἐπὶ τῦ κίονος τῦ παύρε ὁ χὴς ἐχωήετο εἰς τὸν λιμένα ὢ ἐγεμίδη.

Τὸ δὲ σαυείον τὸ ἱδρυμένον ἐπὶ κίονος πλησίον τῶν ἀρτοπωλείων ἐν τῆ αὐλῆ λιθοστρώτε ἀνηγέρθη παρὰ τῦ μεγάλε Κωνσταντίνε, ὅτε ἐκτίδη ἡ πόλις. εἰς δὲ τὸ παλαιὸν, ἕτερον ἐκεῖσε τὰς ἵππους ἑκατέρων τῶν μερῶν ἰωίοχοι, ὢ ὑφημίζοντες ἔλεγον, τῆ σαυρῆ ἡ δωάμις βοηθεῖ αὐτοῖς. ἐκεῖσε δὲ ἵσαντο ὢ πύλαι χαλκαῖ τεσάρων μερῶν. ὢ περὶ τὸ παγύραμα πόδαρες, ὢ σημειοφορικὰ πολλὰ, ὢ διήρκεσαν μέχρι τῦ Θεοφίλε. ἐκ τύπε δὲ ἐκτίδη κοιλὰς κλαυθμῶνος παρ' αὐτῦ. ὢ προσετάγησαν οἱ σωματοφῦλαι ἐκεῖσε παρασκοπεῖν τὰ οἰκιτικὰ πρόσωπα.

Περὶ τῦ ξυνοχίσος τῶν Θεοφίλων.

Εν δὲ τῷ καλεμένῳ Ζεύγματι ἐπάνω τῦ λόφε, ὅπερ ὁρᾶται δῆμος κτίσμα νοσοκόμε, ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἀνέγειρε αὐτὸ εἰς πορνεῖον. ἵσαπο δὲ σήλη ἐπὶ κλωσῦ λιθίνε κίονος τῆς Αφροδίτης. τῶν δὲ ἐρώντων τὰς ἐκεῖσε οἰκήσας μαχλάδας ἔξωθεν τῦ αὐτῦ οἴκου, ὢχ ἡρείκειτο ἕτερον πορνεῖον. ὢ ἦσαν * διάχωρα, ἐπὶ τὰς κίονας μετὰ κελκέλων ὢ κυρίων. ὢ ὅπως ἐκεῖσε ἐν ἀσωτίᾳ οἱ ἐρῶντες ἐτέρποντο· ἰω δὲ ὢ σήλη τῶν ἐν ὑπολήψει ὑσῶν καθαρῶν γωωαικῶν ὢ παρθένων, πλησίον τε ὢ πενήτων, ἐάν τις ἕλυσεν αὐτῶν τὴν παρθενίαν. ἐκείνων δὲ μὴ θελουσῶν ὁμολογεῖν, ἔλεγον αὐτοῖς οἱ γονεῖς τε ὢ φίλοι· ἀπέλθωμεν εἰς τὸ τῆς Αφροδίτης ἄγαλμα. εἰ καθαρὰ εἶ, καθαρὰ εἰς ἐλεγχθήσεις ἐπὶ τῆς σήλης· ὢ ὅτε ἐπλησίαζον, ἡ μὲν ἄμεμπτος διήρχετο ἀβλαβὴς, ἡ δὲ διεφθαρμένη ἰωίκα ἐπὶ τὸν κίονα τῦ ἀγάλματος ἐπλησίαζεν, ἄκουσα ὢ μὴ βουλομένη ἐπισασίᾳ ἀθρόᾳ ἠσχημῶτο τὰ ἱμάτια αὐτῆς ὢ ἐδείκνυε τὸ ἑαυτῆς αἰδῶον. ὁμοίως δὲ ὢ αἱ ἔχουσαι ἄνδρας, ἐὰν λαθραίως ἐμοιχεύοντο, τῦτο ἐγίνετο, ὢ ὅπως ἀπηλέγχετο, ὢ ἐθαύμαζον πάντες ὢ ἐπίσδιον τῆ γενομένῃ πορνείᾳ. ἐκεῖναι γὰρ παρθένοις ὡμολόγουν. ἡ δὲ γωωικαδελφὴ Ιουστίνου τῦ ἀπὸ Κουροπαλατῶν σωήτειψε τῷ σήλῳ διὰ τὸ ὢ αὐτῆς τὸ αἰδοῖον φανερῶσαι μοιχευθείσης.

Hactenus Paralipomena ex Codice Boico pro Originibus Conſtantinopoleos Codini; qui quicquid de ſtatuis adfert, id, pauculis locis exceptis, exſtat apud Svidam, & quidem verbatim propemodum. Id ut videas, omnia breviter percurram.

1. Quæ Codinus narrat de ſtatua Januarii invenies apud Svidam V. Ιανουάριος. niſi quod Svidas caret vocula ψήφων, quæ hic non ſignificat *numeros*, ut vertit interpres, ſed *calculos*.

2. Quæ Codinus habet de ſtatua tenente haſtam, ea extant in Svida V. Αθλωᾶ.

3. Quæ narrat Codinus de ſtatua tenente citharam, ea refert Svidas V. Απόλλων niſi quod Svidas pro κεκράμενος ὢ τοῖς λοιποῖς ἄστρασι, legit, κεκιρνάμενος, *admixtus enim reliquis aſtris ſol omnia generat & producit*.

4. Statuam, quæ tenet forficem æneum, reperies apud Svidam V. Ηρα.

5. Ut & turrigeram illam, quæ mox ſequitur, V. Δημήτηρ.

6. Nec non ſtatuam, quæ pectinem fert, V. Αφροδίτη.

7. Præterea ſtatuam Jovis quæ tria poma gerit, V. Ζεύς.

8. Et ſtatuam Mercurii alati, Ερμῆς.

9. Ejuſdem Mercurii ſtatuam, quæ marſupium geſtat, V. Αρμαῖς

10. Statuam terræ, V. Εστία.

11. Statuam cornutam Seleuci, V. Σίλδιος.

12. Quæ Codinus ſcribit de veſtibus Atrabaticis, &

13. De Auguſteone, ea habes apud Svidam, V. Ατραβατικὰς & V. Αὐγουστεῖον.

14. Statuam Conſtantini & Helenæ in apſide Cameræ tori, vide V. σήλη.

15. Equeſtrem ſtatuam Juſtiniani, V. Ιουστινιανός.

Edit. Pariſ pag. 278.

Digitized by Google

16. Crucem, V. σαυρὸς.
17. Xerolophon, V. ξηρόλοφος.
18. Cruces Latronum, V. φόρος.
19. S. Menam V. Μιωᾶς.
20. Columnam Procopii, V. Προκόπιος.
21. Cynegium, V. κυνήγιον.
22. Statuam Verinæ, V. Βηρίνη.
23. Quæ Codinus memorat de ſtatua viro ſimili, quæ erat poſt Milium, ea invenies apud Svidam, V. βασιλικὴ, & ſimul emendabis editionem Douſę; τὸ ἑξαμμον Ηρακλείου τῦ βασιλίως. Lege, τὸ ἑξαμμον ἴως Ηρακλείου τῦ βασιλίως.
24. Jam Codini Θέαμα δεύτερον πλησίον τῦ μιλίου repręſentabit tibi bona fide Svidas, V. μίλιον.
25. Ipſum initium ſecundę partis, V. Αβγαβλωή.

Imo etiam nonnulla Paralipomena, quę ex Codice Boico exſcripſimus, extant apud Svidam: nam quę ſunt de Euphęmię ſtatua, ea videbis apud Svidam. V. Εὐφυμία. Quę de Arcadia, V. σήλη. Quę de Pulcheria, V. Πουλχερία. ut cętera ſilentio pręteream, quorum partem jam ſupra indicavi, Audio Meurſium in Origines Codini notas publicaſſe. Non vidi, tametſi ut viderem nihil intentatum reliquerim. Neſcio num hanc Codini cum Svida ſymphoniam & convenientiam annotarit. Ego certe jam ante viginti annos annotaveram: quę omnia ut rectius intelligas, operępretium erit legere Cedrenum in Theodoſio Magno pagina 264. * ubi complures ſtatuas & antiqua Urbis monumenta recenſet.

Edit. Pariſ. pag. 279.

*p. 332. edit. Reg.

Excerpſi etiam ex Codice Boico variantes quaſdam ſcripturas, quibus hic locum dare volui.

In Cod. Bav. ſic habet titulus, κατὰ τὴς Κωνσταντινουπόλεως ἀπὸ πόθεν ἐκλήθη Βυζάντιον, ἀπὸ πόθεν κατάγεται Βύζας. In marg. ſunt hęc verba: ἐντεῦθεν ἄρχεται ἡ ἀρχὴ τοῦ βιβλίου, ἀπ' αὐτὼ αἱ τάξεις τῦ παλατίου.

Ex quo liquet librum Curopalatę, qui de Officiis inſcribitur, poſt hunc collocandum eſſe.

Pag. 3. V. 14. vitioſe, βόσκονται τῶν αὐτῶν τήξαθαι. V. 16. πασῶν διεξόδους. V. 20. ἀφ' ἑκόντων ἐ θυσίας.
Pag. 7. V. 5. ἃ ὑποταγόντα ταῦρον. V. 7. κἀ ἃ εἰρημένον ποταμὸν Θύραν συμμίξας. vitioſe. V. 27. ἃ ὃ Ηρακλέους καλούμενον πύργον.
Pag. 8. V. 11. βωμόν. V. 17. Αρτέμιδος δὲ ἀπὸ τὸ τῆς Θράκης ὄρος.
Pag. 11. V. 21. Καλχηδόνα δὲ ὠνόμασε τὸ χωρίον.
Pag. 19. V. 28. οἱ καμπτῆρες.
Pag. 31. V. 24. ἀπὸ τὸ χρυσόκλαβον.
Pag. 43. V. 5. πρὸς τῶ Μεσοποταμίαν.

ADDENDA CODINO.

DE Canicleo, ſeu præfecto Caniclei, Codinus pag. 17. editionis Junianæ: ὁ ἐπὶ τῦ κανικλείου. *Præfectus Caniclei erat Imperatoris conſocer ὀχούμενος, & vehebatur*, equo ſcilicet, vel alio vehiculo intra aulam Conſtantinopolitanam; quod nulli alteri conceſſum. Magna erat dignitas, cujus paſſim fit mentio apud Hiſtoricos Græcos. Joannes Curopalata in Michaele Rancabe: *Animæ quaſdam maculas ſimulat ſe quidam religioſo explicare velle per Theoctiſtum, quem poſtea τῆς τῦ κανικλείου, Caniclei dignitate honoravit*. Eadem de Caniclei præfecto Theoctiſto Cedrenus, ubi de cæde Leonis Armeni agit. Idem Cedrenus ſcribit occiſo prædicto Theoctiſto a Barda, Bardam τῶ τῦ κανικλείου τιμῶ, dignitatem Caniclei in ſe tranſtuliſſe. Curopalata in Conſtantino Leonis F. *paulo poſt miſſus eſt ab Auguſta patricius Baſilius Caniclei præfectus*.

De eodem Caniclei præfecto Theoctiſto Zonaras in Theophilo Imperatore: *Uxorem & Caniclei præfectum multum obteſtatus eſt* (Theophilus) *ne paterentur venerandas imagines reponi*. Idem Zonaras in Alexio Comneno: *Comneni rebus ſuis jam in tuto collocatis, matrem & conjuges* ἐκ τῆς μονῆς τοῦ κανικλείου, *ex Monaſterio Caniclei ad Regiam accerſiverunt*. Ubi Vvolffius interpres, *ex Canicleo monaſterio*. Ex qua verſione ſuſpicari quis poſſet, Canicleum fuiſſe monaſterium, tametſi adjuncto

pala-

Digitized by Google

palatio: nam monaſteriis, nominatim ei, quod Hodegetria nominabatur & templis præcipuis, ut Blacherniano, adjungebantur palatia, in quibus Imperatores vel pietatis, vel recreationis cauſſa aliquando verſabantur. Hinc Junius ὁ ἐπὶ τῶ καικλείω, *Caniclei præfectum*, putat præfectum fuiſſe arcis & monaſterii hoc nomine in urbe Conſtantinopolitana. Quæ fuit etiam ſententia Vvolffii in indice ad Zonaram. *Canicleum*, inquit, *monaſterium*. pag. 123. & 234. Xylander in Notis ad Cedrenum num. 196, ingenue fatetur, ſe neſcire quid ſit *Caniclei dignitas*. Nicephorus Gregoras lib. 7. Hiſtor. Roman. *Erat tum procurator negotiorum Imperii vir prudens, & ob induſtriam, & Reipubl. gerendæ ſcientiam Imperatori charus, unde & auctoritate & opibus pollebat, Nicephorus Caniclii præfectus. Is blandis ſermonibus & obſequiis, lenitate Imperatoris conciliata petit & accipit generum filium ejus Joannem, indignante quidem & refragante Imperatrice, ſed tamen accipit*. De eodem Nicephoro Caniclei prefecto Cantacuzenus lib. 1. Hiſtor. cap. 14. *De Senatu Palatino præſentes aderant Magnus Logotheta Metochites, cujus antea meminimus, & Nicephorus qui Canicleo præerat, & vehi ſolebat, admirabili ſapientia, conſilioque præditus, & ab Imperatore benevolentia honoreque ſingulari dignatus, ita, ut etiam Irenem filiam ejus Joanni Deſpotæ filio ſuo Nuptiis conjungeret. Hic Nicephorus prius Imperatoris domeſtica adminiſtrabat: tum autem podagra conflictatus functione illa abierat. Nihilominus ſummo eum honore Imp. proſequebatur*. Edit. Pariſ. pag. 280.

Ex hoc & prædicto Gregoræ loco intelligis, quare præfectus Caniclei συμπένθερος, *conſocer* Imperatoris appellaretur; quia tanta erat hæc dignitas, ut præfectus Caniclei poſſet filio ſuo impetrare filiam Imperatoris, & filiæ filium. Hinc συμπένθερος: nam præfectus Caniclei a filia Imperatoris, ſi nupta filio eſſet, vocabatur ſocer; & Imperator a filia præfecti Caniclei ſocer. Idem factum quando filius Imperatoris in matrimonio habebat filiam prefecti Canicleo. Idem Cantacuzenus libro 4. cap. 40. *Palæologus præfidem Caniclei Angelum legatum mittit*.

Nicetas Choniates lib. 1. de rebus geſtis Manuelis Comneni de Styppiota agens: *Tandem ad Caniclei magnificum munus, & intimam etiam Imperatoris familiaritatem promotum magis etiam extulit*. Hanc tamen tantam dignitatem ſua granditate inferiorem duxit Conſtantinus Meſopotamita, ut libro 2. de Alexio Comneno ſcribit idem Nicetas. *Caniclei officium*, inquit, *quod Iſaaco imperante obtinuerat, ei rurſus offerebatur, ut ſuo faſtigio inferius renuit*. Georgius Logotheta Acropolita in Chronico Conſtantinopolitano, non procul a fine: *Miſit Imperator ad Regem Siciliæ Apoſtatæ generum per Nicephorum Canicleum*: ubi ipſe Canicleo prefectus *Canicleus* appellatur, ut & in Diſputatione Gregentii Καικλαίων.

Duravit hæc dignitas ad Imperii Conſtantinopolitani extrema uſque tempora. Palæologus apud Phranzem lib. 2. Chronici cap. 17. *Duxi ego uxorem Helenam filiam Alexii Palæologi Exemplaconis, qui Canicleo præerat*: In Diſputatione Gregentii, Imperator: *Erbæ*, ſeu Herbano, *patrinus ſeu ſuſceptor in baptiſmo factus, Leonis nomen impoſuit, & Hypeccleſionem* (ὑπεκκλησίονα) *eum fecit, quem Romani Patricium & Caniclionem appellant*. Extat hæc diſputatio Tom. 4. Biblioth. Patrum, cujus occaſione Meurſius varia philoſophatur in ſuo Lexico V. Πατρίκιος. Obſerva, non omnem Patricium fuiſſe Caniclionem, ſicut hæc diſputatio Gregentii affirmare videtur; quia unus Canicleo præfectus erat, multi autem Patricii. Contingere quidem poterat, ut Canicleo præfectus Patricius eſſet, ſed id non erat neceſſarium.

Obſerva ſecundo, falſum eſſe quod Meurſius ſcribit: *Imperatorem Eccleſiæ & rebus Eccleſiaſticis præfuiſſe, veluti ſupremum caput*. Nullus Imperator Orthodoxus hunc titulum ſibi arrogavit: ſchiſmaticorum & hæreticorum hoc proprium eſt. Orthodoxi Imperatores norunt ſe eſſe oves Eccleſiæ non paſtores; ſubditos, non capita. Defenſores itidem Eccleſiæ ſunt; Capitis nomen ſummo Pontifici, Chriſti Vicario, Petrique ſucceſſori non inviti relinquunt. Ne Calviniſtę quidem Puritani capitis Eccleſiaſtici nomen Regibus tribui ferunt. Notum eſt quam limis oculis Calvinus Regem Anglię ob hunc titulum aſſumptum aſpexerit, & in Belgio quam ferventiores Calviniſtę obſiſtant, ne fœderati Ordines pro capite Eccleſię efferantur & agnoſcantur.

Obſerva tertio, falſum eſſe quod Meurſius dicit: Patricium aliquem ὑπεκκλησίονα dictum, tenuiſſe vicem Imperatoris, in hoc, ut ita loquar, *Capitaneatu* pag. 281.

Digitized by Google

Ecclesiæ. sed ut fictitium est, ullum Imperatorem Catholicum pro capite Ecclesiæ sese venditasse; ita fictitius est iste Patricius Vicarius Imperatoris in rebus Ecclesiasticis. Et tamen hoc semel effudisse non contentus, id V. *ὑπερκλυσίων* recinit. Scilicet Imperator Judæum recentem a baptismo suum in rebus Ecclesiasticis Vicarium constituisset, etiamsi pro capite Ecclesiæ se venditasset; rudem adhuc rituum Christianorum, & Ecclesiasticæ politiæ ignarum. Politica igitur dignitas erat, non Ecclesiastica, quemadmodum & Patriciatus, & præfectura Caniclei.

Longe alia & aliter de præfectura Caniclei doctissimus vir Nicolaus Alemannus: nam in commentario ad *ἀνέκδοτα* Procopii, quæ ipse nuper evulgavit, in illud pagina 29. v. 2. *Colore imbutus, quo scribere mos est Imperatoribus:* ita scribit, *Gregorius Secundus ad Leonem Isaurum Imp.* Litteræ tuæ, & non alienæ sigillis Imperatoriis obsignatæ diligenter essent, & accuratæ intus subscriptiones per cinnabarim propria manu tua, ut mos est Imperatoribus scribere. Cinnabarim *vocavit ob coloris similitudinem; sed Imperatorium* Encaustum *purpureum erat ex murice.* Sacri affatus quoscumque nostræ mansuetudinis in quacumque paginarum scripserit auctoritas, non alio vultu penitus, aut colore, nisi purpurea tantummodo inscriptione lustrentur: scilicet ut cocti muricis, & triti conchylii ardore signentur. Hanc autem sacri Encausti confectionem nulli sit licitum, aut concessum habere. *l.* 6. *C. de diverf. rescript.* Encaustum *hodie in Italia dicimus* Enchiostro; Encausta & Encaustaria *legendum in l.* 9. *C. de Agric. Liquor ille purpureus, quem hic non atramentum, sed purpuramentum vocare liceat, servabatur in atramentario, nisi dicere malis etiam, purpuramentario; quod cum Caniculi formam effigiemque præ se ferret (quales atramentariorum formas hodieque usurpamus) ob id* CANICULUS *est appellatum. Et a* CANICULO *erat, qui Cæsari ejusmodi purpuramentarium ministrabat. Anastasius Bibliothecarius ad Octavam Synodum Act.* 10. Præpositus Caniculi est, qui curam & custodiam gerit Caniculi, id est, atramentarii, ex quo Imperator PHOENICEAS litteras scribit in chartis. *Ad nomen si quid præterea Cæsari subscribendum erat, id Præpositus Caniculi manu sua exarabat, quod in calce ejusdem synodi Chrysophorum Basilii Imperatoris a Caniculo fecisse liquet. Præficiebantur Caniculo primarii a secretis, quorum magna dignitas & auctoritas fuit, utpote quæ solis tandem Imperatoris sanguine propinquis concederetur. Quæ Junius de hoc officio apud Codinum, nugæ sunt.* Hæc Alemannus: cujus sententiam non improbabilem Anastasii Bibliothecarii auctoritas efficit. Nec a Caniculo abludit nomen, quo Græci utuntur, quibus solemne Latina vocabula nonnihil inflectere, & ad Hellenismum quoad licet, conformare. Porro verba Actionis decimæ, ad quæ Anastasius supra dictam notam adjecit, sunt ista: *Post hos piissimi & amatores Christi Imperatores Basilius & Constantinus figentes quidem propria manu in quinque voluminibus* (seu etiam pluribus) *pretiosæ Crucis figuram, Basilio Magno Imperatore, similiter etiam & Constantino figente Crucem pro se & fratre suo Leone subscribente quoque nomina trium Imperatorum, propria manu, & subscriptionis residuum subscribente Chrisiopboro Protoasecretis, & præposito Caniculi.* Græca editio Romana ita habet: *ἡ μετὰ τούτους οἱ βασιλεῖς, Βασίλειος, Κωνσταντῖνος ἡ Λέων, πεζάσαν μὲν ἰδιοχείρως ἐν τοῖς πέντε βιβλίοις, τῷ τιμίῳ σταυροῦ τὸν τύπον τῶν βασιλέων ἡ γεγραφότων τὰς οἰκείας ὑπογραφάς· τὸ δὲ τῆς γραφῆς ὑπόλοιπον γεγραφότος Χερσοφόρου πρωτασηκρήτου, ἡ ἐπὶ τοῦ Κανικλείου. Quod reliquum erat, Chrisiopborus Protoasecretis & præfectus Caniclii subscripsit.*

De diademate, quod Ἰουστινιάνειον *Justinianeum* nominabatur, Codinus pag. 99. editionis Junianæ. dixeram Tomo III. de S. Cruce lib. 1. cap. 20. ejus formam esse quam ibidem repræsentatus nummus antiquus exhibet. Improbat hoc Nicolaus Alemannus in Commentario ad arcanam historiam Procopii, quia ante Justinianum Theodosius, Marcianus, Leo, Zeno, Anastasius & Justinus, eandem *πυργωτὴν cristam* in galea gestarunt, ut in eorum numismatis apparet; atque illa est, quam Τροπαιοῦχίαν vocatam idem Codinus affirmat. Verum ut Justinianus integras urbes, & res alias a suo nomine ambitiose nominavit, extinctis priscis appellationibus, ita & huic capitis *φορέματι* seu gestamini suum nomen imponere potuit, licet ab antecessoribus suis etiam usurpatum fuisset. At Justinianeum hoc diadema non bellicum aut castrense fuit, sed civicum; quo & in sacris & in Ecclesiis utebatur. Sed & Codinus satis indicat, Tropæuchian & Justinianeum, & alia arbitrio Imperatoris tam domi quam alibi gestata; ait

Edit. Paris. pag. 282.

Digitized by Google

enim: ἐπὶ δὲ χειραλῆς φορέματα διάφορα, ποτὲ μὲν τὸ ὀνομαζόμενον Τροπαικχίαν ποτὲ δὲ Ιυστινιάνειον, ἐν ἄλλοις δὲ ὑπέρτερον, &c. ἀπὸ μὲν οὖν τούτων φορεμάτων φορεῖ ὁ βασιλεὺς οἷα ἂν βούλοιτο. Ex quibus Codini verbis liquet Imperatorem varia habuiſſe capitis φορέματα, & arbitratu ſuo nunc hoc, nunc illud geſtaſſe: Juſtinianei formam hanc nobis Alemannus exhibet ex tabula quadam, quæ opere muſivo Ravennæ exſtat:



Non negaverim Juſtinianum tali capitis tegumento uſum; ſed hoc eſſe ipſum Juſtinianeum ex tabula illa probari non poteſt.

De Curopalata paſſim Codinus in ſuo libello; quem olim officium habuiſſe ait, ſed ignotum; *nunc vero*, hoc eſt tempore Codini, *nullum*. Alemannus ad pag. 28. Procopii, duplicem Curopalatam ſtatuit; alterum, qui ſub ſe habebat Prętorianos milites, quorum plures ordines, *Domeſtici*, *Protectores*, *Silentiarii*, de quibus Procopius pag. 108. Ex his alii in atrio & veſtibulo Regiæ verſabantur, alii pro cubiculis deſidebant, & excubias agebant diu noctuque; hi σωματοφύλακες, *corporis cuſtodes*, Latine excubitores vocabantur: illi φύλακες τῷ παλατίῳ, cuſtodes Palatii, Prætorii milites, ſeu Prætoriani; Aulæ vel Aulici milites. Præfectum his ordinibus *Comitem Prætorianorum*, ſeu *Excubitorum* appellat Jornandes; Procopius, *Principem cuſtodum palatii;* Corippus lib. 2. *Curam palatii*.

Diſpoſitorque novus ſacræ Badoarius aulæ
Succeſſor ſoceri, factus mox Cura PalatI eſt.

Alter Curopalata erat præpoſitus fabricæ palatii, de quo Caſſiodorius libro ſeptimo Variar. epiſt. 5. cujus magnam dignitatem fuiſſe credit Meurſius in Gloſſario, *quod ante Regem Theodoricum auream virgam geſtans primus incederet*. *At Caſſiodorius:* Primus, *inquit*, inter obſequia numeroſa, *hoc eſt, non inter ſingulares & primarios viros Patricios, Senatores & Conſulares. Aurea vero virga eſt, quam Codinus* ξιφίδιον *appellat, inferioribus etiam ordinibus conceſſa honoris ergo, idque ex eodem Caſſiodorii loco colligere eſt.* Plures aliquando erant Conſtantinopoli hac dignitate conſpicui. Cedrenus: μετὰ δὲ τὸν θάνατον Ιυστινιανοῦ ἐκράτησεν ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ Ιυστῖνος, ὁ ἀπὸ Κυροπαλάτων. Et apud Joannem Curopalatam in Iſaacio Comneno: Ιωάννου δὲ τὸν ἀδελφὸν, τὸν Καταχαλὼν δὲ κεκαυμένον, Κουροπαλάτας καὶ ἀμφοτέρας τιμᾷ. Nec Conſtantinopolitani tantum, ſed & exteri hac dignitate honeſtabantur, maxime Iberes, ut conſtat ex Conſtantino Imperatore lib. de adminiſtrando Imperio cap. 45. & 46. de quibus etiam feſtivam hiſtoriam idem Imp. recenſet. *Iberes Curopalatæ gloriantes originem ſe ducere dicunt ab uxore Uriæ, quam rex & Propheta David adulteravit; & ex liberis inde natis deſcendere credi volunt, cognatique eſſe Regis ac Prophetæ Davidis, & ſanctiſſimæ quoque ea ex re Deiparæ, quæ ex ſemine Davidis oriunda. Eapropter etiam magnates inter eos licenter cognatas ſuas ducunt, veterem ſe legem obſervare exiſtimantes: & ex Jeroſolymis nationem ſuam ortum trahere dicunt, atque inde viſione monitos migraſſe, ſedemque poſuiſſe in partibus Perſidis, quas nunc tenent. Qui autem Jeroſolymis exceſſerunt, Davide ille erat, & frater ejus Spandiates, quem hanc a Deo gratiam accepiſſe narrant, ut vulnerari in bello nullum ipſius membrum poſſet, excepto corde, quod etiam in præliis armatura quadam muniebat; unde & terribilis Perſis erat, quos devicit, ſubjugavitque, cognatoſque Iberes in locis difficilibus, quæ nunc tenent, collocavit; ubi multiplicati auctique ſunt, & in magnam gentem evaſerunt. Deinde ita Heraclio Imp. cum armis contra Perſidem proficiſcente, icto fœdere cum eo militarunt; ex eoque tempore, metu magis Heraclii, quam ſuis viribus multas urbes terraſq; Perſarum ſubjugarunt. Semel enim profligati ab Heraclio Perſæ, eorum-*

Edit. Pariſ. pag. 283.

Digitized by Google

que principatu deleto, facile non ab Iberibus tantum, sed & a Saracenis vinci in posterum potuerunt. Quia vero, uti dicunt Jerosolymis originem ducunt, multumque & illis tribuunt, & sepulcbro Domini nostri Jesu Christi, temporibus quibusdam vbertim pecunias mittunt urbis sanctæ Patriarchæ, quique in illa degunt Christianis. David autem ille, quem dixi, Spandiatæ frater filium genuit Pancratium, iste Asotium, iste Adranaze, cui Curopalatæ dignitatem, bonoris ergo, contulit Christianus Imp. Leo. At Spandiates improles decessit. Ex quo vero Jerosolymis migrarunt in terram, quam nunc habitant, anni sunt quadringenti, quingenti hodie, quæ est Indictio decima, a mundi autem creatione 6460. *Constantino & Romano piis ac Porphyrogenitis Imperatoribus.*

FINIS.

Digitized by Google

JACOBI

GRETSERI

SOCIETATIS JESU

SYNTAGMA

DE

IMAGINIBUS MANU NON FACTIS,

DEQUE ALIS

A SANCTO LUCA PICTIS.

Digitized by Google

GERMANIA

SOCIETATIS IESV

SYNTAGMA

Digitized by Google

INDEX CAPITUM HUJUS LIBRI.

CAP. I. *Quid sit imago ἀχειροποίητος, & quam multiplex.* Pag. 249
CAP. II. *Epistola Augari ad Christum, & hujus ad illum.* 250
CAP. III. *De fide prædictarum Epistolarum.* 251
CAP. IV. *De imagine Edessena non manu facta, sed a Christo Domino linteo impressa.* 253
CAP. V. *Qui auctores hujus imaginis meminerint.* 255
CAP. VI. *Miracula per imaginem Edessenam non manu factam patrata; & in primis de multiplicatione ejus.* 256
CAP. VII. *Miracula imaginis Edessenæ non manu factæ in obsidionibus.* 257
CAP. VIII. *Insignis victoria per imaginem manu non factam parta.* 259
CAP. IX. *Refelluntur nugæ Casauboni contra Edessenam imaginem non manu factam.* 261
CAP. X. *De translatione imaginis Edessenæ non manu factæ Constantinopolim, ex Porphyrogenito.* 265
CAP. XI. *Festum in honorem hujus imaginis Edessenæ institutum.* 268
CAP. XII. *De Camulianensium imagine Christi non manu facta.* 268
CAP. XIII. *Festa in honorem hujus imaginis instituta.* 249
CAP. XIV. *Miraculum per hanc imaginem factum sub Tiberio II. Imperatore, & aliud imperante Heraclio.* 270
CAP. XV. *Heraclius Imperator memorabiles victorias de Persis reportat beneficio imaginis Camulianensis.* 271
CAP. XVI. *De imagine Veronicæ seu Berenicæ non manu facta, cum refutatione Casauboni & Hospiniani.* 272
CAP. XVII. *Innocentii III. Pontificis Maximi singularis pietas erga Sudarium Veronicæ, seu Testimonia Pontificum & aliorum de hac imagine.* 275
CAP. XVIII. *De imaginibus B. Virginis a D. Luca pictis.* 278
CAP. XIX. *Refelluntur nugæ Hospiniani, de imaginibus a S. Luca pictis: & quando Psellus & Metaphrastes vixerint.* 281

Digitized by Google

PIETATE, NOBILITATE,
VARIA ERVDITIONE, MVLTOQVE
RERVM VSV SPECTATISSIMO
DOMINO, DOMINO
FRIDERICO BECHLERO AVGVSTANO,
AMICORVM VETERRIMO
ET INTEGERRIMO
HOC
DE IMAGINIBVS NVLLA MANV
HVMANAVE INDVSTRIA FACTIS
SYNTAGMA
L. M. DONAT DICATQVE
JACOBVS GRETSERVS
EX SOCIETATE JESV THEOLOGVS
INGOLSTADII
ANNO SALVTIS M. DC. XXII.

JACO-

Digitized by Google

JACOBI GRETSERI

SOCIETATIS JESU

SYNTAGMA
DE IMAGINIBUS
NON MANUFACTIS.

Edit. Pariſ. pag. 289.

QUID SIT IMAGO AXEIPOΠOIHTOΣ, *& quam multiplex.*

CAPUT PRIMUM.

AXEIPOΠOIHTON generatim dici poteſt omne illud, quod manu humana factum non eſt, ſed Divina, vel Angelica virtute: quo ſenſu Univerſum hoc ἀχειροποίητον recte appellaveris, quandoquidem ſine ullius humanæ manus adminiculo conditum eſt: DEUS eum dixit, & omnia facta ſunt; ipſe mandavit, & omnia creata ſunt. Sic imagines factæ ab Angelis, nominatim *Crucis Caravacenſis* imago, non injuria ἀχειροποίητοι audiunt, quandoquidem nullius pictoris penicillo, aut ſtatuarii aſcia, ſed vi & actione Angelica elaboratæ ſunt.

Sed nos hic vocabulum ἀχειροποίητον preſſius ſumimus, nempe pro imaginibus, quæ Chriſti Domini Redemptoris noſtri ſacratiſſimum vultum exhibent, quaſque ipſe linteis ſeu ſudariis admotu faciei ſuæ imprimere dignatus eſt; quarum tres potiſſimum hiſtoriarum monumentis celebrantur: Prima, Edeſſena, miſſa a Chriſto ad Abgarum, ſeu Augarum, ſeu Abagarum, ſeu Agabarum (varie enim ſcribitur) Edeſſæ (quæ eſt clariſſima Meſopotamiæ civitas) Toparcham.

Altera eſt Camulianenſis, a civitate (Cedrenus κώμην *vicum* ſeu *pagum* vocat) Cappadociæ, hoc nomen ſortita, cujus Synodus ſecunda Nicææ pro Imaginibus venerandis congregata meminit, ut & Cedrenus, aliique.

Tertia eſt, quam vulgo vocant *Veronicam*, ſeu *Vultum Chriſti*, linteo ſeu ſudario a Chriſto, dum ad Calvariæ montem duceretur, impreſſa, in gratiam Vero- pag. 290.
nicæ, piæ fœminæ, quæ divinæ faciei abſtergendæ linteum obtulerat. De ſingulis ordine dicemus.

Non obſto tamen, quo minus quis prædictis tribus nulla manu effectis Chriſti imaginibus, adjiciat etiam illam, quam Chriſtus Dominus ſepulchrali ſindoni, cui in ſepulchro involutus fuerat, impreſſit, quæ hodie Auguſtæ Taurinorum religioſiſſime magno fidelium accurſu colitur, quam Illuſtriſſimus Cardinalis *Gabriel Palæottus* Bononienſis Archiepiſcopus & ſtylo, & penicillo deſcripſit: in cujus lucubrationem poſtea ampliores commentarios edidit Daniel Mallonius. tametſi hæc ἀχειροποίητος εἰκὼν non eſt ſolius vultus, ſed totius corporis.

Sed ut rem a capite ipſo arceſſamus, exſcribendæ hic ſunt duæ epiſtolæ, altera Augari ad Chriſtum Dominum, altera ipſius Chriſti ad Augarum, quas Eccleſiaſticæ ſuæ hiſtoriæ Euſebius intexuit libro primo capite decimo tertio: cum enim, ut Sanctus Matthæus capite quarto teſtatur, *opinio* Chriſti *abierit in totam Syriam*, factum eſt, ut & tantorum miraculorum effectoris fama ad Regem Edeſſæ Augarum gravi morbo oppreſſum perveniret, qui pro-

Digitized by Google

inde desiderio Christi videndi inflammatus, propria eum ad se epistola invitavit.

Admiranda Domini, & Servatoris nostri JESU CHRISTI *divinitas*, inquit Eusebius, *propter incredibilem suam vim & potentiam in omnes homines crebris sermonibus pervagata, infinitos prope cum ex longinquis regionibus, tum ex ipsa Judæa, ob spem ipsorum animis de curatione morborum, & variarum cujusque generis perturbationum, quibus vexabantur, injectam, ad se attraxit. Atque hac de causa Augarus rex, qui gentibus prope Euphratem incolentibus præstantissime & summa cum laude præfuit; ubi esset gravi morbo, & insanabili illo quidem (quantum in humanum faculitate & curandi situm erat) pene corpore labefactatus: celebreque nomen* JESU, *& divinas ejus virtutes constanter ab omnibus testatas accepisset; epistola ad eum per internuncium missa supplex oravit, ut morbo, quo cruciabatur, penitus liberaretur,* JESUS *vero, licet illi ipsius auxilium tum imploranti minime obsequeretur, litteras tamen seperatim ad eum scriptas dare non gravatus est; in quibus se unum ex suis Discipulis, qui morbo mederetur, eo missurum, & salutem non ei solum, sed etiam suis omnibus præstaturum benignus promisit. Neque certe longo temporis spatio interposito ista promissa erant illi cumulate perfecta. Nam ubi Servator excitatus a mortuis in cœlum ascenderat, Thomas, unus ex duodecim Apostolis, divino quodam impulsu commotus, Thaddæum fratrem, qui erat in numerum septuaginta Discipulorum Christi adscriptus, prædicatorem & Evangelistam doctrinæ Christi ad Edessam misit. Ac per ipsum Servatoris nostri promissa exitum suum sunt plene consecuta. Quarum rerum insigne & locuples testimonium ex tabulario Edessæ civitatis, id temporis a Rege gubernatæ, depromptum habes. Nam in tabulis publicis, quæ nedum veteres, sed recentes etiam res nuper ab Augaro gestas continebant, hæc eadem ad hanc nostram ætatem reservata reperiuntur. Quare nihil commodius esse putavi, quam ipsas Epistolas a veteribus illis annalibus petitas, atque adeo ad verbum ex lingua Syriaca in Græcam conversas, hoc loco citare, quæ ita se habent.*

Edit. Paris. pag. 291.

EPISTOLA AUGARI AD CHRISTUM, & hujus ad illum.

CAPUT II.

Augarus, Princeps Edessæ, JESU Servatori propitio qui in confiniis Jerusalem in carne apparuerit, Salutem.

INsignes illas virtutes, & curationes, quæ abs te sine medicamentis, & sine herbis factæ sunt, auditione accepi. Cæcos enim, ut fama est, videre efficis, claudos ambulare, & leprosos mundas, spiritus immundos & dæmones ejicis: eos etiam, qui diuturnis morbis pressi sunt, sanas; mortuos denique ad vitam revocas. Quæ quidem cum de te audivissem, de duobus hisce alterum verum esse cogitabam: te aut DEUM *esse, & e cæli fastigio delapsum; aut* DEI *filium saltem, qui ista tam stupenda edas miracula. Quapropter hæc ad te scripsi, magnopere precatus, ut laborem ad me accedendi suscipere, hunc que quo crucior, morbum curare ne graveris. Etenim Judæos audio tibi obstrepere malevole, & velle libenter te aliquo magno malo afficere. Est mihi civitas perexigua quidem, sed ornata sane, & illustris, quæ utriusque nostrum rerum necessariarum suppeditabit satis.*

Hactenus Epistola Augari, cui ita Christus rescripsit.

EPISTOLA JESU AD AUGARUM PRINCIPEM per Ananiam cursorem missa.

Augare, beatus es, qui cum non videris me, in me tamen credidisti. De me enim scriptis proditum est, eos qui me viderunt, in me non credere: ut hi, qui me non viderunt, credant, & vitam consequantur. Quod scribis ad me, te velle ut ad te veniam; vas res, quarum gratia sum missus, debeo hic necessario obire: quas cum plene perfecero, ad eum

Digitized by Google

recipi, qui me misit. Quo simul ac assumptus fuero, aliquem ex Discipulis meis mittam ad te, qui morbo quo tantopere torqueris, faciat medicinam, & vitam tibi, tuisque impertiat.

Hactenus Epistola. prosequitur cætera Eusebius.

Istis præterea Epistolis hæc quæ sequuntur, etiam Syriaca lingua expressa, adnectebantur. Postquam Jesus assumptus fuit, Judas, qui & Thomas dicebatur, Thaddæum Apostolum, unum ex Septuaginta ad Augarum misit. Qui eo profectus, ad Tobiam, Tobiæ filium divertit. Ubi vero fama de illo passim manasset, & miraculis ab eo editis esset conspicuus, Augaro nunciatum est, Apostolum illuc a Jesu, sicut per litteras antea scripserat, advent asse. Cœpit ergo Thaddæus per virtutem & potentiam Dei cuique morbo & languori medicari; sic ut omnes in magnam traduceret admirationem. Simul atque Augarus magnas incredibilesque res gestas, & miracula ab eo edita audivisset, & quo pacto per nomen & virtutem Jesu Christi, morbum quemque depelleret, confestim secum cogitare cœpit, illum eumdem esse, de quo Jesus per Epistolam ita significaverat: Postquam receptus fuero ad eum, qui misit me, quemdam ex Discipulis meis mittam ad te, qui te morbo afflictatum recreet, & ad integram valetudinem restituat.

Subdit plura Eusebius, quomodo Augarus, depulso morbo, a Thaddæo curatus fuerit; & quomodo subditi prædicatione Thaddæi ad fidem Christi transierint, quæ apud Eusebium legi possunt.

DE FIDE PRÆDICATARUM EPISTOLARUM.

Edit. Paris. pag. 292.

CAPUT III.

POnam verba Illustrissimi Baronii Tomo 1. Anno CHRISTI 31. n. 60. *Quod pertinet ad dictarum Epistolarum fidem, eo quod non reperiantur ab Evangelistis conscriptæ, idcirco Gelasius Papa recenset illas inter Apocrypha, quasi non hagiographa: non tamen ut eas ab Ecclesia omnino proscribat, sicut nec complures alios libros, quos proxime recensuit. Eas vero absque aliqua dubitatione ab antiquioribus fuisse receptas, evidenter testatur Epistola Darii Comitis ad sanctum Augustinum scripta, in qua eorumdem argumentum recenset, & ex eis ad persuadendum Augustino ut sua scripta ad se mittat exemplum adducit. Sed & ante Augustini tempora ipse sanctus Ephræm Diaconus ejusdem civitatis Edessæ, in eo opusculo quod novissimum omnium scripsit, cujus est titulus, Testamentum Ephræm, de iisdem Epistolis egregiam habuit mentionem. De his agit etiam Theodorus Studita in Epistola ad Paschalem Papam in fine. Extitisse integram Epistolam* JESU *ad Augarum missam, adhuc temporibus Michaelis Paphlagonis Imperatoris, qui Imperium auspicatus est anno Domini millesimo trigesimo quinto, & in honore habitam, Cedrenus tradit in suo historiarum compendio. Hæc vero non sic a nobis sunt recitata, ut apocrypha in hagiographa transferre velimus; sed tum ne quid lectorem prætereat; tum etiam, ne ea quis omnino contemnenda existimet, quæ majores complures venerati esse noscuntur.*

Gelasius in Conc. Rom in decreto de lib. apocryph. scri-

Aug. Epist. 263. edit. Lovan.

Calumniator celeberrimi Baronii Casaubonus Exercit. 13. ad annum 31. *Valde miratur, vel potius mirari se fingit, adeo parvi fieri auctoritatem Gelasii Papæ, & Concilii Romani, ut quod ab his apocryphis accensitum est, id adhuc audeamus, tamquam non omni fide destitutum, lectoribus proponere.* Scilicet admodum solicitus est Casaubonus, ut suus honos salvus stet Gelasio & Concilio Romano; cujus decreto si declaratum fuisset, epistolas istas esse authenticas, quis promptiore & proniore assensu assensisset, quam Casaubonus? Quam diligenter abstinuit a lectione Tertulliani, Arnobii, Clementis Alexandrini, Origenis, & ipsius Eusebii, Cassiani, Fausti Rejensis, quorum vel omnia, vel aliqua opuscula Gelasius in apocryphorum classem retulit? Et cur abstinuit? Nimirum propter reverentiam erga decretum Gelasii & Concilii Romani, Pontificiorum statutorum observantissimus observator. qui dum Pontificiis decretis nos urget, fumos vendit, ut pote cui nihil gratius esset, quam ut Pontificum scita in perpetuum valere juberemus; quod tamen absit, ut a nobis obtineat: Nam temporibus Gelasii videntur fuisse, qui Epistolam JESU ad Augarum Canonicis scripturis æquarent, & pari auctoritate præditam existimarent: horum persuasionem ut corrigeret Gelasius, Epistolam hanc apocryphis adscripsit; ut omnes intelligerent,

eam ſcripturis ſacris longe poſtponendam eſſe ; quin tamen ei ut traditioni & hiſtoriæ humanæ ſua conſtaret auctoritas, decreto ſuo non impedivit. Quod inde etiam liquet, quia ſolam Epiſtolam Chriſti ad Augarum apocryphi nota notavit; alteram Augari ad JESUM intactam reliquit. Cur? niſi quia de Epiſtola Chriſti prædicta exiſtimatio animos hominum occuparat, non autem de Epiſtola Augari ad Chriſtum ; quam ut ab homine ſcriptam, humana ſolummodo fide, ut humanam, dignabantur.

Objicit Caſaubonus Melchiorem Canum lib. XI. de locis Theologicis cap. 6. qui utramque Epiſtolam vocat *fabulam*. At nos opponimus Cano Euſebium, Procopium lib. 2. de rebus Perſicis, Darium Comitem ad ſanctum Auguſtinum, S. Ephræm in ſuo Teſtamento, Theodorum Studitam in Epiſtola ad Paſchalem Papam, Cedrenum in Michaele Paphlagone, Conſtantinum Porphyrogenitum, & alios, quibus aliter, & aliud viſum. Quinam fide digniores? tot, ac tam vetuſti, an ſæculi ſuperioris ſcriptor & cenſor Canus?

Edit. Pariſ. pag. 93.

Illud mendaciis accenſe; Canum dicere, Epiſtolam & fabulam de Augaro vel in primis fuiſſe cauſſam, cur Galeſius hiſtoriam Euſebii apocryphis adſcripſerit. Non ita loquitur Canus; ſed inter cauſſas ob quas hiſtoria Euſebii apocryphiæ nota ſignata ſit, ponit quidem primo loco Epiſtolam Chriſti ad Augarum : ſed non dicit, *imprimis fuiſſe cauſſam damnationis* : cum longe graviores cauſas enumeret, nempe Arianiſmum, Defenſionem Origenis, Iconomachiam, & ſimiles. Nam *imprimis eſſe cauſſam*, cur hoc vel illud fiat, vel factum ſit, nihil aliud eſt, quam eſſe cauſam primariam, ſeu principalem. At Canus ne ſomniavit quidem Epiſtolam Chriſti ad Augarum fuiſſe Gelaſio principalem cauſſam, cur hiſtoriam Euſebii in Apocryphorum claſſem referret.

Ad cæteros teſtes pro fide harum Epiſtolarum a Baronio adductos obmuteſcit Caſaubonus : teſtamento S. Ephremi Diaconi Edeſſeni graves minas intentat Caſaubonus : ait enim, *de teſtamento Ephrem, ubi ſit earum Epiſtolarum mentio, accuratæ alibi diſſeremus, ſi vitam Dominus dederit*. Atqui non dedit, magno tuo & Reipublicæ Chriſtianæ bono. Et quænam hæc tua fuiſſet accuratio, niſi Teſtamentum Ephremi ſpurium ac ſuppoſititium eſſe? vel, illud ſaltem, quod de his Epiſtolis memoratur, pro imperiti cujuſdam ſcioli aſſumento reſecari debere? Quæ Critica accuratio nuſpiam te non adjuvat, ut quæ a veteribus extructa ſunt, deſtruas, & tua commenta lectoribus obtrudas.

Nec ſcio, quis gravior teſtis pro Epiſtola Chriſti ad Augarum adduci poſſit, quam Gregorius II. Pontifex in Epiſtola ad Leonem Iſaurum apud Baronium Tomo 9. Annal. anno Chriſti 726. ubi expreſſe dicit : *Augarum ad Chriſtum ſcripſiſſe, & Chriſtum ſua manu reſcripſiſſe miſſa linteo impreſſa imagine* : Porro de Epiſtola Chriſti ad Augarum iſtæc Procopius. Τοῦτο τῆς ἐπιστολῆς τὸ ἀκριβολόγημα (ἀκριβόγραφον) οἱ μὲν ἐκείνων τῇ χρόνων ἱστορίᾳ ξυγγράψαντες ἐδαμῇ ἔγνωσαν, οὐ γὰρ ἄμφω ἐφάτην αὐτῇ ἐμνήσθησαν. *Hanc Epiſtolam temporis illius hiſtorici non cognoverunt, quippe qui nuptiam ejus mentionem fecerint*. Ἐδεσσηνοὶ δὲ αὐτὸ ξυὼ τῇ ἐπιστολῇ εὑρέσθαι φασίν, ὥστε ἀμέλειν τὸ ἀκριβοῦν ἔτι καὶ ἐπιστολῇ, ἀλλ' ἄλλῃ τῇ φυλακτηρίᾳ, ἐν παῖς τῆς πόλεως περιείλιται πύλαις. *At Edeſſeni Epiſtolæ exemplar reperiſſe feruntur ; adeo ut ipſum ſcriptum in portis civitatis, loco cujuſvis alterius munimenti, poſuerint*.

Dubitat Procopius, num Chriſtus ſcripſerit, Edeſſam ab hoſtibus numquam captum iri. Καὶ μοί ποτε ἔννοια γέγονεν, ὡς εἰ μὴ ταῦτα, ἅπερ ἐρρέθη, ὁ Χριστὸς ἐγράψατο, ἀλλ' ὅτι εἰς τὸν δόξης ἄνθρωποι ἦλθον φυλάξαι, διὰ τοῦτο ἀπάλωτον ἐθέλειν τὴν πόλιν εἰς μηδέποτε αὐτοῖς πλάνης τινὰ σκῆψιν δοθῆναι. Ταῦτα μὲν οὖν, ὅπη τῷ Θεῷ φίλον, ταύτῃ ἐχέτω τε καὶ λεγέσθω. *Venit in mentem aliquando ſuſpicari, non ea quæ dicta ſunt, Chriſtum ſcripſiſſe ; ſed hac opinione, civitatem non captum iri, homines imbutos eſſe, ne ullius erroris aut deceptionis ipſis daretur occaſio. Verum hæc prout Deo placet, ſic ſe habeant, & enuncientur*.

Hæc, & id genus alia, Procopius Græce Auguſtæ Vindelicorum anno 1607. publicatus ; nam in Latinis editionibus non comparent. Et certe in Epiſtola Chriſti ad Augarum, non extat illa promiſſio ; ſed ex traditione & communi fama ad Edeſſenos pervenit, quam Procopius myſtice interpretatur, ut veritas conſtet : qui etiam de Augaro ſcribit, eum Romæ cum Auguſto Imperatore familiariter verſatum, non infimum locum inter Auguſti amicos tenuiſſe.

Litteras Chriſti ad Augarum adhuc imperante Michaele Paphlagone Conſtantinopoli extitiſſe teſtatur Cedrenus in Imperio ejuſdem Michaelis ; nam

Digitized by Google

cum magna ficcitas fuiſſet, & toris ſex menſibus non pluiſſet, *ſupplicatum eſt, a fratribus Imperatoris, geſtantibus Joanne ſacrum mandylium, ſive linteum,* (in quo Chriſti vultus expreſſus erat) *Magno Domeſtico Epiſtolam Chriſti ad Augarum, Protoveſtiario Georgio ſacras Cunarum faſcias*, &c. hæc Cedrenus. Nec mirum tempore Paphlagonis Epiſtolam Chriſti ad Augarum fuiſſe adhuc Conſtantinopoli, cum paulo ante eo translata fuiſſet: ita enim Zonaras in Romano Argyropulo: *Georgius Maniaces Protoſpatharius, urbium ad Euphratem Prætor, Edeſſa potitus, Epiſtolam Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti manuſcriptam, quam ibi invenerat, Imperatori miſit*. Eadem Joannes Curopalata in ſua hiſtoria, & Cedrenus. Edit. Pariſ. pag. 294.

Neque Centuriatores Cent. 1. lib. 1. c. 2. ſub finem, uſque adeo moroſi ſunt, ut fidem his epiſtolis abſciſſe negent; ſub conditione loquuntur. *Si*, inquiunt, *Augari Regis Edeſſe ad Jeſum epiſtola germana eſt, ejuſdemque reſponſio, conſtat & in Meſopotamia Chriſti Eccleſiam locum habuiſſe*. Miror Centuriones iſtos tam ſobrios fuiſſe, ut hypotheſin adhibere dignarentur, qui alioqui, quævis minus ad palatum ſuum facientia ſimpliciter repudiare ſoleant.

Scribit Nicetas Choniates lib. 2. de rebus geſtis Andronici Comneni Imperat. Conſtantinopol. in ſeditione illa, quæ contra Andronicum jam Imperio dejectum excitata fuerat, rapinam furentis populi etiam in ſacella palatina graſſatam eſſe, ornatumque ſacrarum imaginum ſurreptum; *Et ſacroſanctum illud vaſculum furto ſublatum, quo, ut a majoribus accepimus*, (ingerit Nicetas) *manibus ſcriptæ ad Augarum litteræ continebantur*.

DE IMAGINE EDESSENA NON MANUFACTA, ſed a Chriſto Domino linteo impreſſa.

CAPUT IV.

DEderat Augarus legato ſuo Ananiæ in mandatis, ut ſi Chriſtum Edeſſam adducere nequiret, ſaltem imaginem ejus, ſolatii cauſſa adferret. Qua de re Eadem Codren. compend. hiſtor. in Tiberio Imp. jubet audire Conſtantinum Porphyrogenitum, Imperatorem Conſtantinopolitanum, in oratione de hac ipſa imagine Conſtantinopolim translata.

Quoniam Ananias ſuæ in dominum benevolentiæ aperta præbuerat indicia, & viam rectę ſciebat, & pingendi artem callebat, per eum ad Jeſum talem miſit Epiſtolam, mandans ei, ut ſi litteris Chriſto perſuadere non poſſet, ut ad ipſum veniret, ejus quidem certe formæ ſimilitudinem accurate deſcriptam ad eum afferret, ut in umbra ſaltem diſceret, non ſolum per auditum, ſed etiam per viſum, qualis ſit hic magnorum horum opifex miraculorum. Cum autem qui miſſus fuerat, perveniſſet in Judęam, invenit Chriſtum ſub dio diſſerentem cum populo, qui conſluxerat, & prodigioſe facientem inſignia miracula. Cum vero propter multitudinem eorum, qui propter diverſa, quibus opus habebant, venerant, non poſſet Ananias Jeſu appropinquare, in quamdam petram, quæ parum eminebat a terra, non procul a loco, in quo Jeſus verſabatur, aſcendit & aſſedit. Et cum ei fuit manifeſtus Jeſus, quem populus abſcondebat, cęteroſque ſupereminuit, ſtatim in illum quidem oculos, in chartam autem manum defigebat, & ejus qui cernebatur, deſcribebat ſimilitudinem. Hæc autem cognovit Jeſus ſpiritu, & cum Thomam accerſiviſſet; Vade, inquit, in illum locum, & hominem, qui ſedet ſupra petram, & meam formam deſcribit, adduc ad me, afferentem etiam, quam habet ad me Epiſtolam, ut id impleam, quod præcepit is, qui miſit. Vadens ergo Thomas, & agnoſcens Ananiam ex eo, quod audierat, quid eum eſſet inventurus facientem, duxit ad Jeſum. Priuſquam autem ab eo acciperet Epiſtolam, dixit ei Chriſtus cauſſam, cur ad ſe veniſſet, & quid contineret Epiſtola.

Deinde cum eam accepiſſet, & perlegiſſet, alteram Epiſtolam reſcripſit ad Augarum. Cum Ananiæ Chriſtus eam tradidiſſet Epiſtolam, quoniam videbat eum ſolicitum, ut alterum domini ſui exequeretur mandatum, nempe ut ad eum deferret illius formæ ſimilitudinem, cum aqua faciem abluiſſet, deinde humorem, qui ex ea deſcendebat, in dato ei mantili pag. 295. *abſterſiſſet, divine providit, & ſupra rationem, ut ejus figura in eo imprimeretur; & cum eam tradidiſſet Ananiæ, juſſit reddi Augaro, ut & ejus ſolaretur deſiderium, & morbum reprimeret. Poſtquam ergo cum his revertens Ananias pervenit ad civitatem Jerapolitanorum, quæ Saracenorum quidem voce dicitur Membich, Syrorum autem Mabuc: cumque extra eam civitatem divertiſſet adoleſcens, in cumulo tegularum recenter factarum, qui*

Digitized by Google

illic jacebat, ſacrum illum pannum occultavit. Circa mediam vero noctem, viſus eſt ignis plurimus illum locum in orbem circumdare, adeo ut intra civitatem viderentur omnia circum circa ardere, & de ſe jam timentes exirent, ut inquirerent de eo, quod videbatur, incendio. Illic autem inventum comprehenderunt adoleſcentem, ut qui hoc admiſiſſet facinus, & de re eum ſunt ſciſcitati, & quiſnam ipſe eſſet, & quo iret, & unde veniret, ſunt percontati.

Cum vero dubius animi eſſet adoleſcens propter alienam criminationem, tunc declaravit, undenam eſſet, & unde veniret, & quid afferret: & ſignificavit ſe depoſuiſſe in tegulis id, quod afferebat, unde etiam viſa eſt flamma accendi. Statim autem volentes illi ſcire veritatem eorum, quæ dicebantur, cum locum eſſent perſcrutati, invenerunt non ſolum id, quod ab adoleſcente Anania illic erat repoſitum, ſed etiam in una, quæ prope erat, tegula, divinam aliam expreſſam effigiem, admirabiliter & ſupra quam poſſet conſequi intelligentia, eum quæ deſcripta non fuerat forma, in teſta ex contexta tela deſcripta fuiſſet.

Quod cum vidiſſent, pleni ſtupore, & admiratione, propterea quod ardens ignis nuſquam eſſet inventus, ſed ex claritate, quæ erat in forma, flamma viſa eſt emitti, tegulam quidem, quæ in ſe divinam expreſſam habebat effigiem, apud ſe detinuerunt, tamquam aliquem ſacrum & pretioſum theſaurum; ut qui ex eo quod viderant, conjeciſſent divinam, quæ in ea erat, operationem: primum autem exemplar & ejus miniſtrum veriti retinere, miſerunt ad Augarum. Et nunc conſervatur, & in honore habetur apud ejus oppidi habitatores, forma quæ eſt in tegula, non deſcriptæ formæ non deſcripta, & non manufactæ non manufacta. Ananias autem cum confeciſſet iter ſibi propoſitum, aperuit domino ea, quæ interim facta ſunt, ei etiam redditis ſalutaribus, quæ afferebat, ſymbolis. Et hæc imago lateri ſeu tegulæ impreſſa Jerapoli Conſtantinopolim a Nicephoro Phoca Imper. translata eſt, ut ſcribit Zonaras in Annalibus, multoque clarius Glycas.

Et hoc quidem eſt, quod dicitur a pluribus, inquit Porphyrogenitus, *quod neque a probabilitate remotum, nec idoneis teſtibus deſtitutum eſt.* Quid vero alii? *Cum*, inquiunt, *Chriſtus ad ſalutarem Paſſionem iturus eſſet, quando humanam oſtendens imbecillitatem, viſus eſt animo anxius, & orans, quo tempore ejus quoque ſudorem tamquam guttas ſanguinis diſtillaſſe ſignificat Evangelium: tunc dicunt eum, cum accepiſſet a quodam ex Diſcipulis hoc, quod nunc videtur, fruſtum lintei, ſtillantes imbres in eo abſterſiſſe, & ſtatim fuiſſe expreſſam hanc, quæ videtur, divinæ illius formæ effigiem. Quod cum apud Thomam depoſuiſſet, poſtquam aſcendit in cælos, per Thaddæum juſſit mitti ad Augarum, implens id, quod erat ei litteris pollicitus. Poſtquam ergo aſſumptus eſſet in cælos Dominus noſter Jeſus Chriſtus, dans Thomas Thaddæo non manu deſcriptam Domini noſtri faciei effigiem miſit ad Augarum.*

Cum ergo Thaddæus perveniſſet Edeſſam, manſit primum apud quemdam, qui illic erat, Judæum, cui nomen erat Tobias. Et ante ſermones ex factis volens Chriſti diſcipulus ſeipſum notum reddere Augaro, eos, qui erant ægroti illius civitatis, curavit ſola Chriſti invocatione. Quam ob rem cum fama cito pervaſiſſet (quod quidem ſolet evenire in iis, quæ ſunt ejuſmodi: res enim, quæ ſunt admirabiles, & præter opinionem, multos habent qui eas renuncient) pervenit etiam ad Augarum per quemdam ex ejus proceribus, qui vocabatur Abdu, illic ſcilicet eſſe Chriſti Apoſtolum. Cum itaque ſtatim apud ſe cogitaſſet ex ea ſpe, quæ in ipſo habitabat, hunc illum eſſe, quem Jeſus litteris ſuis pollicitus eſt, ſe ad eum miſſurum: & cum de Thaddæo ipſo didiciſſet perfectius, juſſit ut ad ſe adduceretur. Veniens ergo Tobias, ſignificavit hæc Apoſtolo. Ille vero cum dixiſſet ſe in virtute ad eum eſſe miſſum, deinceps venit ad Augarum. Cum autem eſſet ante conſpectum ejus appariturus, in ſua fronte, Edit. Pariſ. pag. 295. *tamquam in columna, appenſa ea Domini Jeſu, quam diximus, ſimilitudine, ſic ingreſſus eſt ad Augarum. Is vero cum ipſum procul vidiſſet venientem, viſus eſt videre lucem majorem, quam ut eam ferre poſſet adſpectus, radioſque emittentem, qui ex ejus vultu exiliebant. Prodibat autem ab effigie, quæ erat ei impoſita. quamobrem inſigni luminis ſplendore obſtupefactus, & veluti eorum, quæ ſibi acciderant, oblitus, & diuturnæ membrorum paralyſis, e lecto exiliit, & reſoluta membra coegit ei currere obviam.*

Hæc alii de ortu hujus imaginis: attamen in eo, quod eſt præcipuum in hac hiſtoria, omnes conſentiunt, inquit Conſtantinus, *& confitentur ex facie Dominica admirabiliter in linteo fuiſſe formam expreſſam: in nonnulla autem rei circumſtantia ſeu in tempore differunt; quod quidem nihil lædit veritatem, ſeu prius factum ſit, ſeu poſterius.* Hæc prudenter Conſtantinus. tametſi prius eveniſſe, ipſe ſibi cum pluribus recte perſuadet, inter quos eſt Damaſcenus, cujus verba ex lib. 4. Fidei Orthodoxæ c. 17. hic dabo. *Cum Augarus Edeſſæ Rex eo nomine pictorem miſiſſet, ut Domini imaginem exprimeret, neque id pictor ob ſplendorem ex ipſius vultu manantem conſequi potuiſſet, Dominum*

Digitized by Google

ipſum divinæ ſuæ ac vivificæ faciei pallium admoviſſe, imaginemque ſuam ei impreſſiſſe, ſicque illud ad Augarum, ut ipſius cupiditati ſatisfaceret, miſiſſe.

Quam imaginem Augarus ad publicam venerationem expoſuit. *Nam a veteribus*, ait Conſtantinus Porphyrogenitus, *Edeſſæ habitatoribus imago cujuſdam Dei inſignis ex diis gentium, poſita erat ante portam publicam civitatis, quam neceſſe erat adorare omnem, qui volebat ingredi civitatem, & quaſdam preces reddere conſtitutas, & ſic intrare urbis vias & vicos. Hanc ergo cum tunc diruiſſet Augarus, & omnino deleviſſet, in eo loco, ubi ea erat poſita, hanc non manu factam Domini noſtri Jeſu Chriſti imaginem, cum in tabula conglutinaſſet, & hoc quod nunc videtur, auro ornaſſet, poſuit hæc verba in auro inſcribens: Chriſte Deus, qui in te ſperat, a ſpe non excidit. Et ſtatuit, ut quicumque per illam portam erat tranſiturus, pro illa veteri inutili columna, eum quem par erat, cultum & honorem qui debetur, & adorationem tribueret longe admirabili, & miraculorum effectrici Chriſti imagini, & ſic ingrederetur civitatem Edeſſæ. Itaque conſervatum eſt hoc hujus veræ pietatis expreſſum monimentum, & Deo dedicatum donarium, donec in hoc vitæ incolatu manſit Augarus, & ejus filius, qui regni ſimul & pietatis paternæ fuit ſucceſſor. Cæterum eorum filius & nepos, fuit quidem ſucceſſor paterni & aviti Imperii: non fuit autem hæres etiam pietatis, ſed in pietatem calcibus, uti ita dicam, inſultavit, & ad dæmones & idola transfugit. Quamobrem dæmones quoque veluti remunerans, voluit, quoniam ejus avus idolicam illam delevit imaginem, eamdem afferre condemnationem Domini imagini. Sed quod captabat, minime eſt aſſecutus vir fraudulentus. Nam cum hoc præſciviſſet loci Epiſcopus, ea, quæ ipſi licuit, uſus eſt providentia. Et quoniam locus, in quo ſitu erat imago, ſervabat figuram hemiſphærii ſpeciem cylindri referentis, accenſa ante imaginem laterna, & impoſita tegula, cum calce & coctis lateribus obſtruxiſſet loci ambitum, redegit murum in planam ſuperficiem. Cum igitur non videretur divina forma, deſtitit ille impius a conatu. Ideo autem, ut arbitror, ſtatutum eſt a ſacerdote, ut ante imaginem poneretur tegula, ne aliqua putrefactio, quæ fit ex ſitu ædificii, & ex humore calcis, ineſſet in linteo imaginis receptaculo, & ex diuturnitate temporis aliquid damni acciperet. Fluxit itaque interim multum temporis, & ex hominum effluxit memoria ſacræ hujus imaginis in columna erectio, ac ejuſdem abſconſio.*

QUI AUCTORES HUJUS IMAGINIS meminerint.

Edit. Pariſ. pag. 297.

CAPUT V.

I. PRocopius, teſte Evagrio. II. Ipſe Evagrius lib. 4. cap. 16. III. Concilium Nicænum ſecundum Actione 5. ubi etiam Leo Lector magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ hæc de ſe affirmat. *Cum deſcendiſſem ad Syriam cum Regiis Apocriſariis, fui Edeſſæ, & ſacram ac non manu factam icona vidi a fidelibus honorari pariter & adorari.* IV. beatus Joannes Damaſcenus Oratione prima de imaginibus. V. Sanctus Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, ut eſt in actis ſancti Stephani Junioris, qui cum ipſo Leone Iſaurico congredi pro honore imaginum non trepidavit: ad quem congreſſum alluſit Glycas dum pag. 4. hæc ſcribit. *Tanto ſtudio quidvis adverſus imagines molitus eſt, ut etiam magnum illum Patriarcham Germanum, qui multis cum eo diſceptaverat, ſolio dejectum expelleret. Inter cætera Germanus in medium proferebat effigiem Domini per Thaddæum Augaro miſſam, & Edeſſæ conſervatam. Præterea memoriæ proditam ab Apoſtolo Luca imaginem, quæ Romam ad Theophilum miſſa fuit. Item æneas duas effigies, quas mulier illa ſanguinis fluxum perpeſſa, quondam ex ſingulari deſiderio fieri curavit, & erexit.*

VI. Gregorius II. Pontifex in Epiſtola ad Leonem Iſauricum. *Cum Jeroſolymis ageret Chriſtus*, inquit Gregorius Pontifex, *Augarus, qui tum temporis dominabatur, & rex erat urbis Edeſſenorum, cum Chriſti miracula inaudiſſet, Epiſtolam ſcripſit ad Chriſtum, qui manu ſua reſponſum, & ſacram glorioſamque faciem ſuam ad eum miſit. Itaque ad illam non manu factam imaginem mitte, ac vide. Congreganter illic Orientis turbæ populorum & orant. Et aliæ multæ ſunt tales manu factæ, quas Chriſti amantes peregrinantium cœtus conſervant, qui ad ſpectacula hujuſmodi conſtituunt, quæ quotidie veneraris ac circumſpicis.*

Digitized by Google

VII. Theophilactus Simocatus lib. 2. & 3. hiſtoriæ Mauricianæ VIII. Ex Theophylacto Photius in Bibliotheca, ubi, more ſuo, quæ videbantur ex hiſtoria Theophylacti excerpſit, quæ excerpta, antequam in lucem Simocatus prodiret, vertit Jacobus Kimedoncius junior, ex Calvini Schola juvenculus, qui de ἀχειροποίητον iſta: *Videtur imago fuiſſe cælitus alicunde, quod hodie de Mariæ Lauretanæ ſimulacro dicunt, delata*. Rem acu tetigiſti, mi Calvinicola; tum quod attinet ad ἀχειροποίητον imaginem; tum, quod ad imaginem Lauretanam. Prioris tuæ ſententiæ teſtem habes totum hunc tractatum; poſterioris hiſtoriam Lauretanam Horatii Turcellini. Quid vis amplius?

IX. Cedrenus in Michaele Paphlagone. Et in Theophilo Iconomacho. X. Michael Glycas in eodem Imperatore. XI. Nicephorus Calliſtus lib. 2. cap. 7. XII. Adrianus Papa in Epiſtola Apologetica ad Carolum Magnum. XIII. Menologium Græcorum die XVI. Auguſti. XIV. eodemque die Menæum Græcanicum. XV. Auctor qui ſcripſit vitam S. Pauli in Latro, a loco ita nominati Anachoretæ. XVI. Auctor, qui ſcripſit vitam Sanctorum Samonis & Guriæ. XVII. Zonaras in Romano Lacapeno. XVIII. Theodorus Jeroſolymitanus Patriarcha cum Coſma Alexandrino, & Theodoro Antiocheno in Synodica Epiſtola ad Paulum I. Pontificem. XIX. Job Patriarcha Alexandrinus. XX. Chriſtophorus Antiochenus, & Baſilius Jeroſolymitanus in Epiſtola ad Theophilum Imper. Iconomachum XXI. Auctor, qui vitam Sancti Alexii Confeſſoris ſcripſit.

Edit. Pariſ. pag. 298. * Pſ. 519. Edit. Reg. Cedr. * P. 177. Edit. Reg. Cedr.

XXII. Joannes Curopalata in ſua hiſtoria bis hujus imaginis meminit; primo, in Theophilo Imperatore his verbis, * *S. Apoſtolus Lucas Sanctæ Dei Genitricis formam expreſſit; ac Deus noſter ſuam in quodam linteo depictam effigiem non manu factam nobis reliquit*. Rurſus idem auctor pag. 60. * *Cum a Romanorum copiis Edeſſa obſideretur, Edeſſeni malis obſidionis graviter oppreſſi Legatos ad Imperatorem miſerunt, petentes ut exercitus ab obſidione recederet, ſeque polliciti ſunt pretium daturos ſanctam Chriſti effigiem: ſoluta igitur obſidione, tradita eſt imago, & ad Regiam urbem perducta, eam excipiente Imperatore cum ſplendido atque decenti ſatellitio per Regii cubiculi præfectum Theophanem*. Eadem ferme Zonaras in Romano Lacapeno XXIII Theophanes Cerameus Homil. in reſtitutionem imaginum. *Ipſe Dominus noſter in ſindone ſpeciem ſive formam ſuam expreſſit ſine manu, & Augaro Toparchæ miſit. Numquam vero hoc feciſſet, niſi imagines coli voluiſſet*.

MIRACULA PER IMAGINEM EDESSENAM non manu factam patrata: & in primis de multiplicatione ejus.

CAPUT VI.

ILlud miraculis merito accenſetur, quod imago hæc aliquando aliam ſibi omnino conſimilem produxit, ac primo in vicina tegula, in civitate Jerapolitanorum Membich, ſeu Mabuc, ut jam ſupra recenſuimus: cum enim cives veritatis explorandæ gratia exiſſent, *Non ſolum invenerunt id, quod ab Anania fuerat repoſitum, ſed etiam in una, quæ prope erat tegula, divinam aliam expreſſam effigiem, admirabiliter, & ſupra quam poſſet conſequi intelligentia, cum quæ deſcripta non fuerat forma, in teſta ex contexta tela deſcripta fuiſſet. Quod cum vidiſſent pleni ſtupore & admiratione, propterea quod ardens ignis nuſquam eſſet inventus, ſed ex claritate, quæ erat in forma, flamma viſa eſt emitti, tegulam quidem, quæ in ſe divinam expreſſam habebat effigiem, apud ſe detinuerunt, tamquam aliquem ſacrum & pretioſum theſaurum; ut qui ex eo quod viderant, conjeciſſent divinam, quæ in ea erat, operationem: primum autem exemplar & ejus miniſtrum veriti retinere, miſerunt ad Augarum. Et tunc conſervatur, & in honore habetur apud ejus oppidi habitatores, forma quæ eſt in tegula, non deſcriptæ formæ non deſcripta, & non manu factæ non manu facta*.

Secundo, iterum geminata eſt hæc imago, figura ejus denuo in tegula expreſſa, quando divina revelatione poſt nonnullas annorum centurias, opportune in lucem emerſit, Choſroe Edeſſenis ad excidium uſque inſtante: nam Epiſcopus locum cælitus edoctus *invenit hanc divinam integram & incorruptam imaginem, & lucernam, quæ tot annis non fuerat extincta; & in tegula ante lucernam impo-*

ſita

Digitized by Google

ſita ad ejus cuſtodiam, aliam efformatam ſimilitudinem ſimilitudinis, quæ in hodiernum diem conſervatur Edeſſæ.

Tertio, maxime memorabilis eſt illa geminatio hujus imaginis, de qua in vita S. Pauli in Latro Eremitæ a loco nomen adepti circa annum Domini 944. ibi enim memoratur, *Photium, qui patriciatus honore clarus, moribus etiam clarior fuit, eoque nomine Conſtantino Imperatori inter præcipuos miniſtros lectiſſimus, hanc ad Sanctum miſerat cum litteris. Qui cum ad eum perveniſſet, datiſque & receptis jam litteris, ad reditum accingeretur; unum ab eo Sanctus petiit, ut non manu factæ Chriſti imagini, quam Mantile Sanctum appellare mos eſt, lineum, æquale velum applicaret, idque ſibi mittere ne grævaretur. Factum eſt quod poſtulabat, miſſumque velum ex animi ſententia: quod cum expandiſſet, Chriſti effigiem in eo ad amuſſim expreſſam, & figuræ figuram exactiſſimam vidit; aliis autem nihil tale apparebat.*

Forte etiam Camulianenſis ἀχειροποίητος imago, de qua poſtea, Edeſſenæ imaginis ectypon fuit; quæ etiam depingi ſolebat, prout liquet ex oratione Conſtantini Porphyrogeniti; Nam cum Epiſcopus Samoſatenſis miſſus eſſet, ut imaginem hanc ex pactis cum Amera ex Edeſſa Conſtantinopolim transferret, ſtudioſe cavit, ne in ea tradenda fraudulenter *deciperetur, & pro non deſcripta ex vera traderetur ea, quæ tunc fuit deſcripta propter Perſicum caſum. Has ambas cum alia, quæ celebratur in Eccleſia Neſtorianorum, quæ ipſa quoque, ut eſt veriſimile, ſumpta fuerat ex prima, quæſitas accepit ad fidem faciendam, quæ rurſum ſunt redditæ, retenta ſola principali & vera.* *Edit. Pariſ. pag. 399.*

Vides hic idem circa hanc imaginem accidiſſe, quod circa ſimilia complura: ut exempla inde peterentur, nomenque prototypi ipſi apographo tribueretur; illæque etiam imagines, quæ manu factæ erant, non manu factæ appellarentur, quia ex non manu facta effigiatæ erant. Tametſi duæ illæ imagines in tegulis, & tertia ſancti Pauli in Latro vere erant ἀχειροποίητοι, utpote nulla arte, manuve humana effictæ. Teſtatur quoque Nicephorus libro ſecundo capite ſeptimo, *Perſarum Regem, manu ingenioque promptum pictorem miſiſſe, & per hunc ferventi fidei deſiderio, ſimul & ipſius Chriſti, & quæ eum divino modo genuit, Matris, quam celerrime imaginem depictam accepiſſe.* Vides ergo hic aliud imaginis non manufactæ apographum.

MIRACULA IMAGINIS EDESSENÆ

non manu factæ in obſidionibus.

CAPUT VII.

AUdiamus in primis Conſtantinum Porphyrogenitum, deinde Evagrium. Ita ergo ille. *Poſtquam Choſroes Rex Perſarum, Aſiæ civitates diripiens venit quoque Edeſſam, & ante eam caſtrametatus omnem movit machinam, & omne comparavit inſtrumentum aptum ad oppugnandam civitatem (fabricatus eſt namque omnia, quæ pertinent ad emittenda tela, conquaſſandos muros, & confringendas portas) in tantum periculum adducti Edeſſeni, ipſi quoque excogitabant, quæ poterant ad ſui defenſionem. Miſerunt autem legatos quoque ad petendum auxilium aducibus Romani exercitus. Ille vero, qui tunc præerat Romanis copiis, & per ſe vexabatur ab hoſtibus, non poterat Edeſſenis mittere auxilium: litteris autem addebat animum, Epiſtolam Domini revocans in memoriam, & veram, quæ eſt in ipſa prolata, ſententiam, per quam dicitur & creditur fore, ut conſervetur non directa civitas. Perſæ autem cum aperta invaſione occultas quoque moliebantur inſidias. Et cum procul cœpiſſent fodere, cogitabant per cuniculos ingredi civitatem. Cum vero perinde ac quidam urinatores ſub terra eſſent intra muros, ex tali cauſſa contigit, ut manifeſtæ fierent inſidiæ iis, qui erant intra urbem. In illa enim urbis parte habitabat faber æris intra muros, cujus vaſa ænea in domo ſublimia ſonitum emiſerunt, Perſis ſub terra pulſantibus & pulverem effodientibus. Cum ergo plane eſſent inopes conſiliis, & eſſent ad extremam redacti deſperationem Edeſſeni cives, ad Deum confugiunt, & cum dolore cordis & lachrymis ipſum exquirunt. Noctu autem apparet Epiſcopo (erat vero is Eulalius) mulier quædam honeſta & moderata, præſtantior quam ut homo eſſet, ei conſulens, ut Chriſti non manu factam acciperet imaginem, & cum ea faceret ſupplicationem: foreque dixit, ut Dominus omnino ſua oſtendat miracula. Epiſcopus autem dicebat ſe omnino ignorare, an ſit apud ipſos, an apud alios ea imago. Tunc dicit ei, quæ*

Digitized by Google

in muliebri apparebat habitu : Supra portam civitatis, in hoc loco, hoc modo abſcenſa fuit hæc imago.

Mane ergo Epiſcopus evidenti viſione fretus, ad locum veniens cum precibus, & perſcrutans invenit hanc divinam integram & incorruptam imaginem, & lucernam, quæ tot annis non fuerat extincta; & in tegula ante lucernam impoſita ad ejus cuſtodiam, aliam expreſſum ſimilitudinem ſimilitudinis, quæ in hodiernum diem conſervatur Edeſſæ. Edit. Pariſ. pag. 300. *Cum ergo ſumpſiſſet in manus hanc divinam Chriſti, qui eſt Deus & homo, effigiem, meliori ſpe concepta, venit ad eum locum, in quo Perſæ fodientes ex æris ſonitu deprehenſi fuerant. Et cum cœpiſſent cives fodere intrinſecus, ubi ſibi invicem appropinquarunt, ex illa lucerna oleum inſtillantes in ignem, qui fuerat eis paratus adverſus inimicos, & immiſiſſent contra Perſas, qui erant in cuniculo, omnes perdiderunt. Et cum hinc liberati eſſent ab inſidiis, eadem uſi ſunt experientia adverſus machinas, quæ erant extra muros, & eas repente combuſſerunt, & multos conſumpſerunt ex iis, qui erant in eis, hoſtibus.*

Jam autem effecti fidentiores, lapides quoque e muris emiſerunt, a quibus ducem quemdam exercitus hoſtium contigit interimi, & alios multos cum eo. Nec id ſolum, ſed etiam ea, quæ extrinſecus a Perſis accenſa fuit, pyra adverſus eos, qui erant intus, quam olearum & multarum aliarum, quas immiſerant, arborum alebat infinita materia, effecit divinæ imaginis auxilium ferentis virtus, ut contra ipſos eſſet, qui accenderant. Poſtquam enim ex alto Eulalius eam e muro ſuis explicaſſet manibus, & obiret civitatem, repente cum pervenit ad hunc locum, ventus vehemens excitatus, adverſus eos, qui hunc rogum accendebant, flammam convertit, quæ eos perſecuta fuit & excuſſit, ſicut olim Chaldæos.

Non ſunt hæc miracula nullis approbata teſtibus, aut oratione compoſita ad aures oblectandas, aut a nobis conficta deceptio: ſed tres ſimul Patriarchæ, Job Alexandrinus, Chriſtophorus Antiochenus, & Baſilius Hieroſolymitanus hæc ſcripſerunt, & hæc ita ſe habere ſignificarunt Theophilo Imperatori, qui ſacras imagines injuria affecerat; quando multis oſtendentes, quam ſint ſacræ & venerandæ imagines, de hoc quoque tractarunt. Licet autem ei, qui velit, ipſam prolixam legere Epiſtolam, & id diſcere.

Nunc Evagrius loquatur lib. 4. cap. 26. *Procopius litteris mandavit ea, quæ ſunt de Edeſſa & Augaro a veteribus commemorata, & quemadmodum Chriſtus ad Augarum ſcripſerit Epiſtolam; deinde quo pacto Choſroes altera facta incurſione, Edeſſam obſidere conſtituerit, ratus ea ſe falſa eſſe convicturum, quæ de ea civitate omnium fidelium ore ac ſermone celebrantur, nempe Edeſſam numquam ab hoſtibus ſubjugatam fore. Quæ res in Epiſtola a Chriſto Deo noſtro ad Augarum ſcripta, non ponitur illa quidem (ut ſtudioſi ex hiſtoria Euſebii cognomento Pamphili, apud quem hæc Epiſtola ad verbum citata eſt, intelligere poſſunt) ſed tamen eum exitum conſecuta eſſe a fidelibus non decantatur ſolum, ſed etiam creditur; ratuſque ejus eventus prædictionem illam veram eſſe confirmat. Nam poſtquam Choſroes urbem invadere aggreſſus eſt, quamquam multos in eam impetus fecit, & aggerem adeo ingentem ſtruxerat, ut mœnia civitatis facile tranſgredi poſſet, aliaſque complures machinas apparavit, re tamen infecta inde deceſſit, ſed quemadmodum res geſta ſit, exponam.*

Choſroes primum militibus ſuis imperat ut magnam ſtruem lignorum, qualiacumque illa eſſent, ad urbem obſidendam in unum congerant. Quibus dicto fere citius in unum congeſtis, inque urbem ductis aggerem in medium injicit, eumque verſus urbis murum recta dirigit, atque extruit pedetentim ligno & alia materiei congerie impoſita: tum ita tollit in ſublime, & ejus altitudine ita mœnia ſuperat, ut tela in eos, qui in muro pro urbis defenſione capita ſua periculo objiciebant, percommode jacere poſſent. Ubi qui obſeſſi erant, vident aggerem inſtar montis urbi appropinquare, & veriſimile eſſe hoſtes in eam pedibus ingreſſuros, primo mane e regione aggeris foſſam ſtruere moliuntur, inque eam ignem injicere, ad eum plane finem, uti ejus flamma ligna aggeris abſumpta, ipſum aggerem ſolo æquarent. Qua quidem machina confecta, rogoque accenſo, neutiquam ſucceſſit, quod intenderat, propterea quod ignis erumpere, aeremque ad ſe admittere non poterat, quo ſtruem lignorum occuparet.

Ad extremum igitur cum deſperatione debilitati fere ſuccumberent, ſanctiſſimam Imaginem divinitus fabricatam, quam non hominum manus effinxerant, ſed Chriſtus Deus Augaro (quandoquidem eum videre cupiebat) miſerat, proferunt; eamque in foſſam, quam ſtruxerant, importatam aqua conſpergunt; ex qua non parum in rogum ac ſtruem lignorum immittunt, atque divina potentia fidei illorum, qui iſtud moliebantur, ſubſidio veniente, pag. 301. *quod ab illis ante fieri neutiquam poterat, jam facile confectum fuit: nam extemplo ligna inferiora concepere flammam, & dicto citius in carbones redacta ad ligna ſuperiora, igne undi-*

Digitized by Google

qui omnia depascente eam transmisere. Ubi vero qui obsidione premebantur, vident fumum in sublime erumpere, istam machinam ad hostes ludificandos excogitant. Parvas educunt lagenas, easque sulphure, stupa, & alia id genus materie ad flammam concipiendam apta farciunt, deinde conjiciunt in aggerem. Quæ fumum, igne ipsæ jaciendi vi & impetu accenso, ex se emittunt: quo quidem fumus erumpens ex aggere adeo penitus obscuratus fuit, ut omnes qui machinæ ignari erant, existimarent fumum illum non aliunde, quam ab ipsis lagenis effusum esse. At vero triduo post flammulæ ignis e terra erumpentes visæ sunt: ac tum quidem Persæ, qui in aggere pugnabant, intellexere in quod discrimen devenissent. Verum Chosroes quasi divinæ virtuti ac potentiæ reductaturus, aqueductus qui extra urbem erant, ad rogum derivat, eumque ita restinguere conatur. At rogus aquam, velut oleum, sulphur aut aliud quippiam eorum quæ facilę incendi solent, excipiens magis magisque exarsit: usque adeo uti totum aggerem vastaret, inque cineres prorsus redigeret. Postremo igitur Chosroes de spe penitus deturbatus, cum revera intelligeret se turpem admodum dedecoris notam propterea subiisse, quod in animum induxerat se Deum, quem nos colimus, omnino superaturum, domum cum ignominia revertit.

Hæc Evagrius, quæ eo pluris æstimari debent, quod eadem etiam in Concilio II. Nicæno Actione quinta, recitata & communi consensu approbata sunt.

INSIGNIS VICTORIA PER IMAGINEM manu non factam parta.

CAPUT VIII.

Romanis ingenti prælio cum Persis instante, Philippicus copiarum Dux, ubi hostes appropinquare pulverea nubes indicio fuit, Dei Hominisque Jesu Christi effigiem circumfert. Jam olim fama emanavit, & usque hodie durat, eam effigiem non texentis manu comparatam, aut pictoris arte, coloribusque variatam, sed divinitus efformatam esse. Quocirca etiam apud Romanos ut ἀχειροποίητος, id est, non hominis manu confecta celebratur, & sacris divinisque honoribus colitur. Habent enim archetypum Romani, & ut sacrosanctum quiddam venerantur. Hanc effigiem sacra veste nudatam gestans, exercitum obibat, indeque audendi generosam, & inexpugnabilem militibus alacritatem injiciebat. Deinde in medium copiarum progressus, ubertim & continenter fluentibus per ora lacrymis, propter stragis acervos mox futuros, eos ad fortiter pugnandum cohortatus est: potueruntque illius verba & impigris ac strenuis impetum intendere; & ignavis ac torpentibus strenuitatem inserere. Protinus tubarum cantus acuit animos & ad prælium conserendum excitat. Porro Dux imaginem illam Domini Marde adferendam curavit, Simeone Amidensem thronum obtinente, qui forte per idem tempus in eodem castello Mardes morabatur. In quo qui erant alii præterea, die illo impenso numini obsecrando, propitiandoque dabant operam, supplicabantque multis cum lachrymis uti Romanus victor abiret. Et abiit victor beneficio non manu factæ imaginis, ingenti omnium lætitia & solatio. Theophylact. l. 2. c. 3.

Narrat idem Simocatus libro 3. cap. 1. quomodo Priscus Philippici successor, circumlata sanctissima hac Imagine, tumultum castrensem sedare statuerit, tametsi irrito conatu, Deo aliud permittente. Verba Simocati annumerabo. *Iliphredæ, Dei atque hominis effigiem quam ἀχειροποίητον (hoc est, non mortali manu confectam) Romani appellant, involucro nudatam, per castra circumferendam committit: quo ad aspectum rei adorandæ excitata reverentia furorem comprimeret, & in modestiam quietemque rerum perturbatio transiret. Verum enimvero cum multitudo nihilo hinc modestior saniorque evaderet, quin potius sacrosanctam imaginem lapidibus appeteret, Dux equum cujusdam e satellitibus Imperatoris nactus, haud immerito sese in fugam tradidit, periculumque capitis præter opinionem depulit.* Lib. 3. c. 1. *Edit. Paris. pag. 302.*

Græcus textus Simocati a Pontano nostro publicati sic habet: Τῷ μὲν οὖν Ἐλιφρέδᾳ τὸ Θεανδρικὸν ἐνδαλμα παραγυμνώσας (ἀχειροποίητον δὲ τοῦτο Ῥωμαῖοι καταονομάζουσι) περιφέρειν προστάξας τὸ στράτευμα. Ubi *Iliphreda* proprium hominis nomen est, cui Priscus imaginem non manu factam circumferendam per exercitum dedit. In Bibliotheca Photii in Excerptis ex lib. 2. Historiæ Simocati hæc lectio repræsentatur. Καὶ Πείσκος Ἐλιφρίφᾳ δὲ τῷ ἀχειροποίητον, εἰ αὐτὰς ἐκλιπαρεῖν τὸ πλῆθος ἐκέχραζον.

Digitized by Google

Priſcus Eliphrephæ dans Imaginem non manufactam, illius opera multitudinem placare ſtudebat.

Excerptorum Photianorum primus editor Kimedoncius Calvini aſſecla ſua in verſione omiſit illud *Eliphrepha*, cum in Græco textu illud exhibeat; ſed quia neſciebat, quid eſſet, prudenter præteriit. Hoeſchelius Græcæ Biblioth. Photianæ editor, exiſtimat *Eliphreda*, ſeu, ut habet codex Vaticanus, *Elipheda*, *eſſe imaginem auream: haud ſcio*, inquit, *num* Θεοεἰδὲς *ſit*; idque ex trium Codicum margine ſe didiciſſe fatetur. Sed male id inde hauſit; quia Eliphreda nomen proprium hominis eſt, non imaginis, ut nos auctor longe certior, ipſe ſcilicet Theophilactus Simocatus, docet; & imago illa, quam Priſcus Eliphredæ tradiderat, non erat aurea, ſed abſque manu humanaque induſtria efficta, & linteo ab ipſo Redemptore noſtro impreſſa.

Miſcel. hiſtor. lib. 17. Primam victoriam Miſcella hiſtoria his verbis percenſet. *Philippicus diluculo valedicens Romanis, tribus phalangibus occurrit ad prælium, ipſeque aſſumpta Dei viri ſi forma, quam ἀχειροποίητον, id eſt, non manu factam Romani prædicant, diſcurrens per acies, armatis divinam impertiebatur virtutem. Et ſtans poſt aciem hæc tenens arma, lacrymis multis Deum placabat, qui cæleſtium ordinum principes auxiliatores aſſumpſit*, &c. *In fugam verſus eſt Perſarum exercitus, & triumpho ingenti potiti ſunt Romani, & multos ex eis peremerunt, & ſpoliaverunt.* Hæc Miſcella. Addamus & hoc, quod in Martyrio Sanctorum Samonæ, Guriæ & Abibi, qui ſub Diocletiano ſanguinem pro Chriſto Edes fuderunt, proditum eſt: Romanos contra Hunnorum incurſus Edeſſam ſtrenue defendiſſe, fretos potiſſimum verbis Chriſti, quæ ſcripſerat ad Augarum, quod civitas numquam eſſet capienda a Barbaris, & quod in eam primam Domini noſtri & Chriſti effigies miſſa ſit ad Augarum.

Forſitan hic ſciſcitabitur quis, quænam fuerit hæc ἀχειροποίητος imago, quam Philippicus per exercitum circumtulit? Reſpondeo fuiſſe Edeſſenam; & inde tutelæ gratia in caſtra Romanorum ſeu Conſtantinopolitanorum adductam. Nam Camulianenſis imago eſſe non potuit; quia hæc jam nono Juſtini Junioris Imperatoris anno Conſtantinopolim translata fuerat, ut infra demonſtrabimus. Niſi quis ſine ulla verisimilitudine affirmare velit, imaginem Camulianenſem a Philippico Conſtantinopoli in caſtra eductam. Sed hoc dici non poteſt; quia Philippicus imaginem illam accepit ab Epiſcopo Amidæ, qui tunc verſabatur in munitiſſimo caſtro nomen *Mardes*, ut antea vidimus; qui metu Perſarum cum ſacro hoc theſauro eo confugerat. Et omnia hæc in finibus Perſarum, imo in ipſa Perſide gerebantur. Cave autem ſuſpiceris, hanc, de qua Simocatus ſcribit, imaginem, non primogeniam τῇ ἀρχέτυπον; ſed ab archetypo miraculo aliquo expreſſam fuiſſe: primigenia fuit, quia ipſiſſima Edeſſena. Nec dicit Simocatus archetypon Romæ aſſervari; ſed hæc ſunt ejus verba: ἀρχέτυπον δὲ ἐκεῖνο Ῥωμαίοις νενόμικε Ῥωμαῖοι, ὅς τι ἄρρητον. *Archetypam enim illam imaginem colunt Romani, quaſi quiddam ineffabile.* Edit. Pariſ. pag. 393. Ubi per Romanos non intelligit eos, qui tales dicebantur a veteri Roma, ſed eos, qui a nova, hoc eſt a Conſtantinopoli. Quid enim in hiſtoricis Curopalata, Cedreno, Zonara, Glyca, Manaſſe, Niceta, Nicephoro Gregora, & Nicephoro Calliſto crebrius occurrit, quam οἱ Ῥωμαῖοι, *Romæi* ſeu *Romani*, pro Byzantinis ſeu Conſtantinopolitanis, vel illis, qui Byzantino ſeu Conſtantinopolitano Imperio ſubjecti erant? Eadem igitur notione Simocatus *Romanorum* vocabulum uſurpat; affirmatque ab illis ſumma veneratione coli hanc imaginem, & quidem primigeniam & archetypam, & quæ apud Romanos tamquam ἀχειροποίητος celebretur ac decantetur. De qua imagine aſſerit hoc Simocatus? De illa nimirum, quam Philippicus per exercitum circumtulit. Quæ alia non fuit, quam Edeſſena: quia Edeſſa tunc adhuc Romanorum ditione tenebatur, quippe anno demum Heraclii primo a Perſis occupata, ut ſcribit Cedrenus. Quocirca promptum erat illis contra Perſas præliantibus hoc ſubſidium accerſere. Quæ imago poſt aliquot centenos annos ſub Romano Lacapeno Imperatore demum Conſtantinopolim venit.

Digitized by Google

REFELLUNTUR INEPTIÆ CASAUBONI

contra Edeſſenam Imaginem non manu factam.

CAPUT IX.

HAnc ſacratiſſimam Edeſſenorum imaginem capitalis imaginum hoſtis Caſaubonus Exercit. 13. anno 31. tam ſcilicet validis machinis oppugnat, quam olim civitatem ipſam Edeſſenorum oppugnavit Choſroes. Sed uti illi imaginem non manu factam violentiſſimæ impreſſioni oppoſuerunt, & eo ipſo irritam reddiderunt; ita & nos eamdem miſſilibus Caſaubonianis objiciamus, & mox debilitata elangueſcent.

Ait ergo I. *Euſebius nullum verbum de hac imagine facit; cum tamen Epiſtolas Augari ad Chriſtum, & hujus ad illum hiſtoriæ ſuæ intexuerit, petitaſque ex Eccleſiæ Edeſſanæ archivo ſeu Tabulario ex lingua Syriaca in Græcam tranſtulerit, vel ſaltem transferendas curaverit.* Hoc argumentulum Caſaubono non modo Achilles, ſed & Hector; in quo omnem victoriæ ſpem collocat.

Reſpondeo I. argumentum ab unius ſilentio, non eſſe verum Achillem, ſed fœneum; nec verum Hectorem, ſed ſtramentitium; præſertim ceteris loquentibus, & veritati teſtimonium perhibentibus; ut hic ſane fit, prout ex capite quarto manifeſtum evadit.

Reſpondeo II. Licet Euſebius imaginis non manufactæ expreſſam mentionem feciſſet, non ſecus ac Procopius; idem tamen oggereret, quod oggerit de Epiſtolis Augari ad Chriſtum, & Chriſti ad Augarum; nempe Euſebium rumore communi deceptum eſſe: hoc enim panchreſto locis judicio ſuo male affectis ubique Calviniſta medicinam facit. Auſim dicere, ſi de imagine hac aliquid in Epiſtolis ſancti Ignatii, aut in operibus ſancti Irænei extaret, iſte e veſtigio ſpurium ac ſuppoſititium eſſe occlamaret.

Reſpondeo III. Non mirum fuiſſe, Euſebium hanc imaginem ſilentio involviſſe; quia Arianus erat, & quidem ex illis, qui dicebant, quod poſtea ab Eutyche pertinacius & perniciosius aſſertum eſt; carnem Chriſti in divinitatem mutatam eſſe; ac perinde nulla imagine deſcribi aut circumſcribi poſſe. Quæ omnia clara, planaque fiunt ex Actione ſexta ſeptimæ Synodi, ubi Epiphanius poſt multa alia, hæc de Euſebio perorat. *Ex his igitur ſcriptis illius* (Euſebii) *apparet, aperte illum Arianicæ eſſe opinionis & ſententiæ. Cum hac autem abominanda hæreſi inſani iſti Ariani, & unam naturam in unione hypoſtaſis eſſe dicunt. Opinantur autem Chriſtum Dominum noſtrum carnem ſine anima aſſumpſiſſe, addentes in ſalutari illius diſpenſatione, divinitatem implexiſſe animæ conſilia, motioneſque. nimirum quo paſſionem (ut ait Gregorius) divinitate circumſcribant, & ob id vere Theopaſchitæ ſunt. Qui autem hujus ſententiæ ſunt, imaginem non habendam cenſent: quemadmodum impius Severus, Petrus Fullo, Philoxenus Hierapoleos Epiſcopus, & omnis denique illa multi capitis, & ſine capite hydra contendit. Hujus igitur ſocietatis exiſtens & Euſebius (quemadmodum ex illius Epiſtolis, & hiſtoricis commentariis demonſtratum eſt) imaginem Chriſti Theopaſchitarum more rejicit; qua de cauſſa & Conſtantiæ Licinii uxori ſcribit, apud ſe imaginem non reperiri: nam & in eadem Epiſtola dicit, quod illius incarnata forma in Deitatis naturam mutata ſit.* Ita ibi Epiphanius.

Edit. Pariſ. pag. 304.

Epiſt. 1. ad Cledon. poſt princ.

Et miretur adhuc quiſpiam, cur Euſebius imaginem Chriſti Edeſſenam doloſo ſilentio ſuppreſſerit, ſolaſque Epiſtolas ſine ulla imaginis mentione, ubi ſuam in hiſtoriam transferendas putaverit? Eſt hæc una ex millenis fraudibus & impoſturis, quibus Euſebius circa Arium & opinionem Arianam uſus eſt: hoſtis omnium Chriſti imaginum: a quo cum Conſtantia Licinii Imperatoris uxor imaginem Chriſti petiiſſet, negavit ſe mittere poſſe; *aut enim illam petere imaginem Chriſti ſecundum divinitatem; & hanc nulla figura exprimi poſſe;* aut ſecundum carnem, ſervique formam, quam noſtri gratia induit; ſed neque hanc effigiari poſſe, ut pote gloriæ Deitatis commixtam. Vide Concil. Nicæn. loco citato. Quapropter Iconomachi ſuo in conciliabulo, quod in Synodo VII. refellitur, Euſebium tamquam patronum Iconomachicæ ſuæ impietatis adduxerunt, Catholicis minime refragantibus.

Habes, Caſaubone, perſpicuam cauſſam, cur Euſebius ſua in hiſtoria ſa-

Digitized by Google

cratiſſimam hanc Chriſti Redemptoris noſtri imaginem tacitus prætervolarit. Nicephorus certe, haud dubie ex antiquioribus monumentis, cum & de Epiſtolis, & de imagine Chriſti, aliiſque multis diſſeruiſſet, ſubjungit lib. 2. cap. 7. *Hæc quidem ex tabulariis & archivis civitatis Edeſſæ, quæ tum Regia adminiſtrabatur poteſtate, ſunt deſumpta. Fuerant enim in publica librorum monumenta relata. Et libri de Augarirebus conſcripti hæc quoque complectebantur ex Syrorum lingua translata.* Ita Nicephorus.

Dices, Euſebium libro ſeptimo Hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 14. copioſe deſcribere hiſtoriam mulieris hæmorrhouſæ, quæ & ſuam; & Chriſti ſtatuam in memoriam beneficii accepti erexerit: additque Euſebius, ſe etiam alibi imagines Apoſtolorum Petri & Pauli, ipſiuſque Chriſti, coloribus adumbratas vidiſſe.

Reſpondeo; hæc ita eſſe. interim non evertunt ea, quæ ex Euſebii Epiſtola ad Conſtantiam Auguſtam recitantur in II. Synodo Nicæna; quæ cujuſmodi ſint paulo ante audivimus. Statuam Paneade erectam ſi omiſiſſet, quis eum ὀλιγωρίας, & vecordiæ in re notiſſima non accuſaſſet? Et tamen ſatis frigide & obiter narrationem totam exequitur; additque: *Dicunt eſſe imaginem Chriſti; & uſum hunc erigendi ſtatuas, & imagines efformandi profluxiſſe ex Gentilitatis ritu.* Quæ meoſes ſatis arguunt, quo animo Euſebius *in imagines fuerit*.

Quamquam potiſſimum Chriſti imaginem poſt Reſurrectionem & glorificationem inſectabatur, quod caro ejus jam in Divinitatem mutata eſſet: quo delirio, veterum Eutychianorum, & recentium Ubiquiſtarum parens eſſe voluit.

II. Objectio Caſauboni: *Evagrius eſt primus, qui hujus imaginis mentionem facit: ſed Evagrius eſt fabulator. ergo*, &c. Fabulator eſt, quia plurima ſcribit de monachis, Sanctorum imaginibus, reliquiis, Eccleſiis, peregrinationibus ad loca ſacra, & id genus aliis, quorum ſcriptor, quid aliud Calvinianis *fabulonibus*, quam fabulator eſſet? quippe cum hæc talia & palato & ſtomacho Calviniſtarum directe adverſentur. Deinde, nego Evagrium *primum eſſe*, *quod conſtet*, qui hujus imaginis mentionem fecerit. Prior enim eſt Procopius, ex quo ſua Evagrius deſumpſit. At non extant hodie in libro ſecundo Procopii de bello Perſico. Ita eſt. ſed extabant, quando ex Procopio ea deſcripſit Evagrius. Et qui Latinas editiones cum Græca Hoeſcheliana comparare volet, is intelliget, quam multa Latinus interpres omiſerit, vel ſuo in Codice non repererit: tametſi nec in Græco quidem Hoeſchelii textu omnia ſunt integra, prout ipſemet aſteriſcis lacunam inſignivit. Utcumque ſit, nimium impudens fuerit, qui neget ab Evagrio deſcripta eſſe ex Procopio, quæ ipſe palam ſe inde deſcripſiſſe affirmat.

Edit. Paris. pag. 305.

III. Objectio. *Procopius lib. 4. rerum Gothicarum in digreſſione de obſidione urbis Edeſſæ; nullam imaginis hujus mentionem facit. ergo fictitia eſt.*

Reſpondeo. Num omnia ubique memoranda? Alibi hujus imaginis mentionem fecit, teſte Evagrio. Quid tergiverſaris, calumniator? Quid ſi libro 4. Gothicarum rerum imaginem hanc non tantum memoraſſet, ſed & accurate depinxiſſet? Num tu ſuſpicionum fabuloſarum pleniſſimus nonnihil de tuo fabulandi ſtudio remitteres? Nihil minus. Imo ſi Latinorum vetuſtiſſimus Tertullianus, & Græcorum antiquiſſimus Juſtinus imaginem hanc a Chriſto depictam traderent, tu nihilominus fabulandi viam ſtrenue inſiſteres.

IV. Objectio. *Ante annum* DL. *nihil auditum eſt in orbe Chriſtiano de illa imagine, quod quidem hodie ſciatur. Sequentia vero ſecula valde fuere prona ad ſuſcipiendas falſas miraculorum narrationes. ſequitur ergo vetus concluſio, nimirum imaginem Edeſſenam eſſe commentitiam.*

Futilis objectio: quaſi vero plurium auctorum monumenta non perierint, & in primis commentarii de rebus geſtis Augari, in quibus hujus imaginis hiſtoria plene continebatur, ut auctor eſt Nicephorus. Et quis ille tam facundus & in dicendo tam copioſus fuit, qui anno demum DL. imaginem hanc quaſi rem veterem, & tamen nec traditione, nec litterarum monumentis ſuffultam in orbem introducere potuit, nemine refragante, ſaltem uſque ad Iconoclaſtarum tempora? Nam quod poſteriora ſecula, quaſi falſarum narrationum cupida, criminatur, id Calvinianæ credulitati condonandum eſt; quæ tanta eſt, ut nec credenda, nec vel in ſpeciem credibilia credat; credenda autem & credibilia non credat.

Digitized by Google

V. Objectio. *Gregorius II. Pontifex in Epistola ad Leonem Isauricum circa annum Domini* DCCXXVI. *scripta, meminit quidem ejus figuræ; sed meminit tantum, nullam rationem adjiciens, cur fidei plus præterea debeamus illi tribuere.*

Respondeo; Satis est Gregorium hujus imaginis meminisse, eamque velut invictum clypeum perfido Iconomacho opposuisse: hinc enim liquet, tantum Pontificem imaginem hanc non habuisse pro figmento. An non sat rationis adduxit, cur nobis hæc imago in pretio esse debeat, quando dixit, *turbas populorum Orientis precandi caussa ad illam imaginem non manu factam concurrere*, paremque concursum fieri ad multas manu factas imagines? Quem probi pectoris hominem non moveat Orientalium ad hanc imaginem tam frequens & densus concursus? Num tu eos ad *Chimeram* aut *Tragelaphum* advolasse pro tua Calviniana credulitate credis?

VI. Objectio. *Meminit ejusdem imaginis Damascenus libro 4. cap. 17. sed ut rei incertæ, & cujus fides vacillet: nam ita sermonem illum orditur.* φέρετο δέ τις ἱστορία τοιαύτη. *ferebatur & historia ejusmodi. Quis ita loquitur de re certo comperta? Iterum ergo concludendum est; imaginem hanc esse commentitiam.* In quas formas non vertit iste Proteus, ut veritatem obnubilet? An se dubitare indicaret, qui ita loqueretur? Circumferebatur & historia ejusmodi, quod Casaubonus nidore culinæ Anglicanæ attractus ex Gallia in Angliam migraverit. Circumferebatur & historia, Calvinum liliis candentibus humeros inustum esse, ob flagitium non liliis notandum, si jure agatur, sed rogo luculento expiandum. Ut igitur hæc oratio nullius dubitationis aut incertitudinis index est; ita neque illa Damasceni. imo vocula *ferebatur*, vel *circumferebatur*, potius certitudinem significat, quam incertitudinem: indicat enim id communi hominum fama & attestatione comprobatum esse. Cur dissimulat Calvinista locum Damasceni ex oratione prima de Imaginibus, qui istum, si quid in eo obscuritatis inesset, planum clarumque efficeret? Est autem iste. *Sermone superioribus temporibus per manus tradito, qui ad nos usque pervenit, constat, Augarum illum Edessæ Regem, auditis iis, quæ de Domino ferebantur, divino amore inflammatum, legatos ad eum misisse, qui rogarent, ut se illi præsentem conspiciendum exhiberet, jussisseque, ut si id impetrare non possent, effigiem ejus pictura expressam reportarent. Quod cum sciret is, qui omnia novit, & omnia potest, linteolum sumpsisse, in eoque ad os suum admoto propriam imaginem expressisse. Quod quidem linteolum ad hoc usque tempus asservatur.* Edit. Paris. pag. 306.

Immensa autem calumnia est, *Damascenum sæpe fabulis & apertis mendaciis fidem habuisse, vel Baronio & Bellarmino testibus. Joannis Malalæ Episcopi Antiochiæ Chronicon citatum a Damasceno oratione tertia de Imaginibus vocat Baronius plenum mendaciis. ergo Damascenus judicio Baronii sæpe apertis fabulis & mendaciis assentitur.*

Respondeo; hoc nihil aliud esse, nisi manifestam criminationem, tam in Damascenum, quam in Baronium: Nam Damascenus non assentitur Malalæ in iis, quæ vel chronologice vel historice errat; sed in iis, quæ de imagine Hæmorrhoussæ tradit; hic enim non errat; cum alii historici, nominatim Eusebius lib. 7. histor. Eccles. cap. 14. idem litteris mandarint. Nihil autem aliud propositum erat Damasceno, quam demonstrare, usum & cultum imaginum in Ecclesia ab ipsius Christi temporibus originem ducere: quem ad finem recte Malalam testem advocavit: quicquid sit postea de Chronologicis & historicis circa Herodem erroribus. Neque Bellarminus in libello *de scriptoribus Ecclesiasticis*, id dicit, quod veteratorie ei Calvinista imponit, ut ex his Bellarmini verbis de Damasceno intelliges: *Sed fieri potest, ut S. Joannes Damascenus, quamvis alioqui doctus & prudens, istis narrationibus* (de Falconilla & Trajano ex inferno liberatis) *facile fidem habuerit* (in oratione de his, qui in fide migraverunt) *neque de veritate earum investiganda sollicitus multum fuerit.* Estne hoc dicere, Damascenum, Bellarmino judice, fabulis & apertis mendaciis sæpe fidem habuisse? Quid est pervertere aliena verba, & mentem, si hoc non est?

Acta secundæ Synodi Nicænæ Casaubonus vix ad aures admittere dignatur, *& Concilii Francofordiensis Episcopos inter cetera, hanc quoque historiolam, velut ex recenti traditione acceptam reprehendisse dicit.* Ubi Casaubonus pro comperto sumit, quatuor illos libros de Imaginibus, qui falsa inscriptione Carolo Magno attribuuntur, continere Acta Concilii Francofordiensis, quod non est ita; ut evidenter probatum est in tertia Apologia contra Misenum: quia libri isti aliquot

Digitized by Google

annis ante Synodum Francofordianam conſcripti ſunt; & nuper cum operibus Alcuini Flacci prodierunt Acta Concilii Francofordienſis, ut quidem titulus pollicetur; ſed longe diverſa ab his, quæ in opere Pſeudocarolino continentur. Dico, Pſeudocarolino: nam opus hoc non eſſe Caroli Magni, planum teſtatumque feci in Horto S. Crucis, in Apologia pro Illuſtriſſ. Baronio contra Goldaſtum, & in libro contra ejuſdem *Replicam*.

Edit. Pariſ. pag. 307. Inania porro ſunt quæ auctor Pſeudocarolini operis lib. 4. cap. 10. contra Epiſtolas & imaginem Edeſſenam objectat.

I. *Nihil de his in Evangelio. ergo.*

Reſpondeo. Nihil in Evangelio legitur de ſtatua Chriſti, quam Hæmorrhouſa publice erexit; & tamen hiſtoriam illam vere eſſe hiſtoriam, non fabulam, teſtatiſſimis veterum auctorum monumentis exploratiſſimum habetur. Deinde: *Multa alia ſigna fecit* JESUS *in conſpectu Diſcipulorum ſuorum quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.*

Occinit auctor Pſeudocarolinus: *hoc intelligendum de miraculis, non de Epiſtolis; de ſignis, non de conſtitutionibus.* Reſpondeo, etiam grande miraculum fuiſſe, quod Chriſtus faciem ſuam linteo perfectius impreſſit, quam ab ullo penicillo, ullove ſtudio humano umquam delineari potuiſſet. Itaque ut maxime locus ille Joannis cap. ult. tantum intelligeretur de ſignis ac miraculis, Edeſſena tamen imago inde nequaquam jure excluderetur.

II. *Gelaſius Epiſtolas iſtas apocryphis annumeravit.* Verum quæ ſit Gelaſii mens, ſupra copioſe explicatum eſt. Deinde Gelaſius numquam imaginem ipſam apocryphis deputavit; quicquid tandem ſit de Epiſtolis. Et Concilium II. Nicænum non Epiſtolis, ſed imagine Edeſſena nititur. imo Epiſtolarum nullam mentionem facit, ſed ſolius imaginis; ut proinde auctorem Pſeudocarolini operis admodum oſcitanter Synodum legiſſe oporteat, cum ſemper urgeat & inculcet Epiſtolas Augari ad Chriſtum, & hujus ad illum; cum, ut dixi, Synodus nihil de Epiſtolis, ſed de ſola imagine agat, indeque venerationem imaginum adſtruat.

III. *Augarus non petiiſſet a Chriſto imaginem, ut eam adoraret; nec Chriſtus eo fine miſiſſet, ut eam adoratione coleret, ergo*, &c. Merito quæras, quandonam auctor iſte tam ſubtiliter in mentem Augari penetraverit, ut etiam intimos ejus ſenſus perſpectos habeat? Atqui non modo veriſimile, ſed plane verum eſt, Augarum ideo petiiſſe imaginem Chriſti, ut quem præſens venerari nequibat, ſaltem in imagine veneraretur, & debito cultu afficeret. Et licet Regum quiſpiam imaginem ſuam alicui tranſmittat, non eo potiſſimum fine, ut eam colat; an ideo is, qui accipit, debito honore eam non proſequetur? Non venit Chriſtus primario ut adoraretur in iſto mundo, ſed ut redimeret mundum; an ideo adorandus non fuit? Num ideo aliquid piaculi conſciſcebant, qui procidentes in genua ſua eum adorabant?

Cęterum ut alia pleraque capita libri Pſeudocarolini Hadrianus Papa in Apologetico ad Carolum Magnum refutavit, ita neque hoc irrepercuſſum reliquit: nam cap. 18. ad iſtam reprehenſionem Pſeudocarolini auctoris; *quod nulla Evangelii lectio tradat*, JESUM *ad Augarum imaginem miſiſſe*; hoc reſponſum dat Hadrianus: *Prædeceſſor Noſter Sanctæ recordationis Dominus Stephanus quondam ſanctiſſimus Papa, in ſupra dicto Concilio præſidens, inter plurima veridica teſtimonia per ſemetipſum aſſerens, docuit ita. Sed nec illud prætereundum, quod relatione fidelium de partibus Orientis advenientium ſæpe cognovimus: in quibus licet Evangelium ſileat, tamen nequaquam in omnibus incredibile fidei meritum, & hoc affirmante de ipſo Evangeliſta: Multa quidem & alia ſigna fecit* JESUS, *quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Denique fertur ipſi ab aſſerentibus, quod Redemptor humani generis appropinquante die Paſſionis, cuidam Regi Edeſſenæ civitatis, deſideranti corporaliter illum cernere, & ut perſecutiones Judæorum fugeret ad illum convocare, ut auditas miraculorum opiniones, & ſanitatum curationes illi & populo ſuo impartiret, reſpondiſſet: Quod ſi faciem meam corporaliter cernere cupis, en tibi vultus mei ſpeciem transformatam in linteo dirigo, per quam & deſiderii tui fervorem refrigeres, & quod de me audiſti, impoſſibile nequaquam fieri exiſtimes. Poſtquam tamen complevero ea, quæ de me ſcripta ſunt, dirigam tibi unum de Diſcipulis meis, qui & populo tuo ſanitates impertiat, & ad ſublimitatem fidei vos perducat*, &c.

pag. 308.

Item ex Synodica trium Patriarcharum, videlicet Coſmæ Alexandriæ, Theodori Antiochiæ,

tiorbus, & Theodori Jerosolymæ, quæ in prædicto Concilio relecta, ab omnibus fuerunt honorata, & venter abiliter susceptæ est; ubi post multa SS. Patrum testimonia Theodorus Patriarcha Jerosolymorum inquit: Restat mihi tempus enarrandi de Augaro Edessæno, & alia aut similia SS. Patrum, quæ & vos melius cognoscitis. Persevera, sanctissime Pater, persevera in eadem bona fide, corroboratus super petram fidei, sicut Deiloqua vox usus est Apostolum Petrum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Vere non prævalebunt ei in sæculum sæculi. Cognitum facimus tibi sanctissimo Domino, ego humilis Theodorus Patriarcha Jerosolymorum, & hi qui nobiscum sunt, Cosmas Patriarcha Alexandriæ, & Theodorus Patriarcha Antiochiæ: idipsum intelligimus & credimus, sicut & vestræ Sanctitati patet, &c.

Hæc Hadrianus. ex quibus perspicue elucescit, quam vera sint hæc Casauboniana: *Hadrianus contra Pseudocarolum aliud nihil potuit afferre, præter nudam relationem aliquot Episcoporum Orientis, qui in dicta Synodo Nicæna mentionem traditionis illius fecerant*. Ubi graviter hallucinatur Calvinista, existimans tres illos Patriarchas Cosmam Alexandrinum, Theodorum Antiochenum, & Theodorum Jerosolymitanum, quorum Synodicam Epistolam Hadrianus citat, fuisse ex Patribus Concilii Nicæni II. quod secus est, quia Patriarchæ Orientis Jerosolym. Antiochenus & Alex. per se non interfuerunt Concil. Niceno, sed per Legatos suos Joannem & Thomam Presbyteros Monachos, ut liquet ex Catalogo Patrum initio & ad calcem Concilii. Nec adfert Hadrianus illam Synodicam Theodori Patriarchæ Jerosolymitani, cui etiam Alexandrinus & Antiochenus subscripserant, quæ VII. Synodo Act. 3. inserta est; sed illam, quam idem Theodorus & duo alii Patriarchæ jam pridem dederant ad Paulum Papam, quæque in Concilio Romano anno 769. præsidente Stephano hujus nominis IV. palam lecta, omniumque suffragiis tamquam orthodoxa comprobata fuit. Quod ex ipsis Adriani verbis Casaubonus facile discere poterat, si mentem ad discendum quam ad calumniandum promptiorem attulisset; qui dicit, *quæstionem esse I. Utrum Christus linteo imaginem illam impresserit*. Ipse negat: nos cum tota antiquitatis traditione, plurimis, spectatissimisque scriptoribus, editisque miraculis affirmamus. II. *Si Christus faciem suam linteo illi impressit; an voluerit eam illi venerationem & adorationem exhiberi, quæ hodie defenditur & sancitur, tamquam necessarius fidei articulus*. Respondeo. Necessarius fidei articulus est, credere imagines Christi & Sanctorum esse reverenter colendas & venerandas. Anathema non credenti & dissentienti. Nec dubium, Christum voluisse, ut & suæ, & Sanctorum imagines religiose habeantur, & debito honore afficiantur; licet cum imaginem ad Augarum misit, non ediderit diserte hoc mandatum: *Reverenter habe & cole meam Imaginem*. Quid opus hoc mandato? Res ipsa per se intelligitur. Si Rex Britannicus Casaubono imaginem suam auream, vel argenteam, gemmeamque dedisset, an non exosculatus fuisset, quamvis Rex id nec voluisset, nec præcepisset? Nec timuisset fore, ut ab aliquo dicacioris linguæ imaginosus vocitaretur. Æquo animo tulisset hoc, quicquid est, convitii. Exigit criminator *præceptum Christi, quo cultus imaginum mandetur*. Habemus præceptum hoc ex perpetua Ecclesiæ traditione in praxi, cujus testes sunt B. Damascenus, tribus illius pulcherrimis orationibus pro Imaginum cultu adversus Iconoclastas, & Synodus Nicæna altera. Nauseas, ut video, ad hanc Synodum: sume vomitorium, ut tandem stomachum vitiosissima & tenacissima pituita plenum expurges, & ab hac nausea libereris. Hactenus de nugis Casauboni contra imaginem Edessenam ἀχειροποίητον.

DE TRANSLATIONE IMAGINIS EDESSENÆ non manu factæ Constantinopolim, ex Porphyrogenito.

Edit. Paris. pag. 309.

CAPUT X.

Postquam ad hanc urbium Reginam undique confluxerant, quæ sunt optima & pulcherrima, eratque Dei voluntas, hanc quoque sacram Imaginem hic recondi cum aliis thesauris: Romanus qui erat Romanorum dominus Imperii, studium adhibet, ut per ipsum civitatum Regina hanc consequatur. Diversis vero temporibus mittens Edessam, petebat ut ea cum Epistola, quam Dominus sua manu scripserat, adeum mitteretur: & pro-

Digitized by Google

mittebat, se contra eis daturum in permutatione Saracenos numero ducentos, & argenti signati duodecim millia. Edesseni autem dicebant, sibi non conducere, suæ civitatis custodem & conservatricem argento & hominibus mortalibus permutare. Cum autem ille sæpe petendo instaret, illi vero sæpe preces rejicerent, tandem sexies millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo anno ab origine mundi, misit Ameras Edessenus, rogans ut scripta cautione per aureum signaculum, quod haberet firmitatem, fidejuberet Imperator, non esse Romanorum exercitus hostiliter invasuros quatuor civitates; : dico autem Rhoam, quam vox barbara vocat Edessam, Charram, Saratze & Samosata: neque ex eorum agris prædas esse actturos, aut eos qui in illis habitant, redacturos in captivitatem: tradendos autem esse sibi ducentos Saracenos ex contribulibus cum ea, quæ prius fuit promissa, quantitate pecuniæ. Quod si faceret, sciret, se ad eum missurum illam, quæ quærebatur, Imaginem, & Christi Epistolam.

Imperator vero, ejus boni desiderio concedens omnia, quæ fuerant proposita, cum dedisset ea, quæ petebantur, misit Abramium Deo charum Samosati Episcopum, qui illo tempore hic agebat, ad divinam illam suscipiendam Imaginem, & Christi Dei nostri Epistolam. Advertens autem & qui misit, & qui erat minister, ne in ea tradenda callide deciperetur, & pro non descripta & vera, traderetur ea, quæ tunc fuit descripta propter Persicum casum, has ambas cum alia, quæ celebratur in Ecclesia Nestorianorum, quæ ipsa quoque, ut est verisimile, sumpta fuerat ex prima, quæsitas accepit ad fidem faciendam. Quæ rursus sunt redditæ, retenta sola principali & vera. sed hoc quidem postea.

Tunc autem excitabatur magnus tumultus a fidelibus, qui erant Edessæ, ut qui non sinerent a se auferri, quæ erant pretiosissima, & propugnacula ejus, quæ ipsos tulerat, civitatis; donec præfectus Saracenorum aliis quidem persuasis, aliis vero coactis, aliis vero etiam minis mortis territis, effecit, ut ea traderentur. Cum autem tonitrua & fulgura cum pluvia vehementissima, divina providentia subito erupissent, dum Edessa esset exitura Imago, & Christi Epistola, rursus movebantur ii, qui ea prius retinebant, & affirmabant Deum ex iis, quæ fiebant, significare, divina voluntate non fieri rerum sanctissimarum ex loco translationem. Sed cum Præfectus Saracenorum, penes quem erat universa potestas, statueret standum esse conventis, & implendum esse promissum, egreditur e civitate effigies pretiosissima, & Epistola a Deo scripta, & huc afferebatur. Et viam quidem conficientes ii, qui ea ferebant, pervenerant ad Euphratem: & rursus tumultus excitatur, nullo priorum minor, Edessenis dicentibus, quod nisi divinitus ostensum fuerit signum aliquod, nullo modo dimittent id, quo continetur eorum securitas.

Datur ergo eis signum, cum essent infideles, & tentarent. Navis enim, cum qua erat eis propositum transmittere Euphratem cum adhuc esset in portu in partibus Mesopotamiæ, ubi eam solum ingressi sunt Episcopi, divinam Imaginem afferentes & Epistolam, cum seditiosi adhuc retinerentur, repente sine remigibus, sine eo, qui gubernaret aut traheret, appulit in terram, quæ erat ex adverso, gubernata sola divina voluntate. Quod quidem omnes qui convenerant, stupore implevit, & admiratione, & persuasit, ut non inviti concederent emissionem. Hinc perveniunt Samosata ministri eorum, quæ ferebantur. Erant autem
Edit. Paris. pag. 310. *Samosatorum & Edessæ Pontifex, & ejus primus presbyter & alii quidam religiosi Christiani, cum quibus una erat etiam minister Ameræ, qui Rhoam revertebatur. Hic cum aliquot dies essent morati, multis illic factis miraculis rursus iter sunt ingressi. Et rursus in via innumerabilia fiebant miracula a sacra Imagine & Christi Epistola. Cæci enim ex improviso aspiciebant; & claudi reddebantur sani & membris integri: saltabant, qui longo tempore in lecto decubuerant; & sani fiebant, quibus erant manus aridæ: & (ut semel dicam) fugabatur omnis morbus & infirmitas, & qui sani erant Deum glorificabant, & laudabant ejus admirabilia.*

Cum autem multum jam viæ confecissent, veniunt etiam ad sanctissimæ Deiparæ monasterium, quod vocatur Eusebii monasterium, quod quidem est in loco, qui dicitur Optimatum. In templo vero hujus monasterii, quo par fuit honore reponitur capsa, quæ miraculorum effectricem tegebat Imaginem; & multi qui accesserunt pura & sincera affectione, curati sunt a suis morbis. Quo etiam venit quidam vexatus a dæmone, quo tamquam instrumento utens malus spiritus, & multa per ipsum eloquens, quæ pertinebant ad laudem Imaginis & Epistolæ, (nam olim quoque, Novimus quis sis sanctus Israel, dicebant, qui erant earumdem cum illo partium) tandem hæc quoque est quasi vaticinatus: Accipe, dicens, o Constantinopolis, gloriam & lætitiam, & tu Constantine Porphyrogenite tuum Imperium, His dictis fuit homo curatus, & statim liberatus a vexatione dæmonis. Horum autem verborum fuere multi testes. Nam cum Imperator misisset obviam ei, quod desiderabat, magistratus, & primos totius Senatus; & multi ex satellitibus simul cum eis exivissent, accidit, ut magistri & patricii cum inferioribus ordinibus ea audirent, & de ipsis ferrent testimonium.

Digitized by Google

Et quoniam quæ dicta fuerant, citò evenerunt; jure eſt dubitandum, undenam præſcientia acceſſerit ad dæmonem. Non enim creduntur eam ex ſe habere, cum a divina gloria exciderint, & pro luce dicti fuerint tenebræ. Sed clarum eſt, quod quomodo divina virtus uſa eſt Balaamo, miniſtro ejus, quæ tunc fuit, prædictionis, & alias aliis ſæpe ea re indignis, ſapienti quodam & ſolerti conſilio; ita nunc quoque virtus, quæ erat in divina effigie, uſa eſt dæmone. Et ideo per eum præſignificavit quæ mox erant eventura. Sed cum hoc quidem ſic eveniſſet, ejus meminiſſe interim non fuit fortaſſe alienum. Pergemus autem ad ea, quæ ſequuntur, narranda.

Decimo quinto menſis Auguſti, Imperatoribus de more feſtum celebrantibus ſemper Virginis & Dei matris Mariæ, in venerabili templo, quod eſt in Balchernis, circa crepuſculum illuc pervenerunt miniſtri harum rerum pretioſarum. Et repoſita eſt in ſuperiore oratorio divini hujus templi arca, quæ intus habebat Imaginem & Epiſtolam. Quo venientes Imperatores, eam extra reverenter adoraverunt. Deinde cum honorifice magno comitatu & multis lampadibus ad Regiam eam portaſſent triremem; cum ea venerunt in Regiam, & in templo quod illic eſt, & nominatur Pharos, propterea fortaſſe, quod ſicut veſtis ſplendida; id ſit egregie ornatum, eam repoſuerunt, die ſequenti, qui erat menſis ſextus decimus, pie & reverenter ſalutantes eam rurſus, & adorantes. Illic ſacerdotes, & juvenes Imperatores (ſenex enim domi manſerat propter corporis infirmitatem) cum Pſalmis & hymnis & copioſo lumine, per deſcenſum ad mare, ea in triremi Regia rurſus impoſita, prope urbem remigantes, ut quodammodo urbem conſervaret per ipſum in mari ingreſſum, appulerunt extra murum civitatis, qui eſt ad Occidentem. Quo in loco egreſſi e nave, pedibus ingredientes Imperatores, & totus Senatus, & ſacrorum Antiſtes cum tota Eccleſiæ congregatione, eo quo par fuit comitatu proſecuti, tamquam aliam arcam, vel potius ſupra eam, vas deducebant, quod illa ſanctiſſima & pretioſa cuſtodiebat. Et cum quæ erant extra muros, tranſmiſiſſent uſque ad portam auream, deinde ingreſſi civitatem cum pſalmodiis & hymnis ſublimibus, & canticis ſpiritualibus, & infinito lumine lampadum publicam celebrantes deductionem, iter faciebant per mediam civitatem, ſanctificationis & roboris per hoc eſſe participem civitatem credentes, illæſamque & inexpugnabilem eſſe in æternum conſervandam.

Otioſa autem turba concurrente ad ſpectaculum, homo quidam paralyticus & imbecillus, & qui jam longo tempore ſuis innitebatur famulis, ſurrexit, ut videret divinam Imaginem Edit. Pariſ. pag. 311. *tranſeuntem; qui ſimulatque eam adſpexit, præter opinionem ſanus effectus, cum cognoviſſet eſſe confirmatas & corroboratas baſes ſuorum pedum, accurrit ambulans ipſis pedibus, & oſculatus eſt capſam imaginis, & Deum magnificavit, narrans quod in ſe factum fuerat miraculum. Quem cum vidiſſent omnes, qui ſimul aderant, & verba ejus audiviſſent, emiſerunt gloriam Deo univerſorum, qui ſemper facit admirabilia. Tam multæ autem lachrymæ præ gaudio ſunt profuſæ, & tam multæ ad Deum preces & gratiarum actiones factæ ſunt ab univerſa civitate, divina Imagine & veneranda Epiſtola tranſeunte per mediam civitatem, ut verbis explicari nequeant, utpote quod quæ vidit oculus, non poſſit conſequi oratio. Res enim quæ ſunt excellentes, pulchrius eſt videre, quam audire; ſolentque talia relinquere a tergo orationem. Cum ergo ad forum, quod eſt ante Auguſtium, veniſſent duces hujus celebritatis, & a via recta parum declinaſſent ad ſiniſtram, veniunt ad clariſſimum templum Sanctæ Sophiæ; & intra adytorum propitiatorium reponunt pretioſam Imaginem & Epiſtolam. Cum hic autem adoraſſet tota Eccleſiæ congregatio, & ut par eſt, honoraſſet, illinc rurſus egreſſi ſunt cum ſancto onore, qui peragebant proceſſionem: & cum veniſſent in Regiam in atrio, quod cognominatur Triclion, ſuper thronum Imperatorium, in quo conſueverunt reſpondere de rebus magnis, tunc divinam collocant Imaginem, cathedram omnino ſanctificari Imperatoriam, & ſimul juſtitiam & benignitatem eis plane largiri, qui in ea ſedebant, non immerito credentes. Intenſa autem de more facta oratione, poſt eam impletam hinc ſublata fuit divina Imago, & in prædicto Phari templo, in dextra parte quæ vergit ad Orientem, conſervata fuit, & repoſita ad gloriam fidelium, ac cuſtodiam Imperatorum, & ad tutelam totius civitatis, & ſtatus Chriſtianorum.*

Hanc translationem refert Baronius ad annum Chriſti 944. qui erat Imperii Conſtantini VIII. cum Romano annus XXXIII. ſubditque idem Illuſtriſſimus Annalium conditor: *At vero poſtea bellis ingruentibus, ipſa Conſtantinopolitana civitate ſæpe capta, & ab hoſtibus direpta, atque a Catholica primum communione ſæpe diſciſſa, Dei providentia factum eſt, ut eadem Imago veneranda fuerit Romam perlata, ubi hactenus colitur in titulo S. Silveſtri.* Putat autem Baronius hanc orationem non eſſe Conſtantini Porphyrogeniti patris, ſed ejuſdem nominis Conſtantini Porphyrogeniti filii; quod quam probabile ſit neſcio.

Obſerva ad extremum, Zonaram non convenire cum Relatione Conſtanti-

ni Porphyrogeniti, quod attinet ad Epistolam Christi, Augaro scriptam: hanc enim sub Romano Argyropulo Constantinopolim ex Oriente delatam esse, Zonaras difertis verbis testatur. Iniit autem Romanus Argyropulus Imperium sub finem Anni Redemptoris MXXVIII.

FESTUM IN HONOREM HUJUS IMAGINIS

Edessenæ institutum.

CAPUT XI.

DE hoc Menologium Græcanicum a Cardinali Sirleto olim Latine versum, XVI. die Augusti: *Commemoratio formæ non manu factæ Domini & Dei Salvatoris nostri ex urbe Edessa egressæ, & in hanc a Deo servatam & Regiam urbem reportatæ.* Menæum, XVI. Augusti. ἡ ἐξ Ἐδέσσης ἀνακομιδὴ τῆς ἀχειροποιήτου εἰκόνος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἤγουν τοῦ ἁγίου Μανδηλίου. *Reportatio ex Edessa non manu factæ imaginis Domini nostri Jesu Christi, sive sancti Mantilis.*

Subjungitur hoc odarium. Ποίοις οἱ γηγενεῖς ὄμμασιν ἐποψόμεθά σου τὴν εἰκόνα; ἣν οὐ τὰ τῶν ἀγγέλων στρατεύματα βλέπειν ἀδεῶς ἠδυνήθησαν, θείῳ φωτὶ ἀστραπτομένην; ἀπαίρει γὰρ ἀπὸ γῆς ἀπίστων σήμερον, καὶ πόλιν φῶς βασιλίδα, καὶ λαὸν εὐσεβῆ ἐπιδημεῖ θεία νεύσει, ὑπὲρ τῆς εἰσόδου ἐπιφαίνονται βασιλεῖς φοβερίττοντες πάντας μὴ φόβῳ, Χριστέ, καὶ πίστει. *Qualibus oculis nos terrigenæ intuebimur Imaginem quam Angelorum exercitus libere non audent aspicere divino coruscam lumine? Hodie enim e regione infidelium in urbem Imperatoriam, ad populum pium divino nutu transfertur & commigrat, cui adventanti occurrunt Imperatores, & ante eam, Christe, cum timore ac fide genua flectunt.* Edit. Paris. pag. 312.

Item istud. Πάλιν διαστικὴς πάρεσι πανηγύρεως θεία ἡμέρα· ὁ γὰρ ἐν ὑψίστοις καθήμενος, νῦν ἡμᾶς σαφῶς ἐπεσκέψατο διὰ τῆς σεπτῆς αὐτοῦ εἰκόνος. ὁ ἄνω τοῖς Χερουβὶμ ὢν ἀθεώρητος, ὁρᾶται διὰ γραφῆς οἵαπερ ὡμοίωται Πατρὸς ἀχράντῳ δακτύλῳ μορφωθεὶς ἀῤῥήτως κατ' ὁμοίωσιν τοῦ αὐτοῦ, μὴ πίσει καὶ πόθῳ προσκυνοῦντες ἁγιαζόμεθα. *Iterum adest Dominicæ Panegyreos divina dies. Nam qui in altissimis residet, nunc nos clare visitavit per venerandam suam imaginem, Qui supra Cherubin invisibilis est, is nunc visitavit nos per picturam qua expressus est Patris illibato digito, ineffabili modo secundum similitudinem suam efformatus; quam fide & desiderio adorantes sanctificamus.*

Infra subditur. Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, ἡ ἀνάμνησις τῆς ἀχειροτεύκτου μορφῆς τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκ τῆς Ἐδεσσηνῶν πόλεως εἰς ταύτην τὴν θεοφύλακτον, καὶ βασιλίδα τῶν πόλεων ἀνακομιδείσης. *Eodem die commemoratio ingressus non manu factæ formæ Domini & Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, quando ex Edessenorum civitate in hanc a Deo custoditam & Regiam urbem delata est.* Attexitur prolixa de translatione hac narratio, quæ ex Constantini Porphyrogeniti oratione potissimum concinnata videtur. Idem festum notatur in Typico Sabæ. Hactenus de Edessena imagine.

DE CAMULIANENSIUM IMAGINE

Christi non manu facta.

CAPUT XII.

EST Camulium, seu Camulianum civitatis Cappadociæ (Cedrenus nimia forte meosi κώμιον, hoc est, *vicum*, seu *pagum* appellat,) & quidem Episcopalis, cujus Episcopus Georgius aliquoties in sexta Synodo Oecumenica contra Monothelitas subscriptus legitur. Vide Actiones XIV. XV. XVI. suberatque Metropolitano Cæsareæ Cappadociæ, ut planum fit ex Novella Leonis Imperatoris, Tom. I. Juris Græco-Romani: & recte notat Ortelius in Lexico Geographico, hanc urbem *Novam Justinianam*, a Justiniano Imp. fuisse appellatam. Nam in quinta Synodo Oecumenica collat. VIII. legitur hæc subscriptio: *Basilius misericordia Dei Episcopus novæ Justinianæ Camulianensium*. Solebat Justinianus (æternandæ memoriæ gratia) præter cetera, etiam urbibus de suo nomine nomina indere: hinc in ejusdem Concilii subscriptionibus: *Nova Justiniana Cypselitanorum*, *Nova Justiniana secunda Ægyptiorum*, *Justinianopolis*, *civitas magnæ Ar-*

Digitized by Google

meniæ, Juſtinianopolis ſeu Barcoſena civitas. Primam Juſtinianam, ſecundam, & tertiam, invenies apud Georgium Codinum Curopalatam in libello de Officiis Aulæ Conſtantinopolitanæ: In ſeptima quoque Synodo Act. 1. & 2. ſubſcriptus legitur Georgius Epiſcopus Camulianenſis.

Sed ut ad rem veniamus, in hac Camulianorum civitate erat imago ἀχειροποίητος, non manu facta, cujus etiam mentio fit in ſecunda Synodo Nicæna Act. 5. ubi poſt varias fraudes Iconoclaſtarum in libris depravandis & corrumpendis, & imaginibus eradendis patefactas, tandem Coſmas Diaconus dixit: *Invenimus autem & codicem hunc in Scevophylacio venerabilium Oratoriorum Patriarchii continentem diverſorum Martyrum agones: cum his autem, & de Imagine ſine manu facta Camulianenſium. porro reciderunt folia in quibus erant de Imaginibus ſcripta.* Fuerat ergo in Codice illo hiſtoria de imagine Camulianenſi: quam ut & alia ad ſacras Imagines ſpectantia, Iconomachica manus inde ſacrilege reſecuerat. Utinam abſtinuiſſet! imago hæc nobis notior foret. *Edit. Pariſ. pag. 313.*

Ceterum quæ Patres Concilii Nicæni Act. 5. de partim exuſtis, partim mutilatis codicibus ab Iconoclaſtis diſſerunt, ea etiam attingit auctor librorum Pſeudocarolinorum lib. 4. c. 8. & 9. Nec probat, quod rigidi illi Iconoclaſtæ libros, in quibus erant imagines, vel doctrina de imaginibus, flammis tradiderint, vel folia inde abſciderint, vel imagines abraſerint; idque recte improbat; ſed nec probat (idque perperam) quod Patres Concilii Nicæni venerationem imaginum, & hinc & aliunde colligunt. At notum eſt, auctorem iſtum Semiiconomachico ſpiritu afflatum fuiſſe. Quare non mirum, ſi quæ venerationem imaginum ſtabilire videntur, reſpuat & repellat: ſpiritus quo caleſcit, aliud non ſinit.

Hanc imaginem ἀχειροποίητον, Conſtantinopolim translatam eſſe, ſcribit Cedrenus in Juſtino II. his verbis. *Allata eſt* (Conſtantinopolim) *tunc quoque* (hoc eſt, IX. anno Imperii Juſtini) *imago nulla manu facta ex Camulianis, pago Cappadociæ, & veneranda ligna ab Apamea urbe Syriæ ſecundæ.* Longe igitur hanc translationem imaginis Camulianenſis antiquiorem eſſe oportet, quam illam effigiei Edeſſenæ, cum nonus annus Juſtini minoris cadat in annum Domini DLXXIV.

FESTA IN HONOREM HUJUS *Imaginis inſtituta.*

CAPUT XIII.

DE imagine Camulianenſi non manu facta Menologium a Cardin. Sirleto Latine verſum iſthæc IX. die Auguſti. *Inventio venerabilis & non manu factæ Imaginis conſcriptæ a Sancto Patre noſtro Gregorio Nyſſeno, cujus interceſſionibus Deus miſereatur noſtri.* Eadem Menæum eodem die; & diſerte inventionem τῆς ἀχειροποιήτου ἁγίας εἰκόνος τῆς Καμυλιανῶν, memorat, ut vel hinc intelligas, quam omnibus hæc imago venerabilis fuerit, duplici eodem menſe & continuis ferme diebus in ejus honorem feſto indicto; altero ob inventionem, altero ob miraculum ſub Tiberio II. Imperatore patratum. Ita enim idem Menologium & Menæum XI. die Auguſti. *Narratio de non manu facta Imagine Domini noſtri Jeſu Chriſti temporibus Tiberii Imperatoris.*

Relationem Nyſſeni de inventa imagine Camulianorum, non arbitror extare: quia non comparet inter opera ejus, etiam illa, quæ valde multis acceſſionibus aucta Pariſiis Græce & Latine non ita pridem excuſa ſunt. Utinam extaret! imago hæc Camulianenſis clarior & illuſtrior evaderet; cujus ex tenebris eductionem vetuſtam eſſe oportet; ſi, ut Menæum teſtatur, præconem & Encomiaſten D. Gregorium Nyſſenum habuit.

Nec miraberis in honorem tam hujus, quam Edeſſenæ Imaginis dies feſtos inſtituros, cum Alexandrini etiam Imperatoris Imagini diem ſolemnem indixerint; *poſtquam Imperator Theodoſius Magnus Imperii hoſtes feliciſſime profligarat, tectus caput ſuperhumerali S. Senuphii Eremitæ, ejuſque baculum manu tenens, Imperator diem hunc tam lætæ victoriæ feſtum nominat*, inquiunt Acta Cyri & Joannis apud Metaphraſtem die 31. Januarii: *& nunc quoque poſt tantum tempus magnifice celebratur ab Alexandrinis, vocaturque ab illis εἰκόνιον ab imagine: ab eis enim Imperatori facta eſt quædam ſtatua, eo quo tunc modo* (Imperator fuit) *& capite quidem ſuperhumerali induta*, dextra autem tenens baculum. Vide Baronium Tom. 4. Anno Chriſti 388.

Digitized by Google

MIRACVLVM PER HANC IMAGINEM FACTVM

ſub Tiberio II. Imperatore, & aliud imperante Heraclio.

CAPUT XIV.

MEnologium a Cardin. Sirleto verſum, XI. Auguſti. *Eodem die narratio de non manu facta imagine Domini noſtri Jeſu Chriſti, temporibus Tyberii Imperatoris.* Longe fuſius & exactius Menæum, cujus Verba Græca his Latinis expreſſit Raderus noſter, prima parte Viridarii. *Tiberio (qui Mauritium præceſſit) imperante, ingens planeque inſolens miraculum patratum eſt. Matrona cui Mariæ nomen fuit, e Senatorio ordine patricia ſtirpe nata, religioſa admodum, orbata viro in gravem & mortiferum inciderat morbum, cui nulla ope humana ſucurri poterat. Commendanti ſuam ſalutem Chriſto auctori ſalutis, res bona in mentem venit. Presbyteros ſacroſanctæ illius a Domino ſine manus opera factæ imaginis cuſtodes, per certos homines accerſit. præſentibus ſupplex advoluta; Obſecro, inquit, Domini mei, quandoquidem ob culparum mearum noxas a Deo gravi periculoſoque morbo caſtigor, cupio infelix ego, & indigna per veſtras preces, ſanctam Domini effigiem ad dies quadraginta in viliſſimas ædes meas transferri; fortaſſe per illam a Domino miſericordiam impetrabo. Sacerdotes animadverſa cognitaque illius pietate & religione, ſacram Domini imaginem attulerunt, quam recluſa hierotheca, mulier venerata, & exoſculata, accepit telam bombycinam ejuſdem cum ſacra effigie magnitudinis, illamque formæ Domini impoſuit.*

Deinde imaginem (ita tectam) mundiſſimo ſcriniolo incluſam cuſtodivit, firmataque pen eam in ſacrario ſuo collocavit, & luminibus magnifice illuſtratam dies totos quadraginta aſſidue coluit. Poſt quos fœminæ cruciatus rediere graviſſimi, adeoque intolerandi, uti ne de lectulo quidem ſe levare poſſet. Vocatæ dein ex ancillis alteri, quam caſtiorem noverat; Vade, inquit, adfer ſacræ imaginis arculam, ut adorata illa aliquod inde dolorum meorum levamen recipiam; quæ ingreſſa ſacellum, vidit prodigium formidabile, & inexpectatum. Flamma ad aſſerendam ſacroſanctæ imaginis fidem, ex hierotheca illa ad laquearia uſque erupit, aramque totam amplexa, ad pavimentum uſque deſcendit, nec labem interim ullam altari intulit. Attonita puella concidit, alteraque curriculo dominæ rem denunciat, quæ territa de lectulo deſcendit, & totis connixa viribus, ad ædiculam adrepſit, conſpectaque flamma, miſericordiam Domini inclamavit; moxque accerſivit ſacerdotes, magna hominum copia comitatos, qui omnes viſo inuſitato miraculo perculſi ſunt. Flamma autem aſcendente ac deſcendente, non ſecus ac velo in navigio a tempeſtate vehementer jactato, omnes ad multas horas ſolemne Chriſtianorum Kyrie eleiſon ingeminarunt. Fuſis exinde precibus flamma evanuit, apertaque capſula ſanctam Domini effigiem ſine manu expreſſam illæſam, intactamque reperere. Quin & telam illam ſericam, a patricia impoſitam alteri imagini, tollentes, eadem prorſus ac gemina illi archetypæ (o ſtupendum miraculum!) Domini forma, ſine ullius ope, inſignem reperere. Laudatoque ſuper hoc beneficio Numinis, exoſculantes imaginem fœmine laboranti impoſuerunt, quæ ſubito ſibi penitus reſtituta conſurrexit, Deoque debitas laudes cum toto ſacerdotum & populi cœtu perſolvit.

Poſt annos aliquot cum veneranda illa matrona ſibi ultimum inſtare diem præſentiret, cum vas eſſet electionis, ſacram hanc effigiem in cœnobio Melitinenſi S. Aſſumptionis reponi curavit, quam Melitinenſis ordo, cum ſacer (Archiepiſcopi Domitiani, qui fuit patruelis Mauritii Imperatoris) tum civilis, principeſque civitatis, velut ab Apoſtolorum alumna exceperunt. Quod cum patricia reſciſſet, imaginem Archiepiſcopo commiſit, cauſamque cur eam in Melitenem reportari curavit, expoſuit.

Edit. Pariſ. pag. 314.

Operæ quoque pretium duxi, & aliud miraculum compendio narrare. Incurſione a Perſis, Heraclio imperante, facta, ſacræ Virgines ne captivæ abriperentur, formidantes, Conſtantinopolim profugerunt, quibus ut claro genere natis cœnobium Sergius Patriarcha aſſignavit, ſed ſacram illam & divinam iconem ab invitis etiam abſtulit. Qui cum aliis atque aliis ærumnis conflictaretur, & Imperatorum indignationem incurriſſet, Eccleſiaque varie perturbaretur, cœpit dubitare quænam horum malorum eſſet cauſſa: viditque concubia nocte, virum quemdam tremendum aſtantem, ſeſeque appellitantem: Redde quam primum, quæ præter jus faſque cœnobio Virginum abſtuliſti: vocatiſque domeſticis ſciſcitatus ab his: Ecquæ, inquit, ſunt hæ vexationes, quarum cauſſa hæc perpetior? Etenim vidi for-

Digitized by Google

midabilem quemdam heroem ſtantem, qui ad me; Redde, inquit, actutum, quod e monaſterio contra jus faſque abſtuliſti. Et Sergius, quidnam cui eripuerim prorſus ignoro. Et domeſtici: Domine, inquiunt, nihil hujuſmodi factum exiſtimes; neminem enim umquam ulla injuria affeciſti: ſed & vexationes iſtas, & nugamenta cogitationum, dæmonum ludibria, & fraudes judica. Dein nocte inſequente rurſum vir ille tremendus apparuit, & ſevere illum allocutus; Reſtitue, inquit, e veſtigio, quod abſtuliſti ex Aſſumptæ Virginis cœnobio, an ignoras illas peregrinas eſſe, & omni ope deſtitutas, ut quæ huc ad peregrinum ſolum fugere ſunt coactæ? Experrectus Patriarcha illum ſuum a cubiculis interrogat: Frater, inquit, quando effigiem Domini a Virginibus abſtuliſti, quo animo id tulerunt? Ægerrime, inquit, Domine; ſi potuiſſent, ulturæ fuerant hanc injuriam. Tum demum intellexit Patriarcha cauſam malorum ſuorum, damnatoque facto ſuo, quam primum referri imaginem Domini cum ingenti honore in ſacrarum Virginum domicilium juſſit: id quod undetrigeſimo Novembris factum eſt. Statimque Patriarchæ res ad quietum rediere ſtatum, omneſque ærumnæ & vexationes ſublatæ. Incolæ porro monaſterii de recepta Domini imagine immortali, ſibi etiam atque etiam plurimumque gratulati ſunt.

HERACLIUS IMPERATOR MEMORABILES victorias de Perſis reportat beneficio imaginis Camulianenſis.

CAPUT XV.

HAnc Camuliano allatam non manu factam imaginem ſecum in expeditionem Perſicam tulit Heraclius Imperator anno XII. ſui Imperii: nam ut, Cedrenus ait, *in manus ſumpta Chriſti imagine, ſine manuum opera efficta, Euxinum mare adverſus Perſas navigavit: ipſeque venerandam hanc imaginem manibus tenens certamina primus obibat, fide data multitudini promittens, ſe ipſis ad mortem uſque in pugna adfuturum.* Eadem Theophanes nondum editus in ſua hiſtoria: λαβὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν χερσὶ τὴν θεανδρικὴν μορφὴν, ἣν χεῖρες οὐκ ἔγραψαν, ἀλλ' οἷον ἐν εἰκόνι, ὁ πάντα μορφῶν τὸν ἄπλαστον λόγος, ἄνευ γραφῆς μόρφωσιν, ὡς ἄνευ σπορᾶς κύησιν ἔτευξε. Ἐ τούτῳ πεποιθὼς τῷ θεογράφῳ τύπῳ ἀπήρξατο τῶν ἀγώνων, πίστιν δοὺς τῷ λαῷ, ὡς σὺν αὐτοῖς μέχρι θανάτου ἀγωνίσηται, ἢ ὡς τέκνοις οἰκείοις τούτοις συναρμόσηται. Quæ verba verbatim prope ita vertuntur in Miſcella hiſtoria lib. 18. *Accipiens Imperator Dei figuram virilem, quam manus non depinxerunt, ſed in icone Verbum, quod omnia format atque componit, ſine pictura formam, velut ſine ſemine partum eduxit, & in hac fiſus a Deo picta figura, cœpit agones, juramenta dans populo, quod cum ipſis uſque ad mortem eſſet certaturus, & tamquam propriis filiis adhæſurus.* Vide Baron. anno Chriſti DCXXI.

Cum ſub eodem Heraclio anno ejus XVI. Sarbarus Archiſatrapa Perſa cum ſuis Perſis, & Chaganus Myſorum & Scytharum Dux cum ſuis Scythis & Avaribus Conſtantinopolim graviſſima obſidione cinxiſſent, Patriarcha non manu factam Chriſti imaginem, & pretioſa ac vivifica ligna, inſuper & venerandam veſtem Deiparæ circumferens, muros obibat, ut dicitur in Græcorum Triodio: neque id ſine fructu, hoſtibus cæleſti prodigio diſperſis ac diſſipatis, ut ibidem fuſius memoratur. *Edit. Pariſ. pag. 316.*

Sed hic dubitet curioſior & accuratior quiſpiam; quomodo Patriarcha imaginem non manu factam circumferre potuerit, cum eam Heraclius ſecum contra Perſas abduxiſſet, & nec dum rediiſſet? Reſpondeo, eam quam Patriarcha circumtulit, non fuiſſe archetypam, ſed ex archetypa ſive miraculo, ſive ſtudio hominum expreſſam; cui prototypæ nomen inditum, eo quod ſimilitudinem prototype examuſſim repræſentaret.

Et hæc quæ de Heraclio diximus, accipi debent de non manu facta imagine Camulianenſi. Nam imago ἀχειροποίητος, Edeſſena plurimis demum poſt annis Conſtantinopolim perlata eſt; falluntur que qui Camulianenſem formam ἀχειροποίητον, confundunt cum Edeſſena, quaſi ex Edeſſa Camulianum translata fuerit, ne a Perſis caperetur. Nam duæ iſtæ ἀχειροποίητοι effigies diſtinguuntur non tantum a Cedreno, ſed & a Concilio II. Niceno. Nec dicit Cedrenus, hanc imaginem Camulianis eſſe illatam, ſed ἀπὸ Καμυλιανῶν, *ex camulianis* ablatam, abductamque. & quo, niſi Conſtantinopolim? Certe imaginem Edeſſenam, nec Heraclius ſecum in-

Digitized by Google

expeditionem Perſicam educere, nec Patriarcha illam muniminis gratia circumferre potuit, quippe quæ tanto poſt tempore Conſtantinopoli muneri obvenerit.

Habebat idem Heraclius etiam ante Imperium iconem non manu factam, teſtibus Glyca & Cedreno, qui iſta: *Heraclius cum magna & armata claſſe Conſtantinopolim* (contra Phocam) *appellit, ſecum ferens Servatoris imaginem nullo manus miniſterio factam*. Quam Camulianenſem fuiſſe oportet, Conſtantinopoli ab Heraclio in expeditionem Africanam deductam, & poſtea adverſus Phocam reductam: niſi quis malit credere hanc iconem non fuiſſe archetypam; ſed ex archetypa miraculo expreſſam; vel etiam ſine miraculo opera pictoris, prototypam effigiem accuratiſſime exprimentis, quæ ἀχειροποίητος dicta ſit, quod ad ἀχειροποίητον ſimilitudinem efformata eſſet.

Circumferebat in eadem expeditione Heraclius imaginem Deiparæ non manu factam; teſtis Theophanes ex Georgio Piſida, & Matthæus Vveſtmonaſterienſis, *anno gratiæ* 620. *Heraclius Imperator anno Imperii ſui decimo, collecta armatorum multitudine, adverſus Coſdroam movit iter, ferens ſecum ſanctæ Dei Genitricis iconem, quæ apud Byzantium eſt, non hominis manu, ſed divino miraculo pictam, &c. Heraclius iconis Dei Genitricis fultus auxilio, omnes adverſarios ſuos in bello peremit, aut turpiter in fugam coegit*. Duplici nimirum imagine quaſi gemino clypeo protectus in hoſtem Heraclius movit, ut proinde auctores qui imaginem Chriſti nominant, haud repugnent illis, qui imaginem Deiparæ vocant, quia & hanc & illam victoriis pariendis adhibuit Heraclius. Miſcella Hiſtoria lib. 18. *Anno ab Incarnatione Domini* DCII. *Heraclius in Africa Imperator appellatus venit cum navibus caſtellatis, habentibus intra ſe aroulas, & imaginem Dei matris, quemadmodum pyxides*. En eximiam pietatem Heraclii in Deiparam Virginem, cujus admiratione commotus *Metropolites Cyzici Stephanus ſtemma Dei Genitricis Mariæ de Eccleſia detulit Heraclio*, ut ibidem Miſcella teſtatur.

Et ne mireris Deiparæ imaginem ἀχειροποίητον, noveris etiam poſt captam a Turcis Conſtantinopolim, talem iconem Græcis in pretio cultuque fuiſſe, condito in ejus honorem monaſterio; ita enim Malaxus Peloponeſius in hiſtoria Patriarchica, quam in ſua Turcogræcia vulgavit Druſius, ubi de Dionyſio Patriarcha, depoſito Patriarchatu, ſermo: *Cum omnibus rebus, quas habebat, diſceſſit Conſtantinopoli, & in Monaſterium ſanctiſſimæ ἀχειροποιήτου, manu non factæ Deiparæ Coniſſæ, prope Cabalam ſitum intravit*. Vides hic etiam Deiparæ ἀχειροποίητον imaginem; unde-
Edit. Pariſ. pag. 317. cumque hoc nomen adepta ſit; ſive ipſa Virgo linteo alicui faciem ſuam impreſſerit, ſive ab Angelo depicta fuerit: ἀχειροποίητον certe humanum penicillum excludit. Nec alibi mihi aliud de hac imagine, quod ſciam, lectum. Eſt autem Cabala duplex; altera urbs Thraciæ, altera caſtellum ſupra Iconium. Utri hoc monaſterium vicinum fuerit, dicere non habeo. Credibile eſt de Cabala Thraciæ id accipiendum eſſe. Vide Ortelium in Theſauro Geographico. Ejuſdem monaſterii Coniſſæ, ſeu Conitzæ mentio fit poſtea aliquoties in hiſtoria Patriarchica, ubi iterum ſermo de Dionyſio Patriarcha.

Tauromenii in Sicilia colitur antiqua imago Beatæ Virginis non manu facta; qualis etiam eſſe videtur illa Deiparæ imago, divinitus picta, quæ colitur in Valleviridi in monte Ætna, ut ſcribit Octavianus Conſtantinus in Idea operis de Sanctis Siciliæ.

Alexius Comnenus Imp. in prælio adverſus Scythas altera manu tenebat gladium, altera vexilli loco τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου μητρὸς τὸ ἀμοφόριον, Deiparæ *Virginis humerale ſeu amictum*.

Cæterum quia paulo ante de pietate Heraclii imaginem Beatæ Virginis in militia ſecum circumferentis mentio facta eſt, haud decet, ut ſilentio præteream, quod de Gerardo avunculo Vvaldemari Ducis Sleſvicenſis memoriæ prodidit Krantzius libro 4. Saxoniæ cap. 10. his verbis: *Solebat ille* (Gerardus) *pugnaturus imaginem ſacratiſſimæ Virginis collo appenſam circumferre in omnia pericula. Quod ne cui novum videatur, tradunt Romani ſcriptores Syllam Dictatorem geſtaſſe ſemper in prælio ſtatunculam Jovis aut Apollinis, quam periculoſo prælio præoſculans ait: Fere ego tecum, & tu mecum concidiſſes Jupiter. Gerardus igitur hanc imaginem devotus ſemper Virgini geſtans hæc recinuiſſe fertur: Nos hac die tibi gregatos ſerva Virgo. Alteram tamen in prælia manum imagini ferunt deciſam, quam nullus denuo poterat aptare artifex; hodieque monſtrant virgunculæ in Itzehoe memoratam Virginis icunculam.* Hucuſque Krantzius. Ubi Hæreticus Sholiaſtes, vel potius *Marginaliſta* Ciſnerus: *Virginis imaginem in col-*

lo ſuſ-

lo ſuſpendit, Syllæ exemplo. Quid ais? Siccine Sillæ exemplo? Quid ſi de Syllæ facto nihil penitus ſcivit? nam Gerardus armorum peritior erat, quam veteris Latinæ & Græcæ hiſtoriæ.

Quod ſi Syllani hujus facti gnarus fuiſſet, forſitan ſic, & quidem recte, ratiocinationem inſtituiſſet: Si Sylla imaginem idoli, hoc eſt, Diaboli ex collo penſilem, tutelæ cauſſa, in prœliis tulit, cur ego effigie DEIPARÆ Virginis me & arma mea non armarem? cum Dii gentium, Davide teſte, ſint Dæmonia; hæc autem ſit Regina cœli, & Sancta illa Parens enixa puera Regem, qui cœlum terramque erexit. Certe ita ratiocinando nihil aut in pietatis, aut in Dialecticæ leges deliquiſſet. Nam quod in conflictu imagini manus amputata eſt; id ideo accidit, ut imaginis hujus, & ipſius DEIPARÆ gloria magis illuſtraretur, quandoquidem nulla induſtria humana manus illa reponi potuit.

DE IMAGINE VERONICÆ SEU BERENICÆ non manu facta, cum refutatione Caſauboni & Hoſpiniani.

CAPUT XVI.

DE hac iſtæc Annalium conditor Baronius anno Chriſti 34. num. 138. *Ab hoc* (Sudario ſepulchrali) *diverſum Sudarium illud exiſtimatur, quod a Berenice faciei Domini ſanguine & ſudore aſperſæ admotum, ejuſdem Dominici vultus effigiem in ſe retinuit, ut habet Chriſtiana traditio, & libellus manuſcriptus de translatione ejus Romam facta, qui aſſervatur in Vaticana Bibliotheca, teſtatur. De eadem Berenice, quæ & Veronica dicta habetur, deque eadem Chriſti imagine velo excepta, Methodius Epiſcopus antiquus Chronographus meminit.* *Edit. Pariſ. pag. 318.*

De eadem agit Molanus, libro quarto de Imaginibus cap. 2. ſed probandum non eſt, quod ait; hoc *linteum* ſeu *mantile* fuiſſe unum & idem cum illo Edeſſeno ad Augarum miſſo, ſecus res ſe habet: diſtincta fuere Sudaria, & diſtinctæ formæ. nam illa Edeſſena ante Paſſionem ad Augarum venit, ut ſupra diximus; hæc in ipſa Paſſione effformata eſt: deinde Edeſſena imago diutiſſime Edeſſæ manſit, nempe uſque ad Romani Lacapeni, & Conſtantini Porphyrogenici Imperium, quo Conſtantinopolim translata eſt; at imago Veronicæ ab antiquiſſimis temporibus Romæ fuit. Nec juvat Molanum Porphyrogenitus, cum ſua in oratione ſcribit; quoſdam eſſe, qui opinentur, linteum Edeſſenum eſſe illud, quo facies Domini ad Paſſionem cruenta obterſa fuit. Nam & pauculi hujus ſententiæ fuerunt; & ipſe Porphyrogenitus refragatur, repugnatque probatiſſimę fidei hiſtorici, qui de Edeſſena illa ſcribunt, quæ nullo modo in Veronicæ iconem convenire poſſunt: ut ex ſupra dictis quivis facile colliget atque intelliget. De qua etiam iſta Jacobus Pamelius ad caput duodecimum Apolog. Tertulliani, laudata itidem & recitata a Molano. *Effigies Chriſti quam Veronicæ in Sudario dediſſe traditio eſt, etiamnum exſtat, tanta in veneratione, ut de illa dubitare nefas, non modo miracula non pervaſerint, ſed nec affectum ipſum. Cujus ipſiſſima ſit memoria olim apud Albericum in ſuo Dictionario ante annos ſubbinc ferè trecentos, anno Domini 1350. & exſtat in Bibliotheca Vaticana ejus imaginis Romam ſub Tiberio advectæ hiſtoria græciter conſcripta, & antiquiſſimis characteribus, quam totam ſe pervolviſſe mihi retulit clariſſimus Theologus Thomas Stapletonus Anglus.* Ita Molanus. Utinam Commentarius iſte tandem ex Bibliotheca Vaticana in publicum prodiret; quod cum ſit, nos ex Methodio apud Marianum Scotum exponamus, quando Romam imago hæc pervenerit: ita ergo Marianus Scotus anno Domini 39.

Tiberius per delatum accuſatoribus Chriſtianorum communionem eſt motus, ut ſcribit Tertullianus in Apologetico. Tiberius in Campania moratur vernans, his conſulibus, (ita ſic Caſſiodoro) anno vigeſimo tertio Imperii ſui, ætatis vero 78. Methodius ſic: Interim Tiberius, circiter viginti duobus annis ſui principatus elapſis, cognovit quem fecit quidem Dominus JESU CHRISTO, *hoc apud Senatum uſus eſt conſultu: ſi* DEUS, *(inquit) poterit rebus nobis inutilibus prodeſſe; ſi bonus eſt, Reipublicæ ſubveniat. Hic ſupra vexatus non modica, deſiderabat auditis divinis virtutibus, gratiam ejus per nuncios comprobare, ſed non potuit ad hoc pertingere: quia* CHRISTO *jam poſt Reſurrectionem cœlo præſidente, fama compererat, Pontio Pilato adjudicante Judæis traditum, & a ſuis militibus crucifixum, ſepultumque tertia die reſurrexiſſe, ſed furatum a Diſcipulis cu-*

Digitized by Google

*ſtodibus appretiatis diffamatum eſſe, a quadam matrona nomine Veronica, quæ ipſius Salvatoris noſtri aſpectum, ipſo exprimente atque contradente, ad evidentiam teſtificandæ veritatis & obſervandæ fidelitatis * nicemate ſuo reconſignatum habuit. Quæ dum nuntios conveniſſet, & ita eſſe atque ſe habere per omnia evidentiſſime aſſeruit, Romam ab ipſis delata eſt, atque in præſentiam principis adducta, ſpeciem divinæ teſtificationis oſtendit, & virtutem perfecti medicaminis gratia* CHRISTI *mirabiliter effecit. Quid dum comperiſſet, Pilatum Dominici cruoris reum extitiſſe; Senatu decernente, ut pote qui ſine audientia Romam non conſultus talia præſumeret, juſſus eſt exili ſupremam damnationem ſubire: non multo poſt ipſe, ut dictum eſt, vivendi finem fecit. Huc uſque Methodius.* & ex illo Marianus Scotus.

Caſaubonus exercitat. 16. cap. 102. paucis ab imagine Veronicæ ſeſe expedit, remittens nos ad Joannem Rainoldum Anglum. Nec culpo hoc, quod abſtinuit; hoc culpo, quod lectorem ſuum ablegat ad Rainoldum hominem de Giganteo genere, qui vix DEUM in cælo eſſe ſinit, nedum cælites, quorum aliquos inde furcillis ſuis, judicio ſuo, præcipites agit; nempe ſanctum Georgium, ſanctum Chriſtophorum, ſanctam Catharinam, & alios complures, cujus vanitatem impiamque inſcitiam cum alii jam detexerunt, tum Serarius noſter in ſuo Litaneutico.

Edit. Pariſ. pag. 319.

Nec video quid Caſaubonus contra Veronicæ imaginem prolaturus fuiſſet, niſi veterem illam ſuam næniam: *Prima ſecula nihil de hac imagine compertum habuiſſe; talia credere, nihil aliud eſſe, quam a ſimplicitate vetuſtatis recedere;* & ſi quæ ſunt hujus generis aliæ φλυαρίαι & ἄρριαι in Caſaubonianis exercitationibus ad nauſeam uſque repetitæ atque inculcatæ, & jam ſupra profligatæ. Quem tamen laudo, quod Innocentii III. Pontificis pietatem erga Veronicæ imaginem commemorare, licet breviter, non fuerit dedignatus. *At Innocentius non habuit præceptum colendi hanc imaginem, ergo male fecit eam colendo.* Reſpondeo, eum qui habet præceptum ut Dominum colat, habere etiam præceptum, ut imaginem Domini reverenter habeat, & tractet. Cujus non ignarus Innocentius eruditione præſtantiſſimus Pontifex, ut ipſum Dominum ex intimo pectore coluit, ita & hanc ſacratiſſimam ejus imaginem pie veneratus eſt; quia honorem imaginis ad Prototypon tranſire nequaquam ignorabat. Verum de Innocentio plura paulo poſt.

Hoſpinianus Calviniſta in farragine ſua de origine templorum grandiores & valentiores arietes in hanc Veronicæ effigiem vibrat. Vide, & valentiam admirare: *Evangeliſtæ nullam faciunt mentionem hujus Veronicæ; ergo res fictitia eſt.* Probatur conſequentia. *Quia loquuntur de omnibus mulieribus, quæ Chriſtum ad Paſſionem comitatæ ſunt: & tamen de Veronica ne gry quidem.*

Reſpondeo ſanctum Lucam generatim ita loqui capite vigeſimo tertio, *Sequebatur autem eum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant, & lamentabantur eum.* An ex hac turba mulierum flentium & lamentantium ulla nominatim deſignatur? Nulla prorſus; itaut nihil prorſus cauſſæ ſit, cur Veronica ab hac innominata turba excludatur. Sanctus Matthæus cap. 27. ita ſcribit: *Erant autem ibi mulieres multæ a longe, quæ ſecutæ erant* JESUM *a Galilæa, miniſtrantes ei, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Joſeph mater, & mater filiorum Zebedæi.* Aliquot hic nominatim exprimuntur, & tamen multæ fuerunt; cur inter has multas non poteſt eſſe Veronica?

Sed Hoſpinianus uſque adeo flagitioſe ἀστεῖος eſt, ut audeat etiam Spiritui Sancto præſcribere, quid ipſe ſcribentibus Evangeliſtis dictare debuerit, vociferans: *Spiritum Sanctum negligentiæ notam non effugiturum, ſi imago* CHRISTI *linteo a Veronica oblato impreſſa, ab Evangeliſtis ſilentio tranſmiſſa fuiſſet.* Scilicet tam Spiritui Sancto, quam Evangeliſtis expectandus erat ille Turicenſis lacus paluſtris accola; ut diſcerent, quidnam in litteras referendum, quid omittendum eſſet. Et tamen faciamus, Veronicæ imaginem extare vel in omnibus, vel ſaltem in uno ex Evangeliſtis: An Calviniſtæ ſuum tergiverſandi tricandiq; ſolemne officium deſererent? An non ſtatim acclamarent, Dominum non ideo mandaſſe, ut imago illa coleretur? nec certum eſſe, an ſit illa primigenia Salvatoris attactu conſecrata: ſi certum foret, ſe debito honore affecturos; prout de Reliquiis & particulis primæ Crucis, in qua Chriſtus obiit, dictitare ſolent.

Digitized by Google

INNOCENTII III. PONTIFICIS MAXIMI *ſingularis pietatis erga Sudarium Veronicæ, ſeu Teſtimonia Pontificum, & aliorum de hac Imagine.*

Edit. Pariſ. pag. 320.

CAPUT XVII.

TEſtis hujus eſt Matthæus Pariſienſis in ſua hiſtoria, initio Henrici III. Anglorum Regis, his verbis: *Dum fortunalis alea ſtatum Regni Angliæ talibus turbinibus exagitaret, dominus Papa Innocentius, quem vacillantis Eccleſiæ cura ſollicitabat, effigiem vultus Domini, quæ Veronica dicitur, ut moris eſt de Eccleſia Sancti Petri verſus Hoſpitale Sancti Spiritus reverenter cum proceſſione bajulabat. Qua peracta, ipſa effigies dum in locum ſuum apportaretur, ſe per ſe gyrabat, ut verſo ſtaret ordine, ita ſcilicet ut frons inferius, barba ſuperius locaretur. Quod nimis abhorrens dominus Papa, credit illud in triſte ſibi præſagium eveniſſe, & ut plenius* DEO *reconciliaretur, conſilio fratrum, in honorem ipſius effigiei, quæ Veronica dicitur, quamdam orationem compoſuit elegantem, cui adjecit quemdam Pſalmum, cum quibuſdam verſiculis, & eadem dicentibus decem dierum conceſſit indulgentiam, ita ſcilicet ut quotieſcumque repetatur, toties dicenti tantumdem indulgentiæ concedatur.* Eadem ferme ſive unus ſive diverſus Matthæus Vveſtmonaſterienſis in Floribus anno Domini M. CC. XVI.

Proceſſionis hujus, qua Sudarium Veronicæ, proxima poſt Octavam Epiphaniæ Dominica, ex Baſilica Vaticana ad Ædem Sancti Spiritus deferebatur, mentionem facit Innocentius III. in ſermone ſupra dictæ Dominicæ. *Invitatur autem & filius ejus* JESUS *(inquit Innocentius) cum Diſcipulis ſuis ad has nuptias ſalutares, quoniam effigies* JESU CHRISTI *a miniſtris Eccleſiæ ad hunc locum hodie venerabiliter deportatur, ut ejus gloria fidelibus populis, qui conveniunt ad has nuptias pietatis & miſericordiæ celebrandas deſiderabiliter, demiraretur. Ne quis ergo famelicus ab his nuptiis revertatur, univerſi qui hac in tentatione conveniunt, ut de cætero liberalius & hilarius ſe exhibuerint ſalubriter celebrare, de injunctis pœnitentiis unus remittatur annus ad ampliorem obtinendam indulgentiam peccatorum, ut ſic aquam convertat in vinum ſponſus* CHRISTUS, *qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.*

Honorius III. Pontifex has ad Rectorem & Fratres Hoſpitalis Sancti Spiritus in Saxia litteras dedit, Pontificatus ſui anno VIII. *Ad commemorandas nuptias ſalutares, quæ in converſione peccatoris moraliter celebrantur, inter Spiritum hominis & gratiam conditoris, ex quibus affectus & actiones, tamquam filii & filiæ generantur, Dominica prima poſt Octavam Epiphaniæ, quando illud legitur Evangelium, quod* JESUS *cum Diſcipulis ſuis, in Chana Galilææ, ubi Mater ipſius, invitatus erat ad Nuptias, aquam convertit in vinum: ſolemnem apud Hoſpitale veſtrum inſtituimus ſtationem, in quo vos ex inſtitutione veſtra divino eſtis obſequio mancipati: ea potiſſimum ratione, quod in illis nuptiis ſex hydriæ ſecundum purificationem Judæorum fuiſſe narrantur. Et quidem in hoc Hoſpitali, tamquam in Chana Galilææ, loco videlicet, ubi zelus eſt tranſmigrandi de vitiis ad virtutes, poſitæ ſunt ſex hydriæ: id eſt, ſex miſericordiæ opera inſtituta: quæ ſunt paſcere eſurientem, potare ſitientem, colligere hoſpitem, veſtire nudum, viſitare infirmum, & incarceratum adire. Ad purificationem utique Judæorum, ut per illa videlicet confitentes a vitiis expientur. Iſtæ vero ſex hydriæ uſque ad ſummum implentur, quando illa ſex opera miſericordiæ ad perfectum uſque geruntur, & ex aqua fit vinum, cum ex merito eleemoſynæ vis accenditur charitatis. Quia vero* JESUS *cum Diſcipulis ſuis ad has nuptias in Chana Galilææ, ubi Mater ejus erat, legitur invitatus; idcirco rationabiliter inſtituimus, ut effigies* JESU CHRISTI *a B. Petri Baſilica per ejuſdem Canonicos ad dictum Hoſpitale, ubi memoria Beatiſſimæ Matris ejus recolitur, infra capſam ex auro, & argento, & lapidibus pretioſis ad hoc ſpecialiter fabrefactam venerabiliter deportetur, fidelibus populis, qui ad has nuptias celebrandas devote convenerint, deſiderabiliter oſtendenda.* pag. 321.

Ut autem nos, qui Domino revelante venerandum aliis aperuimus ſacramentum, eo etiam inſpirante imitandum aliis præbeamus exemplum, concedimus, ſtatuimus, & jubemus, ut pro mille pauperibus extrinſecus advenientibus, & trecentis perſonis intus degentibus, decem ſeptem libræ uſualis monetæ, ut ſinguli accipiant tres denarios, unum pro pane, alterum pro

Digitized by Google

vino, aliumque pro carne ab Eleemosynario summi Pontificis annuatim vobis in perpetuum tribuantur & Canonicis supra dictis, qui præscriptam effigiem Salvatoris processionaliter deportabunt, singulis duodecim nummi, & cereus unicus libræ, qui deferatur accensus, de oblationibus Confessionis Beati Petri præstentur.

Quia vero non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod processit de ore DEI, *debet huic stationi Romanus Pontifex cum suis Cardinalibus interesse, ut & Missarum solemnia ibi celebret, & exhortatorium faciat de hac celebritate sermonem. Neve fidelis populus, famelicus ab iis nuptiis revertatur, præter doctrinalem, spiritualem quoque sibi cibum impendat, remissionem unius anni de injunctis sibi pœnitentiis indulgendo. Monemus igitur & obsecramus successores nostros, per* JESUM CHRISTUM, *qui venturus est judicare vivos & mortuos, ut hanc institutionem, quæ, ipso teste, de pietatis fonte processit, faciant invialabiliter observari: sub obtestatione divini judici, prohibentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, & jussionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem,* &c. *Datum Signiæ, tertio Nonas Julii, Pontif. nostri anno* VIII.

Nec tantum duo isti Pontifices Sudarii sanctissimi meminerunt; sed & alii multi, quorum testimonia, ut & alia prisca de Sudario monumenta a nongentis fere annis, collegit Jacobus Grimaldus Basilicæ Vaticanæ Chartophylacii Propræfectus; quæ primo suo ad Baronium Tomo Bzovius inserit: sunt autem præter Innocentium & Honorium jam citatos Alexander IV. Gregorius X. Nicolaus III. Nicolaus IV. Bonifacius VIII. Joannes XXII. Clemens VI. Urbanus V. Gregorius XI. Eugenius IV. Pius II. Paulus II. Sixtus IV. Innocentius VIII. Leo X. Clemens VII. Gregorius XIII. Clemens VIII. quorum jussu Veronica solemniter fidelibus ostensa est, & Paulus V. eamdem in novam Basilicam D. Petri transferri jussit: quod & factum celeberrima supplicatione instituta, anno salutis M.DC.VI.

Præter auctoritatem Pontificum, addncit idem Grimaldus vetera Martyrologia Basilicæ Vaticanæ, instrumenta, & diplomata, & Codices manu scriptos, in quibus sacræ hujus imaginis mentio fit. Addit præterea Petrum Mallium, qui anno Redemptoris 1160. vixit. Nec omittendus Jacobus Cardinalis S. Georgii ad velum aureum, Bonifacii VIII. nepos, qui in libro de Jubilæo Tom. 6. Bibliothecæ Patrum Veronicæ meminit.

Accedat demum consensus eorum, qui Terram sanctam lustrarunt, & Hodœporica sua in lucem ediderunt, inter quos est Breidenbachius, Moguntinę Ecclesiæ olim Decanus, & Joannes Vverli a Zimber Baro, qui anno 1483. peregrinationem Jerosolymitanam iniit; & solemne est peregrinis, inter cætera pietatis loca, monstrare etiam domum Veronicæ, vel potius locum, ubi olim domus Veronicæ steterat, ante cujus fores Domino cum Cruce ad Crucem transeunti Sudarium obtulit, ut sudorem & sanguinem ex sacratissimo vultu abstergeret; quod faciei imagine insignitum recepit.

Nec Germanorum devotio erga hanc effigiem spernenda est, præsertim simpli-
Edit. Paris. pag. 322. ciorum. Nam in postica parte altaris summi imago Veronicæ depingi solet: qui igitur altare circumeunt (plerumque enim ita ædificari consuevit, ut sit circumeundi locus) signo Crucis imagini impresso, mox eodem signaculo frontem suam notant. Et hoc more tam usitato, ut hujusmodi imagines ex assiduo attactu intra paucos annos atterantur, ita ut renovatione opus habeant.

In antiquis etiam Missalibus quarundam diœceseon Germaniæ propria Missa de Veronica, seu imagine Veronicæ exstat, nominatim in Augustano anno Domini 1555. excuso, cui talis Rubrica præfigitur. *Missa de vultu sancto, seu Veronica. Notandum quod Innocentius Papa quartus omnibus fidelibus sequentem Missam de vultu Domini devote celebrantibus trecentos dies, & solam Collectam dicentibus quadraginta dies indulgentiarum concessit* Collecta hæc est. DEUS, *qui nobis signatis lumine vultus tui, memoriale tuum ad instantiam Beatæ Veronicæ Sudario impressam imaginem tuam relinquere voluisti: tribue nobis quæsumus per sanctam Crucem, & glorioſam passionem tuam, ita nunc per speculum & in ænigmate venerari, & adorare, & honorare te ipsum in terris; quatenus te in novissimo die facie ad faciem venientem super nos judicem, securi & læti videre mereamur. Qui cum,* &c.

Additur doxologia rhythmica, quam *Sequentiam* vocant, piis affectibus plena: cujus initium hoc est. *Salve sancta Facies nostri Redemptoris, in qua nitet*

Digitized by Google

ſpecies divini ſplendoris, impreſſa pannículo nivei candoris, dataque Veronicæ ob ſignum amoris. Salve vultus Domini imago beata, ex æterno munere mire decorata, lumen funde cordibus inde tibi data, & ex noſtris ſenſibus tolle colligata. Quarta dein & octava ſtropha hæc canuntur. *Salve robur fidei noſtræ Chriſtianæ, deſtruens hæreticos, qui ſunt vitæ vanæ: horum auge meritum, qui te credunt ſane illius effigiem, qui rex ſit ex pane. Salve gemma nobilis, vera margarita: cælicis virtutibus perfecte munita; non depicta manibus, ſculpta vel polita: hoc ſcit ſummus artifex, qui te fecit ita.* Demum poſtquam hujus vultus ſpeciem vivam & incorruptam decantavit, ita claudit. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui, Domine; dediſti lætitiam in corde meo. Amen.*

Quibus diebus imago Veronicæ olim Romæ ſolemniter oſtendi ſoleret, docet Urbanus V. in Brevi ad Epiſcopum Aretinum. *Venerabili Fratri Jacobo Epiſcopo Aretino noſtro in ſpiritualibus in urbe Vicario ſalutem. Cum non deceat, quod tua Fraternitas, quæ gerit in urbe in ſpiritualibus vices noſtras, ab oſtenſione ſacri Sudarii Domini noſtri* JESU CHRISTI *conſuetis faciendæ temporibus excludatur; Fraternitati tuæ dictum Sudarium ſemel in quolibet infra ſcriptorum dierum, videlicet, Quartæ Feriæ, Cœnæ Domini, Paraſceve, ac Sabbathi Sancti Majoris hebdomadæ, necnon feſti Aſcenſionis Dominicæ, & primæ Dominicæ poſt octavam Epiphaniæ Domini diebus, quibus conſuevit præfatum Sudarium oſtendi populo, per te ipſum libere eidem populo oſtendendi, ac contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendi, non obſtante ſi eis, vel eorum aliquibus conjunctum vel diviſim a ſede Apoſtolica indultum ſit, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, plenam concedimus tenore præſentium facultatem. Datæ apud Montem Flaſconem* IV. *Kal. Aug. anno* VIII.

Oſtendebatur etiam extra tempus præſtitutum & ordinem Principibus, aliiſque viris nobilitate generis, vel dignitate officii conſpicuis; cujus rei exempla ſuppeditat tibi idem Grimaldus apud Bzovium. Hac ætate maximo populi concurſu ſpectanda quotannis exhibetur Feria quinta Majoris hebdomadæ in Cœna Domini. Aliqui Veronicæ in Martyrologio diem certum aſſignant; & quidem Gelaſinius diem quartum Februarii, Petrus Caniſius vigeſimo quinto Martii, quo die vultus CHRISTI linteo impreſſus creditur.

Etiam apud Anaſtaſium Bibliothecarium ἀχειροποίητος effigies occurrit, ſic enim ſcribit in Stefano III. Pontifice. *In una dierum cum multa humilitate ſolicite procedens in Litania, cum ſacratiſſima imagine Domini* DEI *& Salvatoris noſtri* JESU CHRISTI, *quæ Antheropſita* (lege, Acheropita) *nuncupatur. Simulque & cum ea alia diverſa ſacra * miniſteria recipiens, proprioque humero ipſam ſanctam imaginem cum reliquis ſacerdotibus idem ſanctiſſimus Papa geſtans, nudiſque pedibus tam ipſe, quam univerſa plebs incedentes in Eccleſiam Sanctæ* DEI *Genitricis, quæ ad Præſepe nuncupatur, poſito in omnium capitibus populorum cinere, cum maximo * ululatu pergentes, miſericordiſſimum Dominum noſtrum deprecati ſunt, alligans connectenſque adorandæ Cruci* DEI *noſtri pactum illud, quod nefandus Rex Longobardorum diſrupit.* *Edit. Pariſ. pag. 323.*

Legendum eſſe Acheropita, liquet etiam ex Sigonio, qui libro tertio de Regno Italiæ hunc locum Anaſtaſii paraphraſtice exprimens ita ſcribit: *Ad extremum ipſe Sanctam Salvatoris imaginem, non hominis manu pictam, ſed ab ipſius ore formatam in humeros, adjuvantibus ſacerdotibus ſuſtulit, atque ab univerſo proſequente populo nudis pedibus ad Baſilicam ad Præſepe proceſſit, tabulis fœderis ab Aiſtulfo temere violati a Crucis vexillo prælatis, ibique capitibus omnium cinere, humilitatis argumento conſperſis, vehementibus fletibus divinam opem ac miſericordiam invocavit.* Hæc Sigonius. Baronius anno 753. legit; *quæ acheropoëta, non manu facta nuncupatur.* Nec arbitror aliam fuiſſe, quam non manu factam Veronicæ imaginem; hæc enim tunc Romæ erat: Edeſſena effigies circa hæc tempora necdum Conſtantinopolim perlata fuerat; tantum abeſt ut quis cum ratione ſuſpicari poſſit, eam tunc a Romanis poſſeſſam eſſe. Porro vultum Chriſti effigiare (ad exemplum producti dubio Veronicæ) admodum uſitatum fuit: nam ut eſt apud Anaſtaſium in Adriano primo, *iſte Pontifex, in Baſilica ſancti Pauli Apoſtoli fecit ex laminis argenteis imagines tres*, &c. *Unam quidem habentem vultum depictum Domini noſtri Jeſu, & ex utriſque lateribus imagines depictas habentes effigies Angelorum*, &c. Et Leo III. *renovavit imaginem auream, habentem vultum Salvatoris noſtri Domini Jeſu Chriſti*, &c.

Digitized by Google

Objicies : Imaginem Veronicæ etiam Giennæ in Hiſpaniis aſſervari, ac religioſe coli. Reſpondeo : forte eſſe exemplar ex Romano autographo deſumptum, quod poſteris temporibus pro ipſo prototypo haberi cœperit, ut ſæpe factum in hac ſacrarum Reliquiarum materia, nullo pietatis detrimento, imo potius incremento. Sed quia Hiſpanorum zelus hoc reſponſum vix dignabitur ad aures admittere: Dico cum aliis; velum ſeu Sudarium illud Veronicæ fuiſſe duplicatum; imo, ut quidam ajunt, triplicatum, omnibuſque tribus partibus imaginem vultus Chriſti impreſſam; & ex his unam imaginem veniſſe Romam; ſecundam, in Hiſpaniam; tertiam eſſe Jeroſolymis. Ita Salmeron noſter Tom. X. in Evangelicam Hiſtoriam Tractatu trigeſimo tertio. Nec Chriſto difficilius fuit omnibus tribus veli partibus ſuam imaginem imprimere, quam uni: & qui credere renuit, nullam aliam non credendi cauſſam habet, præter cerebroſam capitis ſui obſtinationem. Nam Chriſtum id facere potuiſſe, nemo ſanæ mentis inficias ierit. Non feciſſe, unde inficians compertum habet? accedente præſertim tanta & tam inveterata populi Chriſtiani conſenſione, & erga has imagines pietatis plena affectione & ſumma veneratione.

Edit. Pariſ. pag. 324.

DE IMAGINIBUS DIVÆ VIRGINIS a ſancto Luca pictis.

CAPUT XVIII.

IMaginem Divæ Virginis a ſancto Luca pictam fuiſſe teſtatur his verbis Theodorus Lector libro primo Collectaneorum. *Pulcheriæ Eudocia imaginem matris Chriſti, quam Lucas Apoſtolus pinxerat, Jeroſolymis miſit.* Hujus imaginis a S. Luca pictæ ter meminit Nicephorus Calliſtus; primum quidem libro ſecundo cap. 43. *Fertur is quoque primus Chriſti, & quæ eum ita, ut decebat, genuit Matris, atque item Principum Apoſtolorum effigiem pingendi adumbraſſe. unde in omnem deinde habitabilem orbem tam venerandum & pretioſum opus eſt illatum.*

Iterum & fuſius libro decimo quarto capite ſecundo: *Ædificavit item Pulcheria templum, quod τῆς ὁδηγῶν, hoc eſt, viæ ducum cognomine clarum eſt: in quo divinam illius imaginem quam Lucas Apoſtolus in tabula depictam reliquit, ſacrumque penſum, & Servatoris ipſius faſcias, perinde atque theſaurum quem ad eam Eudocia Auguſta, cum Jeroſolymam profecta eſt, miſit, ſervandas curavit.*

Rurſus libro decimo quinto, capite decimo quarto de eadem imagine ſcribit: *Condidit Pulcheria templum τῆς ὁδηγῶν (addito Monaſterio) ibi Antiochia miſſam Verbi Matris imaginem dedicavit, quam Divus Apoſtolus Lucas ſuis ipſe manibus depinxit, illa adhuc vivente, & tabulam ipſam vidente, gratiamque adeo formæ ſuæ illi immittente.* Ita Nicephorus. *Sed hæc fabulam reſipiunt, ut pleraque alia,* inquiunt fabulatores Magdeburgenſes Cent. 5. cap. 6. col. 646. At ſi fabuloſum eſſet, quicquid iſti pro fabulis reputant, jam præpoſterus orbis foret; & fabulæ veritas, & fabula veritatis locum teneret. *Ad fabulas convertentur,* ait Apoſtolus de hæreticis; idque non tantum ad fabulas, quæ vere fabularum nomine cenſentur, ſed & ad fabulas imaginarias, quas ipſi ſibi fingunt; cum fabulæ non ſint, ſed ipſius veritatis effata.

Eſt hæc imago illa, quæ poſtea a templo ſeu Monaſterio τῆς ὁδηγῶν, Ὁδηγήτρια, ſeu imago Virginis *Hodegetriæ* appellari cœpta eſt, ſummæ apud Conſtantinopolitanos religionis ac venerationis, ut te docebit Nicephorus Gregoras libro quarto, non procul ab initio, & libro nono ubi exponit, quomodo ad hanc imaginem Andronicus Senior Imp. capta a nepote Conſtantinopoli, tutelæ gratia, confugerit. Adde Cantacuzenum lib. 1. cap. 59. & lib. 4. cap. 1. & Georgium Codinum Curopalatam in libello de Officiis Aulæ Conſtantinopolitanæ. Vide quæ de hac effigie ad hunc auctorem notavimus lib. 3. Commentariorum ad Codinum.

De eadem imagine accipienda videntur illa ſancti Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani, in actis ſancti Stephani Junioris. *Ab Evangeliſta Luca imaginem Virginis Dei Genitricis pictam novimus, quæ ab Jeroſolymis miſſa eſt.* Variat Glycas pag. 4. *Inter cetera Germanus in medium proferebat effigiem Domini, per Thaddæum Au-*

Digitized by Google

garo missam, & Edessæ conservatam. Præterea memoriæ proditam ab Apostolo Luca imaginem, quæ Romam ad Theophilum missa fuit.

Diversa ergo hæc fuit ab Hodegetriæ effigie; quandoquidem hæc Eudociæ Imperatricis missu & dono Constantinopolim venit: illa autem ab ipso Luca Romam missa sit. plures porro imagines Virginis Deiparæ sancti Lucæ penicillo depictas esse, paulo post ostendemus.

Nota non adversari sibi mutuo, quod Nicephorus bis scribit, hanc imaginem missam esse Jerosolymis, & tertio dicit, missam Antiochia; fortassis enim hæc imago Antiochiæ asservabatur, ibique muneri accepta ab Eudocia Jerosolymam proficiscente, Jerosolymam venit, & inde Constantinopolim ad Pulcheriam. Deinde Antiochia est in itinere Jerosolymis Constantinopolim euntibus. potuit igitur dici ob celebritatem urbis, & quia S. Lucas Antiochenus erat, Antiochia venisse Constantinopolim. *Edit. Paris. pag. 325.*

Illud non probo, quod in Menæo 18. die Octobris, quo anniversaria memoria S. Lucæ colitur, proditum est, hanc imaginem a D. Luca factam fuisse ex cera. Repugnant Græci historici, qui consensu tradunt, fuisse imaginem pictam in tabula. Et si ex cera fuisset, S. Lucas potius hic plasten, quam pictorem egisset; cum tamen scriptores S. Lucam non plastis, sed pictoribus annumerent. Quamquam video Theophanem Cerameum homil. de imaginum restitutione ejusdem sententiæ esse cum Menæo, dum ita scribit: *Imo & Lucas disertus ille Evangelista imaginem Deiparæ cera & coloribus depinxit sacris brachiis tenentem Dominum, quæ usque ad hodiernum diem Constantinopoli asservatur.*

Sed quæri potest, an sanctus Lucas non pinxerit plures D. Virginis imagines? Respondet Menæum, sanctum Lucam, ἐν ἑτέραις δύο ζωγραφῆσαι, *duas alias ejusdem Deiparæ imagines pinxisse*, imo plures, inter quas merito suo venerabilis est illa, de qua ex antiquis Rituum libris Sigonius libro 1. de Regno Italiæ, cujus verba subjiciam. *Quibus rebus permotus Gregorius* (Magnus Pontifex) *ad cætera cælestis iræ* (peste immaniter grassante) *piacula postero anno religiosam in die Resurrectionis supplicationem instituit, atque solemni in pompa Sanctam Virginis Dei Genitricis imaginem extulit. Hæc ex ore ejus Lucæ Evangelistæ manu affabre ad vivum expressa jam tum in æde Divæ Mariæ ad Præsepe in Exquiliis sita, eximia populi religione conservabatur: Factum est autem, ut imaginem ipsam, quacumque ferretur terra, pestilentis cæli gravitate cedente, optata salubritas sequeretur. Qua de re Deo gratulantibus omnibus, ecce Angelus sanctam Virginem his vocibus e cælo alloquens est auditus.* Regina cæli lætare, Alleluja. Quia quem meruisti portare, Alleluja, Resurrexit sicut dixit, Alleluja. *Quam ubi Gregorius auribus orationem excepit, statim divino instinctus spiritu in hunc modum explevit:* Ora pro nobis Deum, Alleluja. *Exinde Antiphona solemnis Ecclesiæ Paschalis argumento lætitiæ mansit. Neque ita multo post Angelus super Hadriani molem astans, ac strictum mucronem vagina recondens conspectus est. Quo viso Gregorius exhilaratus converso ad populum ore; Bono omnes, inquit, animo estote: nam optatus divinæ iræ, ac furentis jam pridem pestilentiæ finis, Deo ipso annuente, ostenditur. Atque ita ut ille presensit, ipse deinde morbus elanguit. Ab hac re moli S. Angeli nomen est inditum. Hæc ita ut in Ritualibus scripta sunt, retuli.* Ita Sigonius.

Hanc postmodum effigiem Divus Gregorius Divo Leandro Hispalensi Præsuli, inquit Ludovicus Nonius in sua Hispania, *una cum Moralibus in Job libris, aliisque reliquiis dono misit. In Cathedrali templo summo cum honore servata fuit, donec luxu libidineque enervatam Hispaniam Pœni impune vastarent, Christianis undique fugientibus. Hispalenses aliquot sacerdotes infidelium manibus elapsi Toletum fugerunt, ablatis aliquot sanctorum reliquiis, una cum sacra hac effigie, qui cuncta hæc prope amnem Guadalupe, Barbarorum metu in marmoreo sepulchro, adjunctis litteris in rei gestæ memoriam, ingesta tellure condidere. Multis demum elapsis seculis tempore Alphonsi* XI. *accidit, ut bubulcus amissum bovem adverso amne Guadalupe investigaret, quem mortuum reperiens, dum parat corio nudare, revixisse videt attonitus: cum se illi Diva Virgo augusta specie derepente obtulit, imperans ut Clero significaret, ut eo loci occultatam sacram effigiem effoderent, ibique dedicata æde collocarent. Pastor hic domum rediens, inusitata in Deum flamma, & D. Virginem religione accensus, ut cælestibus mandatis obtemperaret; ecce tibi familiam omnem luctu & merore obsitam, ob filii mortem; sed ipse insolita quadam in D. Virginem spe, preces tanto animi fervore fudit, ut iterum cunctis stupentibus vitalis cerneretur. Statimq; universo Clero rei gestæ seriem omnem retulit,* *pag. 326.* *recenti miraculo confirmatam. Omnes illico ad indicatum locum convolant, repertamque ima-*

Digitized by Google

ginem tumultuaria excitata aedicula reponunt. Miraculi hujus fama universam momento Hispaniam pervasit: magnus eo statim concursus fieri, frequentes se Divæ Virgini commendare, universi opem auxiliumque ærumnis suis experiri. Rex ipse Alphonsus XI. fama rei excitatus huc venit, multumque agri, Castri Julii, & Talabricæ, templo & Cœnobio assignavit, ut Deo commodius obsequium præstarent: templum etiam majori ambitu extruxit, variisque ornamentis decoravit. nec incassum. Nam vix elapso triennio Divæ Virginis præsens numen sensit; memorabile enim adversus quinque potentissimos Pœnorum Reges prælium commisit prope amnem Salsum, non procul a Tariffa, & adjuvante Alphonso Lusitaniæ Rege, socero suo, victor evasit, circa annum CIↃ. CCC XL. *ipse Rex hostium spolia Deo obtulit, inter quæ adhuc magni ex ære tripodes templi parieti affixi cernuntur.*

Templum undique variis donariis, & frequenti anathemate septum est, columnæ votivis tabellis tectæ: hæc inter conspicuus est cereus immensæ magnitudinis ex cera alba, quem Olisipponensis populus sæva pestilentiæ lue Divæ Virginis ope liberatus anno CIↃ. CCCC. XC. *offerendum curavit: nam vasa sacra, tam aurea, quam argentea recensere immensum foret. Argenteæ lampades* XXX. *perpetuo lumine visuntur, inter quas aliquæ opere & magnitudine conspicuæ. Inter multa Regum Principumque donaria videre est majoris tormenti bellici ferreum globum, quem Alphonsus Albuquercius, avorum memoria, Indiæ Prorex, in monumentum miraculi, quo eum D. Virgo in Goensi obsidione tutata est, misit; nam cum schapha flumen subiret, comes quidam ejus ita tormenti globo discerptus fuit, ut illius cerebro fœdatus fuerit; quo ille periculo commotus, in D. Virginis Guadalupicæ se tutelam commendat. Vix orationem finierat, cum tormento excussus globus pectus illi percussit, sed innoxie, & ad pedes ejus delapsus fuit, licet vix a* XL. *passibus excussus fuisset: nunc argenteis incrustatus bracteis hic servatur, cum quo monile misit, multis gemmis & adamantibus ornatum. Effigies hæc D. Virginis ex ligno est, quod cum cariei obnoxium admodum est, mira tamen Dei providentia per* DC. *annos sub terra incorruptum duravit. Fusci vero coloris est, & vultui majestas inest tanta, ut referant æditui, se fixis oculis non posse illam intueri: reverentia enim sentiunt sibi oculorum aciem præstingui.* Hæc Ludovicus Nonius in sua Hispania cap. 61.

Alia imago a Divo Luca picta colebatur Romæ in Monasterio Sanctæ Mariæ trans Tiberim, de qua Theodoricus de Appoldia in vita sancti Dominici libro secundo cap. 5. hæc memoriæ prodidit. *Erat tum in Urbe insigne quoddam Monasterium Sanctimonialium, quod Sanctæ Mariæ trans Tiberim dicebatur, in quo venerabilis & omni honore dignissima ejusdem Virginis Matris servabatur imago, quam Beatissimus Lucas Evangelista ad vultus ejus & habitus similitudinem ad vivum plane creditur depinxisse. Quæ quidem piissima imago nescio quo casu illi Ecclesiæ sublata fuerat; sed illi cœlesti miraculo fuit restituta. Eam vero, ut par est, illius monasterii sorores, & Romani omnes inæstabili studio venerabantur. Ad hunc ergo locum ut B. Dominicus accessit, Abbatissam & sorores omnes, una tamen dempta, ad Pontificis voluntatem instruxit: cunctæque immanus ei obedientiam promiserunt, se inde migraturas, si illa dulcissima imago cum ipsis vellet transferri. Et conditionem libenter accepit sanctus Dominicus, illud adjiciens; si illa desiderabilis imago, uti olim ad suam rediret Ecclesiam, & ipsæ pariter assent ab hac obedientia absolutæ.*

Et cap. octavo postquam Sanctimonialium ad Ecclesiam sancti Sixti migrationem exposuisset, subdit; *Romani illam insignem B. Matris Dei imaginem, quæ apud Moniales trans Tiberim fuerat, inde tolli nolebant, quod facilior illic eis ad illam contemplandam aditus pateret. Itaque vir sanctus nocte sequenti duobus Cardinalibus, Nicolao Tusculano Episcopo, & Stephano, cujus nepotem ad vitam revocarat, comitantibus, & cum permultis aliis, simul etiam magna hominum copia tum præcedante, tum subsequente, nudis pedibus incedentibus, illam cunctis optatissimam & dulcissimam Virginæ Matris imaginem, propriis humeris reverentissime deportavit: quam sanæ sorores nudis pedibus erantes, expectabant, & cum lachrymis multaque animi exultatione exceperunt: permanetque ea apud illas usque in hodiernum diem.*

Edit. Paris. pag. 327.

Quod autem iste auctor postea affirmat, hanc esse imaginem illam, quam S. Gregorius pestilentia sæviente in processione circumtulerit, id qua veri similitudine constet, nescio: nam locorum circumstantiæ aliud suadent. His adde imaginem D. Virginis Lauretanæ; nam & hanc a D. Luca pictam esse vetus traditio tradit. Vide Turselinum lib. historiæ Lauretanæ cap. 2. & 3.

REPEL-

Digitized by Google

REFELLUNTUR NUGÆ HOSPINIANI de Imaginibus a S. Luca pictis; & quando Pſellus & Metaphraſtes vixerint.

CAPUT XIX.

HOſpinianus in Farragine ſua de Templis ait: *Pontificios aſſerere, a Luca quatuor imagines Deiparæ Virginis Romæ depictas eſſe, in eo loco, ubi templum Mariæ, quæ dicitur Inviolata; earum unam hoc in templo ſervari. Alteram oſtendi ad Mariæ Novæ, Troade a Luca depictam, & poſtea ab angelo Romam tranſportatam. Tertiam aſſervari ad Mariæ, quæ dicitur* Ara Cœli, *ea forma, qua prope Crucem erat. Quartam in ſancti Auguſtini, quam S. Lucas perpetuo ſecum geſſerit, eamque ſecum in ſuo ſepulchro defodi voluerit.*

Utinam citaſſet Hoſpinianus aliquem Pontificium ſcriptorem, qui hæc in ſcripta retulerit, ſed ſilet, ut eo tectius ſua commenta prodat. Quomodo S. Lucas quatuor, quas memoras, imagines Romæ pinxit, ſi, ut dicis, ſecunda imago picta eſt Troade? Si Troade, quomodo Romæ? Nec Calviniſta ſecum exputare poteſt, quomodo Lucas tot imagines, quot vulgo feruntur, pingere potuerit. Vixit S. Lucas teſte S. Hieronymo in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum, octoginta quatuor annos. An tanto vitæ ſpatio illas, quæ ejus nomine feruntur imagines, pingere non potuit? Non ſunt centum, non quinquaginta, imo nec triginta; forſan ne viginti quidem. Et incredibile nobis videbitur, tam paucas D. Viginis iconas S. Lucam intra 48. annos effigiare potuiſſe?

Omitto jam illam imaginem a D. Luca pictam, quæ olim Cretenſibus ſummo in honore ac pretio erat: ex qua exemplum deſumptum ante aliquot centenos annos cum particula de ſancta Cruce, multiſque aliis pretioſis reliquiis Bavariam pervenit; & nunc aſſervatur Bergæ in ſacello arcis in parochia Auffkirchenſi ad locum Vvormbſee: cujus ectypon æri incidendum, & per piorum conceſſus ſpargendum non ita pridem curavit nobilis & magnificus Dominus *Joannes Georgius Hevvardus*, Bavariæ Cancellarius, & Sereniſſimi Bojorum Ducis *Maximiliani* Conſiliarius intimus. Brachio ſiniſtro tenet Deipara Chriſtum, puerulum, accedente etiam ad tenendi miniſterium manu dextera, eumque ſuaviter diſſuaviatur.

Oggerit Hoſpinianus. *Lucas non fuit pictor, ſed medicus, teſte S. Paulo, qui Lucam vocat medicum, non pictorem. Salutat vos Lucas medicus. Quomodo igitur imagines Deiparæ pinxit, ſi non fuit pictor?*

Reſpondeo; argumento Calviniſtæ fundum & fundamentum eſſe dictum ſancti Pauli: *Salutat vos Lucas medicus*. Quid ſi ſanctus Paulus nec medicum nominaſſet? ſed abſolute pro more ſuo dixiſſet, nullo adjecto profeſſionis vocabulo: *Salutat vos Lucas*: an ideo medicus non fuiſſet? An ſancti Pauli ſilentium medicinæ ſcientiam ſancto Lucæ ademiſſet? Pari modo licet pictorem non appellaverit, pictorem tamen fuiſſe, neutiquam inficiatus eſt. Et ſi pictorem nominaſſet, haud defuiſſet Calviniſtæ gloſſa, fuiſſe ſcilicet pictorem, quod in Evangelio ſuo B. Virginem & Chriſtum egregie depinxerit. Quo forte ſenſu illi Lucas quoque eſt medicus, ſpiritualis nimirum; qui & vivens prædicando & jam per ſcripta ſua plurimis ægris medicinam fecerit, & etiamnum faciat. Ita Calvinianum numquam cavillandi & tergiverſandi ſolertia deſtituit. Nobis ſatis eſt, S. Lucam ab antiquitate pictorem habitum eſſe: cujus exiſtimationis teſtes habemus omnes illos, qui a S. Luca Chriſti & Deiparæ Virginis imagines pictas eſſe ſcribunt, ut & Glycas, Nicephorus, Gregoras, Nicephorus Calliſtus, Metaphraſtes in vita S. Lucæ & alii. *Edit. Pariſ. pag. 328.*

Hoſpinianus ad mentionem Metaphraſtæ nauſeat, & vomiturit, imo vomit; ſed convicia, dictitans: *illum fuiſſe trivialem Conſtantinopoli Lugimaſtrum, mendaciorum legendas ſcripſiſſe, nec amplius abhinc ducentis viginti annis vixiſſe*. Sed convicium *de triviali ludimoderatore* refellit Pſellus in encomio Metaphraſtæ tom. 6. Surii 27. Novembris, qui ait Metaphraſten *fuiſſe genere clarum, illuſtri familia natum, & abundaſſe divitiis, & in Aula Imperatoribus fuiſſe a ſecretis, & conſiliis intimis*. Poſtea illud quoque munus obiiſſe, cujus eſt *ea, quæ adferebant exteri, nunciare Impe-*

Digitized by Google

Imperatori, & rursus exteris ea, quæ Imperator jubebat: eum insuper instar fulgidæ facis resplenduisse, ut radiis suis non tantum Constantinopolim, sed & vicinas civitates, imo universum mundum illustraverit. Num hæc & similia *in trivialem magistrum* conveniunt?

In concilio Florentino sess. VII. Andreas Rhodi Præsul Græcos alloquens ita infit: *In primis igitur Simeon Metaphrastes vestris in Ecclesiis celeberrimus accedat.* & sess. eadem idem Rhodi Archiepiscopus. *Legatur ille, qui a vobis quotidie legitur in Ecclesiis Simeon Metaphrastes.* Josephus Methonensis Episcopus contra Marcum Ephesinum: *Simeon novus Theologus, qui & Metaphrastes.* Gennadius quoque in Apologia pro Concil. Florentino, & alii qui pro Latinis contra Græcos scripserunt, inter quos omnium eminentissimus est Bessarion Cardinalis & Archiep. Nicænus, Metaphrasten honorifice pro testimonio citant. Num *trivialis ludirector* in Ecclesiis Græcorum tantam celebritatem umquam assecutus fuisset? Nam quod Calvinista *mendaciorum* crepat *legendas*, id facit more suo solens. Homo hæreticus ad fabulas ex hæreseos suæ genio conversus veritatem in fabulam transmutat; non quidem reipsa, sed phantasia sua. Hinc ut Midæ, quicquid tangebat, in aurum vertebatur; ita istis, quicquid historiæ Ecclesiasticæ tangunt, per læsam imaginationem in fabulam abit.

De ætate Metaphrastæ immaniter hallucinatur Calvinicola: nam si non nisi ducentis viginti annis a nostra ætate distaret, paucis annis Concil. Florentinum antecessisset (quod celebratum est anno Redempt. 1438. & 1439. hoc est, ante annos centum & octoginta tres) sed incredibile est Metaphrasten tam nuperum tantam auctoritatem tantillo tempore acquirere potuisse; ut ea Græcis in Concilio Oecumenico una cum vetustis Patribus opponeretur.

Deinde Psellus encomiastica oratione laudes Metaphrastæ decantavit: at Psellus vixit circa annum Redempt. 859. Vide Baronium Tom. x. anno Christi prædicto. Necesse est igitur Metaphrasten multo antiquiorem esse, quam fingat iste Calvinista; qui reperit effugium, clamitans, *alium Metaphrasten esse, quem Psellus laudat; & alium, qui legendas Sanctorum conscripserit.* Vanissimum effugium. quia ipsemet Psellus diserte profitetur Metaphrasten, quem laudandum susceperat, Vitas Sanctorum partim de integro composuisse, partim ex aliis collegisse, & in suos Tomos transtulisse, eumque in finem non paucos scribas, librarios, & notarios grandibus impensis aluisse.

Edit. Paris. pag. 329. Porro quam absurdum sit duplicare Metaphrasten, videtur ipsemet Calvinista advertisse. Itaque Psellum duplicat vociferans, duos fuisse Psellos, alterum antiquiorem & celebriorem illum; alterum, recentiorem; & hunc encomii in Metaphrasten auctorem esse. Non dubito plures *Psellos*, *Traulos*, & *Balbos* fuisse; sed plures Michaeles Psellos omni disciplinarum genere excultissimos extitisse, & unum ex illis non nisi ducentis viginti annis a nostro tempore abfuisse, id vero probatione eget. At unde id probabit Calvinista? Sed demus duos fuisse Psellos; quandoquidem lego Michaelem Psellum in Dioptram Philippi solitarii a Pontano nostro Latine conversi præfantem; vixit autem Philippus sub Alexio Comneno Imp. Constantinop. qui Imperium iniit anno salutis 1081. Quare alium esse oportet ab illo vetustiore, de quo antea diximus. Demus, inquam, duos fuisse Psellos, & hujus posterioris ætate floruisse Metaphrasten; at nihilominus longe plures quam 220. anni colligentur ab Alexio Comneno, usque ad hoc nostrum sæculum, ut proinde Calviniста etiam hoc computu ab insigni hallucinatione vindicari non possit.

Deinde, unde potius hunc recentiorem Psellum encomii illius auctorem esse novit, quam seniorem illum, de quo supra? Ex qua litterula encomii hoc exsculpsit, vel exsculpet? Dicit Psellum floruisse sub Constantino Duca anno 1065. Non extricas te. etiam hoc numero, non stat tuus numerus; ut per se planum est. Sed sit ita. floruerit clarissimus ille Psellus sub Constantino Duca, & sub Diogene Romano, & sub Michaele Ducæ filio, cujus etiam præceptorem egerit, teste Zonara in Michaele, scripseritque Metaphrastæ encomium; tamen ab anno 1065. usque ad nostram ætatem longe plures anni confiunt, quam 220.

De vetustiore illo Michaele Psello hæc Joannes Curopalata in Michaele III. Imp. ubi de Leone Philosopho scribit: *Grammaticam asserebat se Leo & poeticam Constantinopoli didicisse, reliquas vero disciplinas, cum in insula Andro commoraretur: ibi enim cum studioso quodam homine Michaele Psello versatus, atque ab eo perceptis ele-*

Digitized by Google

mentis atque rationabilibus quibuſdam & principiis, quando non quantum voluit, comprehendit, obibat Monaſteria. Huic igitur Pſello annis longe majori, cur Calviniſta encomium Metaphraſtæ cum Baronio non tribuat, cauſſæ nihil habet, niſi odium in Metaphraſten, inque Sanctorum hiſtorias.

Quod autem hiſtoriæ quædam Sanctorum, qui poſt Metaphraſten vixerunt, in Metaphraſtæ Tomis inveniuntur, ne mireris: A poſterioribus ſuperadditæ ſunt, ut fieri ſolet in hujuſmodi ſcriptionibus, & collectionibus. Hactenus de Calviniſtæ Hoſpiniani inſcitia, & importunitate.

Verumenimvero hic a me impetrare non poſſum, quo minus promam ſuſpicionem, quam menti meæ injicit Joſephus Methonenſis ſupra citatus verbis illis: *Simeon novus ſeu junior Theologus, qui & Metaphraſtes*: ſuſpicor enim ipſiſſimum Metaphraſten eſſe Simeonem illum juniorem Theologum, cujus orationes XXXIII. de moribus Chriſtianis & Monaſticis, & alia nonnulla ex Græco vertit & publicavit Pontanus noſter: nam *novus* ſeu *junior Theologus* appellatur, reſpectu antiquioris Gregorii Nazianzeni, qui *Theologi* nomen ob inſignem rerum cæleſtium cognitionem adeptus fuerat; quod eamdem ob cauſſam multis poſt ſæculis obtigit huic Simeoni, (ſed addito τῷ νέῳ vocabulo) *qui & Metaphraſtes*, ut inquit Joſephus Methonenſis.

Confirmat non parum hanc meam ſuſpicionem Index Bibliothecæ Vaticanæ, ubi in Codice 38. *Scamni quinti* hæc leguntur. τῷ Μεταφραστῇ Κυρῷ Συμεὼν τῷ νέῳ Θεολόγῳ περὶ προσοχῆς *Metaphraſtæ Domini Simeonis novi ſeu Junioris Theologi de attentione*. Ubi iterum vides, eum, qui junior Theologus eſt, nominari *Metaphraſten*.

Nec obſtat, quod Pſellus in Encomio Metaphraſtæ alia ejus opera non percenſet, niſi Tomos, quibus vitas & hiſtorias Sanctorum complexus eſt; non enim Pſello propoſitum erat Indicem omnium lucubrationum Metaphraſtæ texere, ſed ſatis habuit Hiſtorica Sanctorum volumina attigiſſe.

Nec rurſus obſtat quod de Metaphraſte, tamquam de homine Monaſticen numquam profeſſo, loqui videatur, cum Simeon ille a Pontano Latine verſus fuerit Monaſterii S. Mamantis ad Xylocercum *Hegumenus* ſeu *Præpoſitus*; nam Pſellus brevitati ſtudebat, nec omnia, quæ poterat, ſed quædam adducere volebat. Teſtatur id ipſum Encomium valde profecto & rebus & verbis conciſum. *Edit. Pariſ. pag. 330.*

Occurrit hic inſignis hallucinatio ſeu Geſneri, ſeu ejus, qui Epitomen Geſnerianæ Bibliothecæ confecit, qui V. *Symeon*, iſta: *Symeonis Xerocerci Principis capita practica, & Theologica centum*, &c. Ubi habes novum Principem, & novum Principatum *Xerocercum* in Thuricenſi officina cuſum. Sed valeat novus hic cuſor & fuſor; nam Simeon iſte eſt *Hegumenus*, ſeu Antiſtes S. Mamantis ad *Xerocercum* ſeu *Xylocercum*.

Non levius ibidem hallucinatur: *Symeon Conſtantinopolitanus, Ludimagiſter, compoſuit Græce Metaphraſtas, id eſt, Sanctorum vitas, quæ ſingulis menſibus proprie leguntur*. Nota hic Hoſpinianum *Ludimagiſtri* convicium & ſcomma a ſuo populari, ſeu Geſnero, ſeu Phryſio mutuatum eſſe; cum Metapraſtes & opibus abundarit, & dignitatibus in Aula Imperatoria floruerit, longe ſupra omnem Ludimoderatorum fortunam evectus.

Deinde obſerva novum Helleniſmum: *ſcripſit Metaphraſtas*, id eſt, Sanctorum vitas. Quis umquam ad hunc uſque diem audivit, *Metaphraſtas*, eſſe Sanctorum vitas? Dices, eſſe mendum typographicum, ſcribendumque; *Metaphraſas*. At hic iterum quæro, qualis vox *Metaphraſas?* Sed reponamus *Metaphraſes*. Num vox *Metaphraſes* abſolute poſita vitas Sanctorum ſignificat, nec qualeſcumque, ſed *quæ ſingulis menſibus proprie leguntur?* Sunt ſcilicet Sanctorum quædam vitæ ac hiſtoriæ, quæ non *proprie*, ſed *improprie* leguntur. Bonam ſane operam navavit Metaphraſtes, cum eas Sanctorum vitas, quæ *proprie* leguntur, ſejunxit ab illis, quæ *improprie* leguntur. At quænam illę? Hęc nimirum eſt Novatorum peritia, qua in rebus & Hiſtoriis Eccleſiaſticis tractandis verſari conſuerunt: cum vel pueris notum ſit, Metaphraſten eum dici, qui aliquid vel de una lingua in aliam transfert; puta de Greca in Latinam; vel ſervato eodem idiomate, orationi novum colorem induit, emendato ſtylo, additiſque quę addenda, & detractis, quę detrahenda videntur. Et ab hac ſecunda notione nomen *Metaphraſtæ* Simeoni noſtro venit; & Hiſtorię Sanctorum quas in Tomos ſuos conjecit, vere ſunt Metaphraſes, quia pleriſque nonnulla, limato dicendi genere, adjecit, & rurſus quędam detraxit, prout vel neceſſitas, vel voluntas ferebat.

Digitized by Google

Nec ſilendum illud : Pſellum a Joſepho Methonenſi Epiſcopo, in Apologia contra Marcum Epheſium, annumerari ſchiſmaticis Cabaſilæ, Palamæ, Camatero, Phurnio, Moſchampari Bulgaro, Nicolao Methonenſi, & Panareto, qui diſputationibus & ſcriptis ſuis Eccleſiam Latinam inſectati ſunt: nec admodum ſecundæ famæ eſt Pſellus apud Zonaram in Romano Diogene Imperatore, quippe unus ex conjuratis contra hunc ipſum Imperatorem : & in ſucceſſore Michaele Ducæ filio deſcribitur, quaſi parum accuratus ejuſdem moderator & inſtitutor.

FINIS.

Digitized by Google

NOTITIÆ GRÆCORUM EPISCOPATUUM

A LEONE SAPIENTE AD ANDRONICUM PALÆOLOGUM.

TITULI HONORIS ET SALUTATIONES

Quibus Proceres tum Eccleſiaſtici, tum Palatini colebantur in Orientis Imperio.

A P. JACOBO GOAR ORD. PRÆDICATORUM collecta, vel recenter edita.

Digitized by Google

Digitized by Google

RECENTIORES ORIENTALIUM EPISCOPATUUM NOTITIÆ,

A FRANCISCO JUNIO PRIMUM EDITÆ, tum a PP. Jacobo Gretſero & Carolo a S. Paulo auctæ, demum a P. Jacobo Goar iterato locupletatæ, recognitæ, & in unum collectæ.

Edit. Pariſ. pag. 333.

P. JACOBI GRETSERI PROOEMIUM.

UTrum quæ ſequuntur, adjecta ſint ab ipſo Codino, an ab alio, dicere non habeo. Addere placuit, tum quia Junius ſuæ editioni adjunxit; tum ut Lector una mecum tot nobiliſſimarum Eccleſiarum interitum deploret; pleræque enim vel funditus interierunt; vel, ſi quæ ſuperſunt, ſub Turcico jugo hodie gemunt. Quibus quæ tanti mali cauſſa, niſi ſchiſma & hæreſis, & a ſede Apoſtolica Romana defectio? Certe enim, quam primum Græci a Cathedra Petri ſeſe abjunxerunt, quotidie res eorum in deterius labi cœpere; donec tandem juſtiſſimo Dei judicio, in eas calamitates incidere, cum quibus hac etiam ætate conflictantur. Id ita eſſe libens fatebitur, quiſquis a Phothio, præcipuo ſchiſmatis architecto, hiſtoriam Græcorum uſque ad everſum eorum Imperium revolvere volet.

Malorum in Græcia cauſſa.

Subjiciuntur nonnulla de titulis. nimirum Græcia ventoſa titulis numquam ſatiari potuit; licet plerumque eſſent tituli rerum inaniſſimi.

Vides hic itidem non Patriarcham, ſed Imperatorem fuiſſe Græcorum *Papam*; qui arbitratu ſuo Metropolitanos, Archiepiſcopos, Epiſcopos ponebat & deponebat, & quaſi pilas modo in hunc, modo in illum locum jactabat. Cujus rei culpam nemo alius ſuſtinebat, niſi ipſi Græci, qui Imperatori ſuo ſerviliter adulantes, omnia ei præter ſacrificandi poteſtatem conceſſerant. Id ut clare intelligas, en tibi Demetrii Chomatiani in reſponſis ad Cabaſilam pluſquam paraſiticam aſſentationem. *Imperator ut communis in Eccleſiis ſapientum Princeps & re & nomine, ſ nodorum placitis præſidet, & auctoritatem ipſis largitur. Eccleſiaſticas ordinationes diſponit, & legem ponit vitæ atque officio eorum, qui altari inſerviunt: quin & judiciis Epiſcoporum, & Clericorum, & electioni Eccleſiarum vacantium. Promovet inſuper a minori dignitate ad majorem, puta ab Epiſcopali ad Metropolitanam, honorem eum exhibens aut urbi aut homini. In ſumma præter ſacrificandi poteſtatem, cætera omnia jura tenti-*

Imperator Græcus eorumdem Papa.

Servilis Græcorum adulatio nimirum Impp. indulſit.

Non datur ultra.

Digitized by Google

ficalia manifeſte exprimit imperator, quibus in rebus convenienter agit, & legibus & Canonibus. Poterat ergo Græcanicus Imperator ſuorum quoque audire confeſſiones, quandoquidem omnia poterat, præter Miſſam ſeu Liturgiam celebrare. Hunc Chomatiani locum profert Hugo Grotius Calviniſta in *Pietate* Ordinum Hollandiæ & Weſtfriſiæ; ut eamdem poteſtatem in Prædicantes Calvinianos ſupremo Magiſtratui Hollandiæ & Weſtfriſiæ aſſerat: quanquam non erat cur Grotius exciperet, ſicuti nec excepit, cœnæ parandæ poteſtatem; hanc enim ſine ulla dubitatione melius & lautius apparare poteſt totius Hollandiæ & Weſtfriſiæ magiſtratus, quam ullus ex Calviniana culina miniſter.

Hugo Grotius æmulus adulationis Græcanicæ ordinibus Hollandiæ poteſtatem Græcorum Impp. tranſcribit. *Edit. Pariſ. pag.* 334.

In Jure Græco-Romano extat Conſtitutio Leonis Philoſophi Imperatoris de Thronis Conſtantinopolitanæ ſedi ſubjectis, & qui Epiſcopi quibus Metropolitis ſubdantur: quæ longe plures Metropoles, Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus numerat, quam Andronicus in ſua Ecthesi. Sed ubinam hodie tot illas, & tam numeroſas Eccleſias invenire eſt? Aut nuſpiam, aut in faucibus Orci, hoc eſt, hæreſeos, & ſchiſmatis, ſub Sarracenica, pluſquam Pharaonica ſervitute; pauculis demptis, quibus mitior ſervitus obtigit. Eas inſuper ſedes excipio, quas in Calabria & Sicilia Græci erexerant; vel jam olim erectas repererant: iſtæ enim pulſis ditione Græcis Cathedræ Petri adhærent, ſub imperio Catholicorum Regum ac Principum.

Inſerta eſt eidem volumini Juris Græco-Romani cujuſdam Patriarchæ Conſtantinopolitani ſanctio, quæ ordine ſeſſio in Conciliis, aliiſque publicis conventibus cuivis Metropolitæ & Archiepiſcopo competat. Sed hic jam longe minor numerus eſt, quam in Conſtitutione Leonis, ita ut ſedis Conſtantinopolitanæ amplitudo quotidie minueretur, & mala Turcarum manu circumcideretur. Libet hic adjungere hunc poſteriorem Catalogum, quia brevis eſt, & Andronico lucem accendet.

P. JA-

Digitized by Google

P. JACOBUS GOAR LECTORI.

Edit. Paris. pag. 335.

QUA *in re Palatini mores, & qui in Palatiis ritus obſervari conſueverunt, (de quibus ſatis multa paulo ſuperius) cum ſequentibus Metropoleon, & Epiſcopatuum Notitiis conveniant, ignorare me fateor, Lector Benevole, niſi ſuggeſſeris quem poſſim interrogare: quotquot enim Notitias hactenus exſcripſere, ne verbum quidem ea de re fecerunt. Nullius momenti res eſt, mihi lateat & tibi; dummodo Notitiarum ſcriptores, vel qui eas in lucem eduxerunt, innoteſcant. Ediderat Andronicus Auguſtus Senior Notitiam, quam Junius pro arbitrio interpretatus Codiniano ſubjunxit operi; ea tantum, me quidem judice, de cauſa, quod hanc iſti ſubnexam idem MS. codex ſuggeſſiſſet. Placuit Gretſero repertam aliam in Jure Græco Romano, ſed titulo & inſcriptione expertem, veluti facem, Andronicianæ, qua lux affulgeret præmittere: Verum facis obſcuræ lumen obſcurius ferre non potuerunt oculi. Tertiam ex Vaticanis P. Carolus a S. Paulo Abrincenſis poſtea Præſul edidit ſacræ ſuæ Geographiæ tacitis etiam de nomine ſuperioribus ceu Parergon inſertam, quarteque alteri quam Regia ſuppeditarunt ſociam fecit. Quintam memorarem inter haſce mediam in ejuſdem Præſulis collectione locatam, ni, (cum vetuſta ſit & imperfecta, necnon Hierocli, cujus per vetuſtam Notitiam recognitam & integram doctiſſimus Holſtenius pollicetur, non leviter tribuatur) ab ea nunc recenſenda tum operis antiquitas, tum erga talem virum vetuſtum opus velut e ruderibus eruere, ac ſuæ puritati reſtituere molientem retraheret reverentia. Præfatis hiſce manum admovere compulit amor integritatis, quæ rerum forma decus eſt & perfectio, & noſtram, quantulacumque ſit, operam publica poſtulavit utilitas: Quo in negotio Regiæ Bibliothecæ MMSS. uſus, quod mutilum erat repoſui, quod corruptum reparavi, quod obſcurum illuſtravi, quod vagum erat & incertum in meliorem ordinem redegi. Inter haſce vero datas vel recognitas a me Notitias iſta ſeries eſt & rerum ſervatus ordo, ut in prima fronte diatypoſis Leonis Auguſti ante octingentos circiter annos digeſta, quamvis recentiori charactere conſcriptam repererim, exhibeatur, quam ſi velis, ſupra laudato debebis Abrincenſi Præſuli (extat enim in ejus ſacra Geographia) ſin minus, ex parte mihi vindicabo, ceu ex diverſo codice, quem variæ lectiones arguunt conſcriptam, & integrius quam antehac, vel Græce traditam, vel Latine expoſitam. In ejus aſpectu primo Patriarchatuum ſplendet dignitas, ſubinde Metropoles quæ Conſtantinopolitanæ ſedi ſubjiciuntur elucent, demum Epiſcopatus, quos illæ ſuffraganeos agnoſcunt, recenſentur: Similes dignitates, quas Thronos vocant, Patriarchalibus aliis Eccleſiis facit auctor Notitiæ, verum ubi de Romana mentionem habet, tanta & talis eſt in ſubditorum Epiſcopatuum enumeratione varietas, tanta vocum corruptio, tanta denique appellationum confuſio reperitur, ut pace viri litterati dixerim, putem, vel ab Occidentalium locorum ignaro, vel ab imperito conſcriptam: quæ res ab ea ex integro reſtituenda me prohibuit (ut ab ejuſdem interpretatione ex integro ſuſcipienda, numquam ſatis laudandi Abrincenſis Antiſtitis prius deterruerat ac penitus avocarat mentem) non enim eam mihi demandavi provinciam ut generalem prorſus Patriarchalium omnium Eccleſiarum, ſed illam potiſſimum quæ Leonis Auguſti nomen defert, cui aliquid ſplendoris ex noſtro acceſſit labore,*

Digitized by Google

referrem Notitiam: Verum se res habet præfato Imperatori ascriptam recudo; illique secundum ex Vaticano solo memorati jam sæpius auctoris cura depromptam, nonnihil tutioribus conjecturis emendatam, adnecto. Tertiæ a Gretsero prius datæ titulum ex fidelissimâ textus tum Regiæ Bibliothecæ MMSS. collatione præfixi; præter quas suppeditavit & aliam Regia eadem gaza, cujus egregie digestus ordo nomen scriptoris desiderat, quam & accuratissime cum memoratis Regiæ Bibliothecæ monumentis collatam, & Juris Græco-Romani conformem exemplari in quarto dispositionis nostræ ordine collocavi. Sequitur tum demum quæ ab Andronico Seniore non plene dissito a nostris annis sæculo edita censetur, ut scilicet aliæ, quæ vel titulo vel auctoris sui nomine carebant, inter Augustales positæ plus roboris & splendoris obtineant. Codinum Junius in sua interpretatione reprehendit, Junium similiter in sua elucidatione notat Gretserus, imo & satis acriter in totam Græciam invehitur, quam propter translatas vel mutatas nodum amplificatas dignitates vanitatis aut levitatis videtur insimulare: quæ in re nil novi, nec soli Græciæ debet imputari, cum suo jure, sicut & Latina Ecclesia, si quando necessitas postulaverit, utatur. Cæterum quod spectat ad titulos & appellationes, de illis, quia honorariæ sunt, liberaliter satis Junius & Gretserus egerunt. Illi porro quibus Impp. Despotas, Cæsares, Principes, Proceres, ac eorumdem uxores; Patriarcham, Metropolitas, Episcopos, &c. vocant & exornant (præter Junii & Gretseri dicam offensionem) nonnihil lucis & incrementi plurimum ex meo percipient labore, vel saltem aliquod melior ordo dabit ornamentum. Par est ut qui in diversis dignitatum generibus sunt constituti variis gaudeant titulis, nec fas est Pontificem eodem salutandi more quo Imp. convenire: quantum distat a Rege princeps, tantum discrepare debet utriusque salutatio: aliis peregrinos, aliis verbis domesticos compellare solemus. Salutationes hujusmodi, etsi per modum appendicis, luculenter tamen Illust. & Rever. Episcopus Vabrensis Dominus Isaacius Habert in suo deprompsit Archieratico, cujus opera & versione, quippe quæ sit ad amussim examinata, eo facilius & felicius nonnunquam sum usus, quo devotius & humilius tanti Præsulis laborem, non adeo commendare, quam venerari peroptavi. Quod amplius est fors obtulit; quod immutatum & diversum, alia dedere vel fecere Regia MMSS. Ex præmissis habes hujus operis propositum & ordinem; ex lectione tua, si votis cura respondet, Lector charissime, consequeris utilitatem; aut meam saltem sinceritatem assequeris. Vale.

Edit. Paris. pag. 336.

Digitized by Google

NOTITIÆ GRÆCORUM EPISCOPATUUM

A LEONE SAPIENTE

AD ANDRONICUM PALÆOLOGUM.

ΤΑΞΙΣ ΠΡΟΚΑΘΕΔΡΙΑΣ τῶν ἁγιωτάτων Πατριαρχῶν.

α'. Ὁ Ρώμης.
β'. Ὁ Κωνσταντινουπόλεως.
γ'. Ὁ Ἀλεξανδρείας.
δ'. Ὁ Ἀντιοχείας.
ε'. Αἰλίας, ἤτοι Ἱεροσολύμων.

Τάξις προκαθεδρείας Μητροπολιτῶν, καὶ Αὐτοκεφάλων, καὶ Ἐπισκόπων τελουντων ὑπὸ τὸν Ἀποστολικὸν θρόνον τυγχάνει ἡ θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδος πόλεως.

Ἐπαρχίας Καππαδοκίας, πρῶτος ὁ Καισαρείας.
Ἐπαρχίας Ἀσίας β'. ὁ Ἐφέσου.
Ἐπαρχίας Εὐρώπης, ὁ Ἡρακλείας Θράκης γ'.
Ἐπαρχίας Γαλατίας, δ'. ὁ Ἀγκύρας.
Ἐπαρχίας Ἑλλησπόντου, ὁ Κυζίκου ε'.
Ἐπαρχίας Λυδίας, ὁ Σάρδεων ς'.
Ἐπαρχίας Βιθυνίας, ὁ Νικομηδείας ζ'.
Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς, ὁ Νικαίας η'.
Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς, ὁ Χαλκηδόνος θ'.
Ἐπαρχίας Παμφυλίας, ὁ Σίδης ι'.
Ἐπαρχίας Ἀρμενίας, ὁ Σεβαστείας ια'.
Ἐπαρχίας Ἑλενοπόντου, ὁ Ἀμασείας ιβ'.
Ἐπαρχίας Ἀρμενίας, ὁ Μελιτινῆς ιγ'.
Ἐπαρχίας Καππαδοκίας, ὁ Τυάνων, ἤτοι Χριστοπόλεως ιε'.
* Alia Regia. ἢ Θεσσαλονίκη. Ἐπαρχίας Παφλαγονίας, ις'. ὁ * Γαγγρῶν.
Ἐπαρχίας Ὁνωριάδος, ὁ Κλαυδιουπόλεως ιζ'.
Ἐπαρχίας Πόντου Πολεμωνιακῆς, ὁ Νεοκαισαρείας ιη'.
* Πισινουντων Ἐπαρχίας Γαλατίας, ὁ * Πισινουντων, ἤτοι Ἰουστινιανουπόλεως ιθ'.
Ἐπαρχίας Λυκίας, ὁ Μύρων κ'.
Ἐπαρχίας Καρίας, ὁ Σταυρουπόλεως κα'.
Ἐπαρχίας Φρυγίας Καπατιανῆς, ὁ Λαοδικείας κβ'.
Ἐπαρχίας Φρυγίας Σαλουταρείας, ὁ Συνάδων κγ'.
Ἐπαρχίας Λυκαονίας, ὁ Ἰκονίου, κδ'.

Codin. de Offic.

ORDO PRÆSIDENTIÆ sanctissimorum Patriarcharum. *Edit. Paris. pag. 337.*

1. ROMANUS.
2. Constantinopolitanus.
3. Alexandrinus.
4. Antiochenus.
5. Æliæ urbis, sive Hierosolymorum.

Ordo præsidentiæ Metropolitarum, & sui Juris Præsulum, & Episcoporum, huic a Deo servatæ, & urbium Reginæ civitatis Apostolico throno subjectorum.

In provincia Cappadociæ, primus est Cæsareæ Metropolita.
In provincia Asiæ, Ephesi II.
In provincia Europæ, Heracleæ Thraciæ III.
In provincia Galatiæ, Ancyræ IV.
In provincia Hellesponti, Cysici V.
In provincia Lydiæ, Sardium VI.
In provincia Bithyniæ, Nicomediæ VII.
In eadem provincia, Nicææ VIII.
In eadem provincia, Chalcedonis IX.
In provincia Pamphyliæ, Sides X.
In provincia Armeniæ, Sebasteæ XI. *pag. 338.*
In provinc. Helenoponti, Amaseæ XII.
In provinc. Armeniæ, Melitines XIII. *Quartusdecimus, omissus.*
In provincia * Cappadociæ, Tyanæ, sive Christopoleos XV. * secundæ.
In provincia Paphlagoniæ, Gangrorum XVI.
In provincia Honoriadis, Claudiopoleos XVII.
In provincia Ponti Polemoniaci, Neocæsareæ XVIII.
In provincia Galatiæ, Pisinuntis, sive Justinianopoleos XIX.
In provincia Lyciæ, Myræ XX.
In provincia Cariæ, Stauropoleos XXI.
In provincia Phrygiæ * Cappatianæ, Laodiceæ XXII. * Pacatianæ
In provincia Phrygiæ Salutaris, Synadorum XXIII.
In provincia Lycaoniæ, Iconii XXIV.

Digitized by Google

In provincia Piſidiæ, Antiochiæ XXV.	Ἐπαρχίας Πισιδίας, ὁ Ἀντιοχείας κε'.	
In provincia Pamphyliæ, Perges, ſive Sylæi XXVI.	Ἐπαρχίας Παμφυλίας, ὁ Πέργης, ἤτοι Συλαίου κς'.	Κόιτους οἱ Αὐτόκεφαλοι.
In provincia ſecundæ Cappadociæ, Mociſi XXVII.	Ἐπαρχίας Καππαδοκίας δευτέρας, ὁ Μωκισοῦ κζ'.	
In provincia Lazicæ, Phaſidis XXVIII.	Ἐπαρχίας Λαζικῆς, ὁ τῆς Φάσιδος κη'.	
In provincia Thraciæ, Philippopoleos XXIX.	Ἐπαρχίας Θρᾴκης, ὁ Φιλιππουπόλεως κθ'.	
In provincia Rhodopes, Trajanopoleos XXX.	Ἐπαρχίας Ροδόπης, ὁ Τραϊανουπόλεως λ'.	
In pr. inſularum Cycladum, Rhodi XXXI.	Ἐπαρχίας νήσων Κυκλάδων, ὁ Ῥόδου λα'.	
In provincia Æmi montis, Adrianopoleos XXXII.	Ἐπαρχίας Αἱμιμόντου, ὁ Ἀδριανουπόλεως λβ'.	
In provincia eadem, Marcianopoleos XXXIII.	Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς, ὁ Μαρκιανουπόλεως λγ'.	
* Pacatianæ In provincia Phrygiæ * Cappatianæ Hierapolis XXXIV.	Ἐπαρχίας Φρυγίας Καππατιανῆς, ὁ Ἱεραπόλεως λδ'.	
Hucuſque Metropolitæ: ſequuntur itaque deinceps qui proprii ſunt Juris, & nullum in ſubditos exercent.	Μέχρι τούτων οἱ Μητροπολῖται· καὶ λοιπὸν ἐντεῦθεν ἄρχονται οἱ Αὐτοκέφαλοι.	
In provincia Myſiæ, Odyſſi Archiepiſcopus XXXV.	Ἐπαρχίας Μυσίας, ὁ Ὀδύσσου Ἀρχιεπίσκοπος λε'.	
In provincia Scythiæ, Tomorum XXXVI.	Ἐπαρχίας Σκυθίας, ὁ Τόμης λς'.	
In provincia Europæ, Bizyæ XXXVII.	Ἐπαρχίας Εὐρώπης, ὁ Βιζύης λζ'.	
In provincia Paphlagoniæ, Pompejopoleos XXXVIII.	Ἐπαρχίας Παφλαγονίας ὁ Πομπηιουπόλεως λη'.	
In provincia Aſiæ, Smyrnæ XXXIX.	Ἐπαρχίας Ἀσίας, ὁ Σμύρνης λθ'.	
In provincia Iſauriæ, Leontopoleos XL.	Ἐπαρχίας Ἰσαυρείας, ὁ Λεοντοπόλεως μ'.	
Edit. Pariſ. pag. 339. In provincia Rhodopes, Maroneæ XLI.	Ἐπαρχίας Ροδόπης, ὁ Μαρωνείας μα'.	
In provincia Bithyniæ, Apamiæ XLII.	Ἐπαρχίας Βιθυνίας, ὁ Ἀπαμείας μβ'.	
In provincia Rhodopes, Maximianopoleos XLIII.	Ἐπαρχίας Ροδόπης, ὁ Μαξιμιανουπόλεως μγ'.	
In provincia Galatiæ, Germiorum XLIV.	Ἐπαρχίας Γαλατίας, ὁ τῶν Γερμίων μδ'.	
In prov. Europæ, Arcadiopoleos XLV.	Ἐπαρχίας Εὐρώπης, ὁ Ἀρκαδιουπόλεως με'.	
In provincia Thraciæ, Berrhœæ XLVI.	Ἐπαρχίας Θρᾴκης, ὁ * Βερόης μς'.	*, Βερροίας
In prov. inſulę Lesbi, Mitylenes XLVII.	Ἐπαρχίας * Νεαρυλέσου, ὁ Μιτυλήνης μζ'.	* Νήσου Λέσβου.
In provincia Helleſponti, Parii XLVIII.	Ἐπαρχίας Ἑλλησπόντου, ὁ τῶν Παρίων μη'.	
In provincia Cariæ, Mileti XLIX.	Ἐπαρχίας Καρίας, ὁ Μιλήτου μθ'.	
In provincia Thraciæ, Nicopolis L.	Ἐπαρχίας Θρᾴκης, ὁ Νικοπόλεως ν'.	
In provinc. inſulæ Lesbi Præconneſi LI.	Ἐπαρχίας Νήσου, ὁ Προικονήσου να'.	
In provincia Rhodopes, Anchiali LII.	Ἐπαρχίας Ροδόπης, ὁ Ἀγχιάλου νβ'.	
In provincia Europæ, Selybriæ LIII.	Ἐπαρχίας Εὐρώπης ὁ Σηλυβρείας νγ'.	
In prov. inſulæ Lesbi, Methymnæ LIV.	Ἐπαρχίας νήσου Λέσβου, ὁ Μεθύμνων νδ'.	
In provincia Bithyniæ, Cii LV.	Ἐπαρχίας Βιθυνίας, ὁ τῆς Κίου νε'.	
In provincia Europæ, Apri LVI.	Ἐπαρχίας Εὐρώπης, ὁ Ἄπρου νς'.	
In provinc. Rhodopes, Cypſellæ LVII.	Ἐπαρχίας Ροδόπης, ὁ Κυψάλων νζ'.	
In provincia Zicchiæ, Cherſonis LVIII.	Ἐπαρχίας Ζιχχίας, ὁ Χερσῶνος νη'.	
In eadem provincia, Boſphori LIX.	Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς, ὁ Βοσπόρων νθ'.	
In eadem provincia, Nicopſeos LX.	Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς, ὁ Νικόψεως ξ'.	
* Cotadrorum In provinc. Iſauriæ, * Cotiadorum LXI.	Ἐπαρχίας Ἰσαυρείας, ὁ Κοτιάδων ξα'.	
In provincia Helenoponti, Euchaitarum LXII.	Ἐπαρχίας Ἑλενοπόντου, ὁ Εὐχαϊτῶν ξβ'.	
In prov. Armeniæ, Rhoinorum LXIII.	Ἐπαρχίας Ἀρμενίας, ὁ Ῥοΐνων ξγ'.	
In provincia inſularum Cycladum, Carpathi LXIV.	Ἐπαρχίας νήσων Κυκλάδων, ὁ Καρπάθου ξδ'.	
In provincia Rhodopes, Æni LXV.	Ἐπαρχίας Ροδόπης, ὁ Αἴνου ξε'.	
In provincia Europæ, Driziparorum, ſive Meſenes LXVI.	Ἐπαρχίας Εὐρώπης, ὁ Δριζιπάρων, ἤτοι Μεσήνης ξς'.	

Digitized by Google

Επαρχίας Αἱμιμόντε, ὁ Μεσημβρίας ξζ'.
In provincia Emimontis, Meſembriæ LXVII.

Επαρχίας Αρμωίας, ὁ Ηρακλεπόλεως, ἤτοι Φυλαχθόης ξη'.
In provincia Armeniæ, Heracleopoleos, ſive Phylachthoes LXVIII.

Επαρχίας Αβασγίας, ὁ Σεβαστεπόλεως ξθ'.
In prov. Abaſgiæ, Sebaſtopoleos LXIX.

Επαρχίας Πόντε Πολεμονιακῆ, ὁ Τραπεζέντων ο'.
In provincia Ponti Polemoniaci, Trapezuntis LXX.

Επαρχίας Παφλαγονίας, ὁ Αμάστεως οα'.
In provincia Paphlagoniæ, Amaſtridis LXXI.

Επαρχίας Λυκαονίας, ὁ Μιθίων οβ'.
In provincia Lycaoniæ, Miſthiæ LXXII.

Επαρχίας Πισιδίας, ὁ Νεαπόλεως ογ'.
In provinc. Piſidię, Neapoleos LXXIII.

Επαρχίας Αἰγαιοπελάγες, ὁ Αἰγίνης οδ'.
In prov. Ægęopelagi, Æginę LXXIV.

Επαρχίας Φρυγίας Σαλεταρείας, ὁ Κοτυαέων οε'.
In provincia Phrygiæ Salutaris, Cotyęi LXXV.

Επαρχίας Παμφυλίας, ὁ Σέλγων ος'.
In provincia Pamphylię, Selgę LXXVI.

* φρεατοπαραπεμένων.

Ο Δέλκων ἀπὸ τῆς πρὸς παρακειμένων λίμνης τῆς Δέλκου, οὕτω γὰρ αὐτῷ ὁ Διογενιανὸς κατονομάζει Δέλκιλω. ἀμαθῶς ὅσοι τῷ Αρχιεπισκοπὴν φασὶ Δέρκους, τὸ ρ ἀντὶ τοῦ λ παραλαμβάνοντες.

Delcorum nunc nomen habet a Delco lacu adjacente: hoc ſiquidem pacto Diogenianus Delcem appellat. Imperite igitur Dercotum Archiepiſcopatum, ρ vice λ ſubſtituto quidam appellant.

Επαρχίας Καππαδοκίας.

Provinciæ Cappadociæ Epiſcopi. *Edit. Pariſ. pag. 340.*

Ο Καισαρείας.
Cęſareę.

Ο τῶν βασιλικῶν θερμῶν.
Regiarum Thermarum.

Ο Νύσης.
Nyſſæ.

Ο Μεθοδιεπόλιως Αρμωίας.
Methodiopoleos Armeniæ.

Ο Καμυλιανῶν.
Camulianorum.

Ο Κισκισῦ.
Cyſici.

Επαρχία Ασίας,

Hos habet provincia Aſiæ.

Ο Εφέσε.
Epheſi.

Ο Υπαίτων.
Hypætorum.

Ο Τράλλεων.
Trallenſium.

Ο Μαγνησίας πρὸς Μαίανδρον.
Magneſiæ ad Mæandrum.

Ο Ελαίας.
Eleęæ.

Ο Αδραμυτίου.
Adramytii.

Ο Ασσε.
Aſſi.

Ο Γαργάρων.
Gargarorum.

Ο Μασαύρων.
Maſtaurorum.

Ο Καλόης.
Caloes.

Ο Βρυέλων.
* Bryulorum.

* Brylliorum

Ο Πιτταμνης.
Pittamnes.

Ο Μυρρίνης.
Myrrhines.

Ο Φωκίας.
Phociæ.

Ο Αὐρηλεπόλεως.
Aureliopoleos.

Ο Νύσης.
Nyſſæ.

Ο Μαχακώμης.
Maſchacomes.

Ο Μητροπόλεως.
Metropoleos.

Ο Βαρέττων.
Barettorum.

Ο Μάγνησίας.
Magneſiæ.

Ο Ανινάτων.
Aninatorum.

Ο Περγάμε.
Pergami.

Ο Ανέων.
Aneorum.

Ο Πριλώης.
Prienes.

Ο Αρκαδιεπόλεως.
Arcadiopoleos.

Ο Νέας Αὐλῆς.
Novæ aulę.

Digitized by Google

	Jovis fani.	Ο Διὸς ἱερῦ.
	Augazorum.	Ο Αὐγάζων.
	Siorum.	Ο Σιῶν.
	Colophonis.	Ο Κολοφώνης.
* Lebadi.	* Lenedi.	Ο Λεβάδος.
	Tei.	Ο Τέω.
	Erythorum.	Ο Ερυθρῶν.
	Clazomeniorum.	Ο Κλαζομενῶν.
	Ataudrorum.	Ο Ατάδρων.
	Theodoſiopoleos, ſive Peperines.	Ο Θεοδοσιυπόλεως, ἤτοι Πεπερίνης.
	Cumæ.	Ο Κύμης.
	Palæopoleos.	Ο Παλαιυπόλεως.

Edit. Pariſ. pag. 341.

	Provincia Europæ.	Επαρχία Εὐρώπης.
	Heracleæ Thraciæ.	Ηράκλεια Θράκης.
	Panii.	Ο τῦ Πανίυ.
	Calliopoleos.	Ο Καλλιυπόλεως.
	Cherroneſi.	Ο Χερρονήσυ.
	Cylæ.	Ο Κύλας.
	Rædeſti.	Ο Ραιδεςῦ.
	Provincia Galatiæ.	Επαρχία Γαλατίας.
	Ancyræ.	Ο Αγκύρας.
	Tabiæ.	Ο Ταβίας.
	Heliopoleos.	Ο Ηλιουπόλεως.
	Aſpones.	Ο Ασπόνης.
	Berinopoleos.	Ο Βηρινουπόλεως.
* Mnizi	* Mizzi.	Ο Μίζζου.
* Cinnæ	* Cenes.	Ο Κηνῆς.
	Anaſtaſiopoleos.	Ο Ανασασιουπόλεως.
	Provincia Helleſponti.	Επαρχία Ελλησπόντυ.
	Ayzici.	Ο Κυζίκου.
	Germes.	Ο Γέρμης.
	Pœmanii.	Ο Ποιμανίου.
	Oces.	Ο Ωκης.
	Bareos.	Ο Βάρεως.
	Adriani Venatus.	Ο Αδριανῦ Θηρῶν.
	Lampſaci.	Ο Λαμψάκου.
	Abydi.	Ο Αβύδου.
	Dardani.	Ο Δαρδάνου.
	Ilii.	Ο Ιλίου.
	Troadis.	Ο Τρωάδος.
	Pioniæ.	Ο Πιονίας.
	Melitopoleos.	Ο Μελιτοπόλεως.
	Provincia Lydiæ.	Επαρχία Λυδίας.
	Sardenſium.	Ο Σάρδεων.
	Philadelphiæ.	Ο Φιλαδελφείας.
	Tripoleos.	Ο Τριπόλεως.
	Thyatirorum.	Ο Θυατείρων.
	Settorum.	Ο Σίττων.
	Aureliopoleos.	Ο Αὐρηλιουπόλεως.
	Gordorum.	Ο Γόρδων.
	Troallorum.	Ο Τρωάλλων.
	Salorum.	Ο Σάλων.

Digitized by Google

Ο Σιλανδῶν.	Silandi.
Ο Μαιονίας.	Mæoniæ.
Ο Απόλλωνος ἱερῶν.	Apollinis fani.
*Ορκανίδος Ο * Αρκανίδος.	Arcanidis.
Ο Μυσίνης.	Muſtines.
Ο Ακρασῶν.	Acraſi.
Ο Απολλωνιάδος.	Apolloniadis.
Ο Ατταλείας.	Attaliæ.
Ο Βάγης.	Bages.
Ο Βαλάνδων.	Balandi.
Ο Μεσοτυμόλων.	Meſotymoli.
Ο Ιεροκαισαρείας.	Hierocæſareæ.
Ο Δάλλης.	Dalles.
Ο Στρατονικαίας.	Stratonicææ.
Ο Κερασέων.	Ceraſeorum.
Ο Σατάλων.	Satalorum.
Ο Γαβάλων.	Gabalorum.
Ο Ερμοκαπηλίας.	Hermocapeliæ.

*Dales, forſan Daldes, vide Ortelium.

Edit. Pariſ. pag. 342.

Επαρχία Βιθυνίας. — *Provincia Bithyniæ.*

Ο Νικομηδείας.	Nicomediæ.
Ο Πρύσης.	Pruſæ.
Ο Πραινέτου.	Prenæti.
Ο Ελενουπόλεως.	Helenopoleos.
Ο Βασιλινουπόλεως.	Baſinopoleos.
Ο τῶν Δασκυλίων.	Daſcylii.
Ο Απολλωνιάδος.	Apolloniadis.
*Αδριανῶν Ο * Αδριανῆς.	Adrianæ.
Ο Καισαρείας.	Cæſareæ.
Ο Γάλλων, ἤτοι Λόφων.	Galli, ſive Lophorum.
Ο Δαφνουσίας.	Daphnuſiæ.
Ο Εριστῆς.	Eriſtæ.

Vide Ortelium V. Baſilionopolis.

Επαρχία τῆς αὐτῆς. — *Eadem provincia.*

Ο Νικαίας.	Nicææ.
Ο Μοδρενῆς, ἤτοι Μελιτηνῆς.	Modrinæ, ſive Melitenſium.
Ο Λινάης.	Linaes.
Ο Γοδοσέρβων.	Godoſerborum.
*Νουμερικῶν Ο * Νουμερικῶν.	Numericorum.
Ο τῶν Ταΐων.	Taii.
Αἱ Μαξιμιαναί.	Maximianarum.

Επαρχία Παμφυλίας. — *Provincia Pamphyliæ.*

Ο Σίδης.	Sides.
Ο Ασπένδων.	Aſpendi.
Ο Ετηνῆς.	Ettenes.
* Ορύμνης Ο * Ερύμνης.	Erymnes.
Ο Κασσῶν.	Caſſorum.
Ο Σεμνέων.	Semneorum.
Ο Καραλίων.	Caraliorum.
Ο τῶν Κορακησίων.	Coraciſſii.
Ο Συέθρων.	Syethrorum.
Ο Μυράβης.	Myrabes.
*Ουαμανδῶν Ο * Ουαμανδῶν.	* Vamandenſium.
*Δαλισανδῶν Ο * Γαλισανδῶν.	Dalinſadi.
Ο Ισαυρῶν.	Iſynorum.
Ο Λύρβης.	Lyrbes.

pag. 343.

*Onamandorum

* Daliſandi

Digitized by Google

Colybrassi.	Ο Κολυβράσσων.
Manæorum.	Ο Μανάιων.
Provincia Armeniæ.	Επαρχία Αρμενίας.
Sebasteæ.	Ο Σεβασείας.
Sebastopoleos.	Ο Σεβασσπόλεως.
Nicopoleos.	Ο Νικοπόλεως.
Sataborum.	Ο Σατάλων.
Coloniæ.	Ο Κολωνείας.
* Cerisses.	Ο Κερασσῶν.
Provincia Helenoponti.	Επαρχία Ελενοπόντου.
Amaseæ.	Ο Αμασείας.
Amissi.	Ο Αμισσοῦ.
Sinopes.	Ο Σινώπης.
* Ibyrnorum.	Ο * Ιβύρνων.
* Andrapodum.	Ο Ανδραπόδων.
Zalichi, sive Leontopoleos.	Ο Ζαλίχων, ἤτοι Λεοντοπόλεως.
Zelorum.	Ο Ζήλων.
Provincia Armeniæ.	Επαρχία Αρμενίας.
Melitines.	Ο * Μελιτινῆς.
Arcæ.	Ο Αρκης.
Cucusi.	Ο Κικυσσοῦ.
Arabesi.	Ο Αραβησσοῦ.
Ariarathiæ.	Ο Αριαράθης.
Ceomannorum.	Ο Κιομανῶν.
Provincia Cappadociæ.	Επαρχία Καππαδοκίας.
Tyanæ, sive Christopoleos.	Ο Τυάνων, ἤτοι Χριστοπόλεως.
Cybistrorum.	Ο Κυβιστρῶν.
Faustinopoleos.	Ο Φαυστινουπόλεως.
Sasimorum.	Ο Σασίμων.
Provincia Paphlagoniæ.	Επαρχία Παφλαγονίας.
Gangrorum.	Ο Γαγγρῶν.
Innopoleos.	Ο Ιννοπόλεως.
Dadybrorum.	Ο Δαδύβρων.
Sorarum.	Ο Σωρῶν.
Provinciæ Honoriadis.	Επαρχίας Ωνοριάδος.
Claudiopoleos,	Ο Κλαυδιουπόλεως.
Heracleæ Ponti.	Ο Ηρακλείας Πόντου.
Prusiadis.	Ο Προυσιάδος.
Tii.	Ο Τίου.
Crateæ.	Ο Κρατείας.
Adrianopoleos.	Ο Αδριανουπόλεως.
Provincia Ponti Polemoniaci.	Επαρχία Πολεμωνιακῆ.
Neocæsareæ.	Ο Νεοκαισαρείας.
Trapezuntis.	Ο Τραπεζουντων.
Cerasuntis.	Ο Κερασουντων.
Polemonii.	Ο τῶ Πολεμωνίου.
Comanorum.	Ο Κομάνων.

Edit. Paris. pag. 344.

* Ibyrnorum. *Legendum* Iborum.
* Andrapenorum. *Vide Ortelium.*

* Μελιτινῆς

Digitized by Google

Επαρχία Γαλατίας.

*Provincia * Galatiæ.* * secundæ

Ο Πισινουντων. — Pisinuntis.
Ο τῶ Μυρικίου. — Myricii.
Ο Ενδοξιάδος. — Endoxiadis.
Ο Πιταμισσῶ. — * Pitamissi. * Peteniss
Ο Τρωκνάδων. — Trocnadum.
Ο Γερμοκολωνείας. — Germocoloniæ.
Ο Σπανίας, ἤτοι Ιυστινιανουπόλεως. — Spaniæ, sive Justinianopoleos.
Ο Ορκισῶ. — Orcisti.

Επαρχία Λυκίας.

Provincia Lyciæ.

Ο Μύρων. — Mxræ.
Ο Μασαύρων. — Mastaurorum,
Ο Τελμησσῶ. — Telmesi.
Ο Λιμύρων. — Limyræ.
Ο Αράξης. — Araxes.
Ο Απρίλων. — Aprilorum.
Ο Ποδαλίας. — Podaliæ.
Ο Ορυκάνδων. — Orycandorum.
* Ταπτων. Ο * Τάπτων. — * Taporum. * Tzporum
Ο Αρνίων. — Arneorum.
Ο Σιτύμων. — * Sitymorum. * Sidymotum
Ο Ζηνωπόλιως. — Zenopoleos.
Ο Ολύμπου. — Olympi.
Ο Οτλων. — * Otlorum. * Tlorum, vi. de Ortelium.
Ο Κορυδάλλων. — Corydallorum.
Ο Κάννα, ἤτοι τῆς Αλείας. — Canni, seu Aleæ.
Ο Ακρασσοῦ. — Acrassi.
Ο Ξάνθυ. — Xanthi.
Ο Σοφιανουπόλεως. — Sophianopoleos.
Ο Μαρκιανῆς. — Marcianæ.
* Ονιωίδων. Ο * Ουνιώδων. — * Uniodum. *Edit. Paris.*
Ο Χώματος. — Chomatis. *pag.* 345.
Ο Κανδάνων. — Candanorum. * Onundeum.
Ο Φίλλυ. — phelli.
Ο Αντιφίλλυ. — Antiphelli.
Ο Φασίλιδος. — Phaselidis.
Ο Ροδοπόλεως. — Rhodopolis.
Ο Ακαλισσοῦ. — Acalisi.
Ο Λιβισσοῦ. — Lebisi.
Ο Ακάνδων. — Acandorum.
Ο Παλιωτῶν. — Paliotarum.
Ο Ευδοκιάδος. — Eudociadis.
* Πατάρων. Ο * Κατάρων. — * Catarorum. * Patarorum.
Ο Κόμβων. — Comborum.
Ο Νύσων. — Nysorum.
Ο Βαρβούρων. — Barburorum.
Ο Μηλωϊτῶν. — Meloitarum.
Ο Κωανέων. — Coaneorum.

Επαρχία Καρίας.

Provincia Cariæ.

Ο Σταυρουπόλεως. — Stauropolis.
Ο Κιβύρας. — Cibyræ.
Ο Σίζων. — Sizorum.
Ο Ηρακλείας Συαλβάκης. — Heraclea Syalbacæ.
Ο Απολλωνιάδος. — Apolloniadis.

Digitized by Google

	Heracleæ.	O Ηρακλείας.
* Latmorum.	* Lacymorum.	O Λακύμων.
	Taborum.	O Τάβων.
	Larborum.	O Λάρβων.
	Anthiochiæ ad Mæandrum.	O Αντιοχείας ὁ Μαιάνδρυ.
	Tapaſſorum.	O Ταπασσῶν.
	Harpaſſorum.	O Αρπασῶν.
	Neapolis.	O Νεαπόλεως.
	Orthoſiadis.	O Ορθωσιάδος.
	Anotetartæ.	O Ανωτετάρτης.
	Alabandum.	O Αλαβανδῶν.
	Stratoniceæ.	O Στρατονικείας.
	Alindum.	O Αλινδῶν.
	Mylaſſorum.	O Μυλασσῶν.
* Amizorum.	* Mizo.	O Μείζω.
	Iaſſi.	O Ιασσῦ.
	Barbyli.	O Βαρβύλυ.
	Halicarnaſſi.	O Αλικαρνασσοῦ.
	Hylarimorum.	O Υλαρίμων.
	Cnidorum.	O Κνίδων.
	Metaborum.	O Μετάβων.
	Mondi.	O Μονδῦ.
	Fani.	O τῦ Ιερῦ.
	Cindramorum.	O Κινδράμων.
	Cerami.	O Κεράμυ.
Edit. Pariſ. pag. 346.	Proſimiſi.	O Προμισσῦ.
* Patetiana.	*Provincia Phrygiæ* * *Capatianæ*,	Επαρχία Φρυγίας Καππατιανῆς
	Laodiceæ.	O Λαοδικείας.
	Tiberiopolis.	O Τιβεριουπόλεως.
	Azanorum.	O Αζάνων.
	Ancyroſynſi.	O Αγκυροσωσσῦ.
	Peltorum.	O Πέλτων.
	Appiæ.	O Αππίας.
	Acadorum.	O Ακάθων.
	Icriorum,	O Ικρίων.
	Cariæ.	O Καρίας.
	Tranopolis.	O Τρανυπόλεως.
	Sebaſtæ.	O Σεβαστῆς.
	Eumeniæ.	O Ευμενείας.
	Timeni Venatus.	O Τιμένυ Θηρῶν.
	Boni Pagi.	O Αγαθῆς κώμης.
	Alinorum.	O Αλίνων.
	Tripolis.	O Τριπόλεως.
	Attanaſſi.	O Αττανάσσυ.
	Trapeſopolis.	O Τραπεζουπόλεως.
	Siblios.	O Σιβλίως.
	Provincia Phrygiæ Saluſtariæ.	Επαρχία Φρυγίας Σαλυσταρίας.
	Synadum.	O Συνάδων,
	Dorylæi.	O Δορυλαίυ.
	Nacoliæ.	O Νακωλείας.
	Medæi.	O τῦ Μηδαίυ.
	Ipſi.	O Ιψῦ.
	Promiſi.	O Προμισσῦ.
	Meri.	O Μηρῦ.
Sibindi.	* Sibildi.	O Σιβιλδῦ.
	Phytiæ.	O Φυτείας.

Digitized by Google

Ο Ιεραπόλεως.	Hierapolis.
Ο Ευκαρπίας.	Eucarpiæ.
Ο Λυσίαδος.	Lyſiadis.
Ο Αυγυσταπόλεως.	Auguſtopolis.
Ο Βρυζῶν.	Bryzi.
Ο Οτρῶν.	Otri.
Ο Λυκάονος.	Lycaonis.
Ο Στικτορίου.	Stectorii.
Ο Κιναβαρίου.	Cinaborii.
Ο Κόνης.	Conæ.
Ο Σκορδαπίας.	Scordapiæ.
Ο Νικοπόλεως.	Nicopolis.
Ο Αβροκλῶν.	Abroclorum.
Ο Επίσκοπος Καδημυῶν ὁ Αλώπηξ.	Epiſcopus Cademnorum * Alopex

* Vulpes.

Επαρχία Λυκαονίας. — *Provincia Lycaoniæ.*

Edit. Pariſ. pag. 347.

Ο τῆ Ικονίου.	Iconii.
Ο Λύστρων.	Lyſtrorum.
Ο * Ανασάδης.	* Anaſadæ.
Ο Αμδάδων.	* Amdadorum.
Ο Ονομανάδων.	Onamadorum.
Ο Λαρανδῶν.	Larandorum.
Ο Βερέτης.	Beretes.
Ο Δέρβης.	Derbes.
Ο Υδης.	Hydes.
Ο Σαβάτρων.	Sabatrorum.
Ο Καυῆ.	Cani,
Ο Βηρινηπόλεως.	Berinopolis.
Ο Γαλβάνων, ἤτοι Ευδοκιάδος.	Galbanorum, ſive Eudociadis.
Ο Ηλίστρων.	* Heliſtrorum.
Ο Πέρτων.	Pertorum.

* Onaſadæ.
* Vide Ortelium V. Abdada & Amblada.
* Iliſtrorum.

Επαρχία Πισιδίας. — *Provincia Piſidiæ.*

Ο Αντιοχείας.	Antiochiæ,
Ο Σαγαλάσσου.	Sagalaſſi.
Ο Σωζοπόλεως.	Sozopolis.
Ο Απαμείας.	Apameæ.
Ο τῆς Κιβύρας.	Cibyræ.
Ο Τυραίνων.	* Tyræni:
Ο Βάρεως.	Baris.
Ο Αδριανοπόλεως.	Adrianopolis.
Ο Λιμένων.	Portuum.
Ο Λαοδικείας τῆς κεκαυμένης.	Laodiceæ combuſtæ.
Ο Σελευκείας τῆς σιδηρᾶς.	Seleuciæ Ferreæ.
Ο Αδάδων.	Adadorum.
Ο Ζαρζήλων.	Zarzelorum.
Ο * Τιβεριάδων.	* Tiberiadis.
Ο Τομάνδων.	Tomandi.
Ο Κονάνης.	Conanæ.
Ο Μαλοῦ.	Mali.
Ο Σινιάνδων.	Siniandi.
Ο Τιτιασσῆ.	Titiaſſi.
Ο Μητροπόλεως.	Metropolis.
Ο Πάππων.	Papporum.
Ο Παράλλης.	* Paralles.
Ο τῶν Βινδέων.	Bindei.

* Τιβεριάδων. — * Tyræni. * Tibriadorū Timbriadorum. * Paralais.

Digitized by Google

Provincia Pamphyliæ.

Ἐπαρχία Παμφυλίας.

Perges, ſive Sylæi.
Attaliæ.
Magidi.
Eudociadis.
Edit. Pariſ. pag. 348. Termiſi.
Iſindi.
Maximianopolis.
Laginorum.
Palæopolis.
Cremni.
Corydalorum.
Peltiniſſi.
* Diciotanabrorum.
Ariaſſi.
Puglorum.
Adriaſſæ. * Ardianes.
Sandidorum.
Barbes.
Perbænorum,
Coi.

Ὁ Πέργης, ἤτοι Συλαίου.
Ὁ Ἀτταλείας.
Ὁ Μαγείδου.
Ὁ Εὐδοκιάδος.
Ὁ Τερμισσοῦ.
Ὁ Ἰσινδοῦ.
Ὁ Μαξιμιανοπόλεως.
Ὁ Λαγίνων.
Ὁ Παλαιοπόλεως.
Ὁ Κρημνῶν.
Ὁ Κορυδάλλων.
Ὁ Πελτινισσοῦ.
Ὁ * Διοκλητιανοβρων. * Διοκλ. ανδ. βρων
Ὁ Ἀριασσοῦ.
Ὁ Πύγλων.
Ὁ Ἀδριανῆς.
Ὁ Σανδίδων.
Ὁ Βάρβης.
Ὁ Περβαίνων.
Ὁ * Κώων. * Κῶω

Provincia Cappadociæ.

Ἐπαρχία Καππαδοκίας.

Mociſſi.
Nazianzi.
Coloniæ.
Parnaſſi.
Doarorum.

Ὁ Μωκισσοῦ.
Ὁ Ναζιανζοῦ.
Ὁ Κολωνείας.
Ὁ Παρνασσοῦ.
Ὁ Δοάρων.

Provincia Lazicæ.

Ἐπαρχία Λαζικῆς.

Phaſidis.
Rhodopolis.
Abiſenorum.
Petrarum.
Tzinganeorum.

Ὁ Φάσιδος.
Ῥοδοπόλεως.
Ὁ τῶν Ἀβισηνῶν.
Ὁ Πετρῶν.
Ὁ Τζιγγανέων.

Provincia Thraciæ.

Ἐπαρχία Θράκης.

Philippopolis.
Diocletianopolis.
Dioſpolis.

Ὁ Φιλιππουπόλεως.
Ὁ Διοκλητιανουπόλεως.
Ὁ Διοσπόλεως.

Provincia inſularum Cycladum.

Ἐπαρχία νήσων Κυκλάδων.

Rhodi.
Sami.
Chii.
Coi.
Naxiæ.
Theræ.
Pari.
Letri.
Andri.
Teni.
pag. 349. Meli.
Piſyni.

Ὁ Ῥόδου.
Ὁ Σάμου.
Ὁ Χίου.
Ὁ Κώων.
Ὁ Νάξιας.
Ὁ Θήρας.
Ὁ Πάρου.
Ὁ Λήθρου.
Ὁ Ἀνδρου.
Ὁ Τήνου.
Ὁ Μήλου.
Ὁ Πισσώης.

Digitized by Google

Ἐπαρχία Αἱμιμόντου.	*Provincia Æmi montis.*
Ο Ἀδριανουπόλεως.	Adrianopolis.
Ο Μεσημβρίας.	Meſembriæ.
Ο Σωζοπόλεως.	Sozopolis.
Ο Πλωτινουπόλεως.	Plotinopolis.
Ο Ζωΐδων.	Zoidum.
Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς.	*Provinciæ * eadem.* * Maſſe
Ο Μαρκιανουπόλεως.	Marcianopolis.
* Ο Ροδοστόλου.	Rhodoſtoli.
Ο Τραμαρίσκου.	Tramariſci.
Ο Νόβων.	Noborum.
Ο Ζεκεδήπων.	Zecedeporum.
Ο Σαρκάρης.	Zarcaræ.
Ἐπαρχίας τῆς αὐτῆς.	*Provinciæ * eadem.* * Rhodopes
* Ο Τραϊανουπόλεως.	Trajanopolis.
Ο τῆ Πήρυ.	Peri.
Ο Ἀναστασιουπόλεως.	Anaſtaſiopolis.
Ἐπαρχία Φρυγίας Καπατιανῆς.	*Provincia Phrygiæ * Capatianæ.* * Pacatianæ
Ο Ἱεραπόλεως.	Hierapolis.
Ο Μητελλουπόλεως.	Metellopolis.
Ο Διονυσιουπόλεως.	Dionyſiopolis.
Ο Ἀναστασιουπόλεως.	Anaſtaſiopolis.
* Ἀττοίδων Ο * Ἀττάδων.	* Attudorum. * Attudorum
Ο Μοσυνίων.	Moſynorum.
. . . . .	
Μαρκιανουπόλεως.	Marcianopolis.
Ροδοστόλου.	Rhodoſtoli.
Τραμαρίσκων.	Tramariſcorum.
. . . . .	

Ista omnia in-denſa cernebantur hac vocabula paulo ſupra ſcripta.

Ἐπαρχία Γαλατίας δευτέρας.	*Provincia ſecundæ Galatiæ.*
* Ο τῆ Ἀμωρίου.	Amorii.
Ο Φιλομηλίου.	Philomelii.
Ο τῆ Δοκιμίου.	Docimii.
* Ο Κλάνξ.	Clangis.
Ο Πολυβώτου.	Polyboti.
Ο Πισσίας.	Piſſiæ.
Εἰσὶ δὲ ἢ οἱ ἀποσπασθέντες ἐκ τῆς Ρωμαϊκῆς διοικήσεως· νῦν δὲ πλησίον ὑπὸ τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως Μητροπολῖται, ἢ οἱ ὑφ' ἑαυτοὺς ὄντες Ἐπίσκοποι.	*Sunt vero a Romana Diœceſi avulſi, qui nunc throno Conſtantinopolitano ſubjacent Metropolitæ, & eis ſubjecti Epiſcopi.*
Ο Θεσσαλονίκης.	Theſſalonicæ.
Ο Συρακούσης.	Syracuſæ.
Ο Κορίνθου.	Corinthi.
Ο τῆ Ρηγίου.	Rhegii.
Ο Νικοπόλεως.	Nicopolis.
Ο Ἀθηνῶν.	Athenarum.
Ο Πατρῶν.	Patrarum.
Ο νέων Πατρῶν.	Novarum Patrarum.
Οὗτοι προσετέθησαν τῇ Συνόδῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἐκ τοῦ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν κα-	*Iſti Synodo & Eccleſiæ CP. veteris Romæ Papa a Gentilibus detento, ſunt ad-* Longobardos Roman. Eccleſiam oppri.

Edit. Pariſ. pag. 350.

Digitized by Google

mentes, vel Francos ejus liberatores, quibus spretoGræcorum & Iconomachorum dominio Romani Pontifices adhæserunt Gentilium impropria nuncupatione præsens notitia intelligit.

junctî. Ab Orientali Diœcesi sejunctus pariter fuit. Seleucia Isaurienſis Præſul, idemque cum viginti quatuor ſibi ſubjectis Episcopis CP. Patriarchæ ſubditur.

τέχθαι ὁ Πάπας τῆς πρεσβυτέρας Ρώμης. ὡσαύτως καὶ ἀπὸ τ ἀνατολικῆς διοικήσεως ἀποσπασθεὶς ὁ Σελευκείας Ισαυρείας, καὶ αὐτὸς πλεῖ ὑπὸ τ Κωνσταντινουπόλεως μὲ ὃν ὑπ' αὐτῷ ὄντων εἴκοσι τεσσάρων ἐπισκόπων

Provincia gloriosiſſimo Romæ ſive Italiæ Primati ſubiecta.

Επαρχία ὑπὸ τ ἐνδοξοτάτου ἔπαρχον Ρώμης, ἤτοι Ιταλίας.

Provincia Urbicaria.

Επαρχία Οὐρβικαρείας.

	Roma Bruttiorum.	* Ρώμη Βρεττίων.
	Nuceria.	* Νουκερία.
* Etruriæ urbs & portus: vulgo *Sanzana*, vel ad eam nunc ſita.	* Luna.	Λύνη.
	Neapolis.	Νεάπολις.
	Ferentium.	* Τάραντα.
* Thuſciæ urbs. Liguriæ urbs. vulgo *Vintimiglia*.	* Albinimium.	Βιγιντιμίλια.
	Genua.	Γενύη.
	Sipontus.	Σιπόντος.
	Portus Romanus.	* Πόντε Ρώμη.
	Inſula Centumcellæ.	Νῆσος * Κεντόκελλαι.
*Vicentinorum urbs quam *Ebboli* vulgus pronunciat.	* Ebolum.	Κάστρον * Εὐωείας.
	Urbs Amalfitana.	Κάστρον Αμάλφης.
	Urbs Cajeta.	Κάστρον * Γεττάιων.
	Urbs Tibur.	Κάστρον * Τιβυρείας.
	Urbs Nepe.	Κάστρον * Νέπης.
* Hodie *Comachio*, Ferrarienſium ditionis.	* Inſula Comacula.	Νῆσος Κομακίκεια.
* Moles Puteolana hodie *il Molo*. Ortelius.	* Puteoli. Vel Formiæ, nunc mola.	Κάστρον Μόλιον.
	* Urbs Compſa: forſan Tempſa.	Κάστρον * Κάμψας.
* Apud Hirpinos.	* Urbs Soranorum.	Κάστρον Σωρέων.
* Sora Latii colonia & urbs.	Urbs Fundi.	Κάστρον * Σόδας.
	Urbs Ilua.	Κάστρον * Ιλβας.
	Urbs Anagnia.	Κάστρον Ανάγνια.

* Βρεττίων.
* Νουκερία.
* Φίρμτον.
* Αλβινιμίνιον.
* Πόρτους Ρώμης.
* Κεντουμκέλλαι.
* Εβωλίας.
* Καιέττων.
* Τυβίρας vel Τιβύρεως.
* Νεπίτης.
* Κόμψας.
* Φουνδάτης.
* Ιλαίας.

Provincia Campaniæ.

Επαρχία Καμπανίας.

	Neapolis.	Νεάπολις.
Bruttiorum regio. Ortelius V. Bruttii.	* Brettania.	Βεττανία.
	* Panonia.	Παννωνία.
* *forſan* Pinna.	Calabria,	Καλαβρία.
* Venuſia vulgo *Venoſa*.	Venetiæ.	* Βενετία. * Οδουσία.
* In Æquicolis, Latii oppidum vulgo *Vicovaro* Ortelius. *Edit. Pariſ. pag* 351.	Meſſana.	Μεσσήνα.
	* Vicus Valerius.	Βικοβαλεῖνα.
	* Taurata.	* Ταυράτα. * Ταυρανία.
* Taurania Campaniæ urbs: vel Taurianium Bruttiorum oppidum: forſan Tarentum. * Redundat.	Apulia.	Απυλία.
	Urbs Viterbium.	Κάστρον Οπιτέρβατος.
	Urbs Samnium.	Κάστρον Σάμνιος.
	Urbs Sueſſa.	Κάστρον Σωσίας.
	Urbs Rhegium.	Κάστρον Ρήγιον.
	* Urbs Taurata.	* Κάστρον Ταύρατα.
	Urbs Signia.	Κάστρον Σιγνίας.
	Urbs Gradus.	Κάστρον Γράδων.
* Romani ducatus in Latio oppidum, Ortelius. * Ortelius V. Scylletium. * Samnitum urbs quæ & *Martyrano*.	* Urbs Patricum.	Κάστρον Πατρικίας.
	Vrbs Scyllatium.	Κάστρον Σκυλάκιον.
	* Murgantia.	Κάστρον Μαρτύριον.
	Forſan Vrbs vetus	Κάστρον Ορβοβέρα.
	Vrbs Crotona.	Κάστρον Ορῶνος.
	Vrbs Opitergium.	Κάστρον Οπιτερκιτῶν.

Digitized by Google

Νῆσος Σικελίας.

Insulæ Siciliæ.

Συράκουσα. — Syracuſæ.
Κατάνη. — Catana.
Ταυρομένη. — Tauromenium.
Μεσσήνη. — Meſſana.
* Κεφαλοίδιον. — Cephalœdis. (* Κεφαλοίδις.)
Θερμῶν. — Thermæ.
Πάνορμος. — Panormus.
Λιλύβαιον. — Lilybæum.
Τρόκαλις. — * Trocalis, ſive Triocala.
Ἀκράγας. — Agragas.
Τυνδάριον. — Tyndarium.
* Καμαρίνη. — Camarina.
* Λεοντῖνος. — Leontium.
Ἀλόντιον. — Alete, ſive Alæſa.
Γαῦδος. — * Gaudos.
Μελίτη. — Melita.
Λίπαρις. — Lipara.
Βυρκάνος. — * Vulcani inſula.
Δίδυμοι. — * Didyme.
Οὔστικα. — * Uſtica.
Τὰ Ὀναρία. — Onarea.
Βασιλοῦδιν. — Baſiludium.

* Trocalitani Epiſcopi, Italiæ ut videtur, mentio nit Conciliorum opus.

* Dicitur & *Gaulos*, inſula ad Melitam Gozo.

* Una ex Æoliis inſulis inter Italiam & Siciliam.
* Quæ Evonymus una ex Æoliis inſulis.

Ἐπαρχία Καλαβρίας.

Provincia Calabriæ.

Ῥήγιον. — Rhegium.
Λοκρί. — Locri.
Σκυλακίας. — Scyllacis.
Κροτῶν. — Croton.
* Κωνσαντία. — Conſentia. (Κασεντία.)
Τροπαίων. — * Tropia.
Ταυριάνα. — Tauriana.
Κιβώνιον. — Sæpinum.

* Brutii urbs de qua Cedrenus, & Ortelius.

Ἐπαρχία Ἀννοναρίας.

Provincia Annonaria.

Edit. Pariſ. pag. 352.

Ῥάβεννα. — Ravenna.
Φανοῦς. — Fortunæ Fanum.
Ὀλκοῦσα. — * Aſculum.
Φολοῦς. — Fulginum.
Πικήνης. — Picenum.
Πισαύρων. — Piſaurum.
Τεργέστα. — Tergeſtum.
Αὐγουστόπολις. — Auguſtopolis.
Τολβιπάν. — Tolentinum.
Κάστρον * Τερεντίνων. — Urbs Ferentinum. (* Φερεντίνων.)
Κάστρον Σολέρνος. — Urbs Salernum.
Κάστρον Τουλερίκον. — Urbs Tuder.
Κάστρον Σάγγα. — Urbs Ancona.
Κάστρον Νοβώ. — * Forum novum.
Κάστρον Βερίρης. — Urbs * Firmum.
Κάστρον Ταμία. — Urbs Interamnia.
Κάστρον Βορακκαλία. — * Forum Cornelii.
Κάστρον Σαμούργια. — Urbs Nurſia.
Κάστρον Σῶρα. — Urbs Sora.
Κάστρον Ερβίνικα. — Urbinum.
Κάστρον Σημανία. — Septempeda.

* vel Forum Livii.
* Vincit hic barbaries.
* Vulgo *Imola*.
* Redundat.

Digitized by Google

Urbs	Κάστρον Βισιβάντω.
Sena Gallia quæ & Senogallia.	Κάστρον Σαιογάλλεια.
Cæsena.	Κάστρον Κησήνης.
Forum populi sive Popolii.	Κάστρον Φοροπομπόλεως.
Provincia Æmiliæ.	Ἐπαρχία Αἰμιλίας.
Brixellum.	Κάστρον Βριξίλιον.
Urbs * Brinta.	Κάστρον Βρίντα.
Sub Clarissimo præfecto Africæ.	Ὑπὸ τὸν ἐνδοξότατον ἔπαρχον Ἀφρικῆς.
Provincia Byzacena.	Ἐπαρχία Βυζακίας.
Carthago.	Καρτάγενα.
Proconsularis.	Περικωνσυλαρία.
Zabi.	Σάβιβα.
Cenculiana.	Καπακίλεως.
Junca.	Ἰούγκη.
Talapta.	Ταλέπτης.
Casæ Calaneæ.	Κασκάλα.
Castulo.	Κασέλλαι.
Pezana.	Πέζανα.
Mamilla.	Μάμιλλα.
Madassumma.	Μαδασσύβα.
Cululi.	Κυκούλης.
Capse.	Κάμψης.
Adrumetum.	Ἀδραμύτης.
Edit. Paris. pag. 353. *Provincia Numidiæ.*	Ἐπαρχία Νουμιδίας.
Calama.	Καλάμα.
Telepre.	Τελέπη.
Hippo Regius.	Ἵππων.
Castellum.	Κασταβάγη.
Vagarmelita.	Βάδος Μηλέων.
Altaba.	Ἀλκάδης.
Castra verera.	Κάστρον Βέδρα.
Scilita.	Σκίλη.
Egereniſium.	Ἡγηριωίσιον.
Tididita.	Τίτισιν.
Vada.	Βάγης.
Constantina.	Κωνσταντίνη.
Sitiphi.	Σίτιφος.
Provincia Mauritaniæ.	Ἐπαρχία Μαυρεταν[ί]ας.
Rhiconorura.	Ῥικορούρων.
Provincia Mauritaniæ secundæ.	Ἐπαρχία Μαυρεταν[ί]ας δευτέρας.
Benepota in parte Hiſpaniæ.	Βηπτὸν εἰς τὸ μέρος Ἱσπανίας.
Meſopotameni in parte Hiſpaniæ.	Μεσοποταμινοὶ εἰς τὸ μέρος Ἱσπανίας.
Majorica inſula.	Μαιούρικα νῆσος.
Minorica inſula.	Μήνυκα νῆσος.
Sardinia inſula.	Σάρδων νῆσος.
Carallis Metropolis.	Κάραλος μητρόπολις.
Turris.	Τοῦρις.
Suffara.	Συμάρφα.

* vide Ortelium V. Medoacus.

Σίνης.

Σίνης.
Σύλχης.
Φασιάνη.
Χρυσόπολις.
Χειτιάνης λίμνη.
Κάστρον Τῦπα.

Sitæ.
Sulchi.
Phauſania.
Chryſopolis.
Chriſtianæ lacus.
Tucca.

Ἐπαρχία Αἰγύπτου.

Provincia Ægypti.

Πατριαρχή, ἥτις ἐστὶ Αἰγυπτιακῆς διοικήσεως.

Patriarchatus per Ægyptiacam diœceſim.

Ἀλεξάνδρεια ὑπὸ Δοῦκα καὶ Αὐγουσάλιον.
Ἑρμούπολις.
Μίλεως.
Κόσος.
Ψάπεως κώμη.
Κοπρίδεως κώμη.
Σαΐς.
Λεοντόπολις.
Ναυκράτεια.
Ἀνδρονικίας.
Ζηνονόπολις.
Πάφνα.
Ὀνοῦφις.
Σ.....
Κλεοπατείς.
Μαρεῶτις.
Μανελειτῶν.
Σχεδία.
Τερνούθης.
Σόνδρα.

Alexandria ſub Duce & Auguſtali.
Hermopolis.
Mileos.
Coſtus.
Pſanis vicus.
* Copridis vicus.
Sais.
Leontopolis.
Naucratia.
Andronicius.
Zenonopolis.
Paphna.
* Onuphes.
* Save.
Cleopatris.
Mareotis.
Manelitorum.
Schedia.
* Ternuthis.
Sondra.

* Copritis.
* Onuphis.
* Tana.
* Terenunthis.

Edit. Pariſ. pag. 354.

Ἐπαρχία Αὐγουσαμνήκης.

Provincia Auguſtamnicæ.

Πηλούσιον μητρόπολις.
Σεθρόης.
Τάνις.
Θμούις.
Ρηνοκούρουρα.
Ὀστρακίνη.
Πεντάχοινον.
Κάσιον.
Ἀφθαῖον.
Ἡφαιστος.
Παινέφυσος.
Γέρος.
Ἰταγερος.
Θένησος.

Peluſium Metropolis.
Sethroetes.
Tanis.
Thmuis.
Rhenocurura.
Oſtracene.
